



De Germanorum prima origine, moribus, institutis, legibus & memorabilibus pace & bello gestis omnibus omnium seculorum usq[ue] ad mensem Augustum anni trigesimi noni supra millesimum quingentesimum libri chronici XXXI

<https://hdl.handle.net/1874/427578>

DE GERMANO-

RVM PRIMA ORIGINE, MORIBVS, INSTITVTIS,
legibus & memorabilibus pace & bello gestis omnibus omnium seculo-
rum usq; ad mensem Augustum anni trigesimi noni supra mil-
lesimum quingentesimum, libri Chronici XXXI ex pro-
batoribus Germanicis scriptoribus in Latini-
nam linguam translati, aucto-

re H. MVTIO. *Hulsho muno Hagnaldo Duxco.
basilun Gymnasi professore.*

Multa hic inuenies lector, quæ apud Latinos hæctenus par-
tim omnino non, partim obscuriora fuerunt.



BASILEAE APVD HENRI-
CVM PETRVM.

DE GERMANO

PRIMA ORIGINE MORIBUS INSTITUTIS
Regibus & memorabilibus pace & bello bellis omnibus omnium seculorum
non nisi ad mentem Augustinum non nisi ad mentem Augustini
lectum purgamentum libri Christiani XXII lex pro
partibus Germanis scriptis in ali
non linguam italicam
RE. H. MATIO. 1648. 1649. 1650. 1651. 1652. 1653. 1654. 1655. 1656. 1657. 1658. 1659. 1660.

Multa hic inuenies lector, quae apud Latinos haec sunt
non omnino non parua oblectamenta fuerunt.



GVN. BELTRAV.
BASILEAE AD HENR.

D. D. EVSTATHIO

QVERCETANO SVMMO PHILOSOPHO

& Medico H. MVTIVS S.



VM multas nationes, ob animi ingenijq; cultum, & philoso-
phiae studium, potissimum medicinae, peragrans, doctissime
Eustathi, uisitares etiã in Germania claros eruditione uiros,
& in nostro Florētis. Gymnasio magna cū tua laude, audito-
rumq; fructu legeres publicè, studebas cum exactissima Lati-
nae Graecaeq; linguarum cognitione Germanicã quoq; linguam
coniungere: & cum lingua notitiam rerum cōsequendi gra-
tia, diligēter meliores autores qui Germanorum res gestas germanicè scripserūt,
cōquirebas, in quibus ubi olsecisti, pro tuo exquisito iudicio, multa praecleara esse
& digna quae ad Graecos & Latinos transmittantur, rogabas me ut memorabiliū
ea quae aut omnino nō, aut certè nō tam bona fide neq; tam clarè essent apud La-
tinos, trāsferrem in linguam Romanam. Quod quantopere recusarim, scis, neq;
enim ignorabam me oneri tanto non esse ferendo, nec erat ocium. Nūc uerò tan-
dem sum aggressus, quanquā nihilo magis ociosus quā tum, tamen animi grā-
titudinē declarare cupio ualde erga te, à quo cum in alijs medicinae partibus, tum
praecipuè in anatomicis & re herbaria, multa, candidè & amicè tradita, si nō didi-
ci, saltē audiui. Quam ob rem omnes libros historicos Germanicè scriptos, quos
habere potui aut extare sciui, studiosè excussi, & quae uisa sunt insigniora, scituq;
digna uerti tibi in linguā latinā, atq; adeò tibi uni, nō iudiciū, sed candorē & amo-
rem in me tuum respiciēs. Nec hic mihi studio fuit, ullam uel ingenij uel artis lau-
dem consequi, satis abundè existimans me praestitisse, si morem gererem tibi, cui
pro nostra amicitia nihil meorū potest displicere. Qua autem festinatione occu-
patissimus scripserim, uides facile, ex tumultuarie dispositionis modo & ex elo-
cutionis genere. Fidē certè, quae sola historias cōmendat, non desiderabis. Porro
ne quid dissimulem, primò sequebar quosdā scriptores nō certissimè per omnia
fidei, sed ubi primum animaduerti, meliores consului, neq; temerè cuiuslibet ue-
stigia secutus sum. Cum haec leges, cōpater charissime, fac memor sis quantope-
re perieris hoc, adeoq; imperaris mihi. Ego rerū Germanicarū scriptorem quem-
piam optarim exoriri magni spiritus, consilij & artis, qui ingentia dictuq; uix cre-
dibilia facta huius populi, altiore quopiā tono celebret, quiq; tot insignes uictō-
rias hexametro sono efferat. Sed nemo mortalium ulla orationis uī unquā cōse-
quetur. Si Germani facultate dicēdi, quemadmodum bellica armorum uirtute,
Romanos Graecosq; superassent, dii immortales, quāta essent res quae iam igno-
rae & obscurae pleraeque iacent. Dolendum profecto tali materiae nullum hactē-
nūc dignum fabrum contigisse. Idcirco ego nulla magis causa, tuo impulsu, tan-
tae molis onus subitū, quā quod spei nō nihil est, aliquē maioris spiritus & oris,
meā debilitatē, onere uiribus longè potētiorē suppressam, leuaturū, qui possit di-
gnè res omnibus nominibus maximas è tenebris eruere. Spero enim ubi appa-
ruerit qualis nam materiae sit, aliquem peritum fabrū manus admoturū. Quam
ob causam, nullum aurū lenociniū adhibuimus, sed fidem sanctē, quod est pal-
marium historie, obseruauimus, nisi à quopiā scriptore falsi simus, quod tamē in
paucissimis fieri potuit. Mirari satis non possum, quod hanc nationem multi scri-
ptores ita praetereunt, ceu nulla esset mundi pars, etiam autores qui quoq; descri-
bere conati sunt quid apud Antipodas & in terris non habitabilibus agatur, nec
uno uerbo uel nominant Germaniam. Porro (quod hic locus alioqui requirere
A uidebatur

E P I S T O L A.

uidebatur) de utilitate historiarum, hoc est, speculi & magistrarum mortalium uitae, superuacuum est ad te scribere, qui in illis iucundissimis quae inter nos frequentissima fuerunt, colloquijs, mecum saepe sapienter differuisti, quam nulla re promptius animi prudentia pariatur, melius iudicium formetur, & rectius uita instituat, quam ex accurata historiarum obseruatione & frequenti lectione. Est enim historia hominum uitae imago. Hanc utilitatem ueteres haud dubie uiderunt, qui pro illiteratis multa monumentorum genera, tropaea, imagines, statuas, &c. posuerunt in locis in quibus homines maximè conueniunt. Et his rebus magis usi sunt, cum adhuc nullus usus erat literarum. Quae so si ex sacris literis detrahas historiam, quid reliqui erit? Si auferas ex studijs literarum historiam, quid obsecro, manebit quod magnopere usui esse possit? Quid canit à doctis, & à uulgo? quid loquuntur homines, in rebus serijs & ludicris, in omnibus conuentibus? nonne si demas historiam, omnia muta erunt? Sed nihil opus his ad te, ut dixi. Accipe igitur ut petisti, breuibus quicquid Germani scriptores memorabile habent, de Germanorum rebus. Bonisq; consules si quid est rudius alienioreq; loco dictum.

Vale in domino tuam aliorumq; ualitudinem curans
& conseruans quam diutissimè. Basileae

anno D. M. XXXIX.

Mense Augusto,

I N D E X

EORVM QVAE OPE

ri sparsim insunt.



A Ba Vngarorū rex & eius ty
 rannis 127
 Abbates & multi ecclesia/
 stici regi Philippo excō/
 municato cogebant obtēperare 189
 Abbacellenses in armis q̄ fortes 302
 Abbacellenses fœdus cum confœdera
 tis Heluetijs ineunt 302
 Abbacellensium industria 303
 Abbacellēses copias aduersus Guiliel
 mū comitē Brigantinū duxerūt 304
 Abbacellensium pugna cum Abbate
 S. Galli 302
 Abbacellensium successus 303
 Abbacellenses animosi homines 303
 Abroditi uicti à Henrico Imp. & susce
 perunt Christianā religionem 107
 Aca urbs obsessa à Germanis 180
 Achalam subegit Atila 35
 Aconensis portus 158
 Acta Basiliēsis concilij approbavit Ni
 colaus Pontifex 328
 Adelbertus occisus Pragēsis epif. pro
 pter religionem Christi 117
 Adelrich administrauit regnū Italię 37
 Adolphus comes de Nassau Franco
 furdix electus 226
 Adolphus superat Anglos & Saxo
 nes 69 & 70 & 71
 Adolphi hostes qui fuerint 226
 Adolphus archiepif. depositus & qua
 re 189
 Adolphus Mogūtix depositus est ab
 imperio 226
 Adriani Pontificis et Friderici Imper.
 odia & literę 162 & 163
 Adrianus Pontifex 93
 Aegyptij uexati à Turcis 139
 Aegyptum occupant Turcæ 47
 Aegyptū expugnant Mahometi 47
 Aegyptij Romanū iugum abiciūt 22
 Aegyptij capiunt Hierusalem 139
 Aemilianus à Germanis occisus 22
 Africa laborat fame & peste 38
 Africa uastata à Germanis duce Gen

serico 34 & 36
 Africam occupant Turcæ 47
 Agarenī qui 46
 Agapetus Pontifex Rom. 111
 Agiulphus Romam obsidet 46
 Agiulphus rex per Trudelinam uxo
 rem Germanorum factus 45
 Aistulphus inuadit Italiam, expugna
 uit Radēnam deinde fœdus inicit cū
 Pontifice 51
 Aistulphi mors 52
 Aistulphi & Pipini pax 52
 Alaricus sororem Honorij Placidiam
 duxit & decolatur 31 & 32
 Alaricus Germanorū & Radagafus
 Gothorū rex depopulat Vngariā,
 dein inuadit Thraciā, Italiā 27 et 30
 Alaricus rex Germanorum 26
 Alaricus Italiam ingreditur 31
 Albertus dux Austrię coronatus unā
 cum uxore sua Aquisgrani 226
 Albertus Romanorum Imp. interfe
 ctus apud Kungsfeld 238
 Alberti exemplo docemur dominum
 esse nostrum refugium 238
 Albinenses Britannia oppresserūt 34
 Alboini thesauri perueniūt ad Longi
 num 43
 Alboinus focerū suum occidit deinde
 ipse e consilio uxoris suę Rosimun
 de occisus 43
 Alboinus omnia diripiens in Italia ca
 pit Venetorum agrum, Insubriam
 & Mediolanum 43
 Alcuinus primus professor scholę Pa
 risiensis 68
 Alemāni à quo nomen acceperint 2
 Alexander Seuerus 2
 Alexander Magnus nūquam in Ger
 maniam deuenit 20
 Alexādrīa obsessa à Friderico Im. 173
 Alexandriam qui ædificauit 173
 Algedisus trucidatur 58
 Allatiam uastant Vngari 100
 Altada Assyriorum rex 2
 Amicorū possess. p̄ciosior pecunia 191
 Amicor. multitudo accessit Philip. 187
 Amisum castrum apud Rhetos 183
 Ambrosius Aurelius occiditur à Saxo
 nibus rex Britanię 38
 A 3 Anathema

I N D E X.

Anathematizatus est autoritate concii		Apulix regno bello laborauit Lotharius Imp.	153
lij Benedictus Papa	312	Aquisgrani synodus	86
Anconam ad deditionem coacta	170	Aquisgranū se recipit ex fuga Lotharius	88
Ancona diripiunt Saraceni	89	Aquisgrani unctus et coronatus est Fridericus	197
Andalifus Beneuentanorū dux fugit in Sardiniam propter Ludouicū	92	Aquisgrani Otho 2. in regē creat	114
Andegauia capta à Nortmannis dein de à Carolo Caluo iterum eieci	92	Aquisgrani fit magnus cōuētus Principum & ciuitatum	189
Angelus dñi Ladislao apparuit	306	Aquisgrani cōueniūt multi Princ.	200
Anglerix comes Gualfagus Mediolanum restituit	172	Aquisgrani concilium	81 & 82
Anglix reges	39	Aquitaniā capit Carolus	58
Anglorū rex Arcturus premit Eboracum	39	Aquitaniā sibi subiecit Pipinus	53
Angliam inuadunt Saxones	38	Aquitaniā uastant Nortmanni & sibi hanc sedem elegerunt	90
Angli uicti à Nortmanno	83	Aquitaniæ rex Pipinus	89
Anglos uicit Carolus Caluus	91	Aquitaniæ rex Pipinus moritur	87
Anglia eieci Saxones p Vertigeriū	39	Aquitaniæ Princeps occiditur à Carolo Simplicē	98
Anglix rex obtulit Pōnifici decimas	53	Arabiam ceperunt Mahomethi	47
Anglorum rex Bethleem uenit	180	Aralus Assyriorum rex	1
Anglorū & Caroli Calui bellum	90	Atalaricus rex moritur	39
Anglorū rex captus à duce Aust.	181	Arcadius detrūcauit Ruffinū ducē	26
Anglorum & Saxonum pugna cum Germanis duce Adolpho 96. & 70		Archiep. absoluit ab excōmunic.	199
Anglia occupata à Saxonibus	34	Arcturus Anglorum obsidione cingit Eboracum rex	39
Anhalt comiti Bernhardo dedit Imp. ducatum Saxonix	174	Arcturus bella gerit cū Saxonibus & ab illis occiditur	39
Annonæ caritas	187	Aretiū expugnata ab Hērico Im.	146
Antharis rex Germanorum	45	Argentiniā urbē obsidet Philippus	18
Anthemius Leonis Imp. auxilio eiecit Gensericiū ex Italia post dilaniatus à Richimero	36	Argēt. epif. unā cū ciuib. discordis	222
Antichristi præambulum nominatur Fridericus	208	Argentiniensis episcopus uno die circiter centū comburi permisit	196
Antiochiæ rex obuiam it Galliarū regi	158	Argentinenfes urbani dederūt se Philippo	167
Antiochiā ceperūt Christiani & prius in urbe Pyrrhus	138	Argen. epif. ultro uenit ad comitia	197
Antonij Veri cū Germāis negotiū	21	Argentina solo æquata	32
Apuliam uastant Saraceni	78	Argentineses descuerunt à Friderico ad Ludouicum	250
Apuliam capiūt Imp. Cōstantinopolitani & Saraceni	117	Argen. epif. redit in gratiā cū Imp.	187
Apulia uastata ab Imp.	182	Argentiniæ pugnatum est à Germanis & Romanis	24
Apulia uenit in potestate Rogerij	153	Argētina p̄bendā quis instituerit	127
Apuliā dat Lothar. Imp. Rainaldo	153	Argentina cum ciuitatibus nonnullis foedus iniit	250
Apuliā eripit Imp. Otho Græcis	116	Argētiniensis magistratus uiros doctos semper coluit & habuit	222
Apulia expulit græcos Ludouicus Imperator	92	Ariouisti respōsio ad legatos Cæsaris ac ad ipsum	14
Apulix Principes capiūt uxore Imp. Henrici	181		

Ariouisti

I N D E X

Ariouisti contra Cæsarem pugna	16	Auri uis magna & potens in reb. mor- talium	189
Armeniam subegit Attila	35	Aurelius Scaurus à Ger. extinctus	12
Arminius Germanorū dux	19	Aurelianos affligunt Nortmanni	90
Armirahtus Turcarū dux Constanti- nopolim oppugnat	48	Aurelianns uictus à Germ. & postea ipse uincit	22, & 23
Armorū splendore & præstantia mi- litum Basilea præstat	332	Austriam uastant Vngari	127
Arnoldus Baua. dux telis cōfossus	112	Austriacus dux Lupoldus Tiguri ma- gna cum reuerentiā exceptus est	281
Arnulphus Imper. expugnat Berga- mum	99	Austriam hostiliter inuaserūt Boëmiæ rex & dux Bauarię	205
Arnulphus filius Balduini	95	Austriæ Marchioni bellum cum duce Saxonix & cū Vngaris	151, & 160
Arnuphi Imp. pugna cum Maharensi bus	98	Austriæ dux inijt pacē cum Imp.	285
Arnulphus Imperator bello afflictus in Gallijs	99	Austriæ dux aduersus Abbacellenses nihil operatur	309
Arnulphus Imp. uenenum hausit, sed post pediculorū multitudīne obiit & Ratisponæ sepelitur in monaste- rio D. Emerani	99	Austriæ dux Fridericus priuatur omni bus feudis & possessionibus	310
Arnulphus Imp.	97	Austriæ ducem cōfœderati uno impe- tu oppresserunt	281
Arriana hæresis	34	Austrię duces quādo cœperint	160
Articuli Hæretici Reghardi Bertoldi de Rorbach	283	Austriæ domus partē cōfœderati Hel- uetij occuparunt	311
Ars libros stanneis typis imprimendi inuenta	326	Austriæ dux Frider. rogat gratiā	311
Asfatix Princeps dux de Zeringē	155	Austrię dux Fridericus pmittit iureiu- rādo Papā Cōstantiā reducturū	311
Asia non tuta à Germanis	22		B
Asia perturbatio	108	B Abenbergensis comes Imper. fa- ctus	120
Asiam occupant Turcæ	47	Babenbergæ conuentus Principū	149
Asiam petit Fridericus	201	Babenbergæ comitiz celebratz	153
Assyriorum reges	1 & 2	Babenbergæ Lotharius Imp. uixit	152
Assur expugnata per Balduinū	142	Babenbergēsis episcopus mittitur Ro- mam ad Pontificem	164
Asta incensā	161	Babylonia quādo ædificari cœpta sit	1
Attila Germaniā & Galliā diripit	34	Babylonię reges	2
Attila Italiā inuadit	35	Babyloniæ urbis locus ignoratur	5
Attila moritur prima nocte qua nouā nuptam compressit	35	Babyloniā ueniunt Germani	139
Attila inierat amicitia cū Germ.	35	Balbi filij uincunt Nortmannos	96
Attila Mesiam, Achaia, Macedoniam, Armeniam, Thraciā, Sicambriam subegit	35	Baleus Assyriorum rex	1, & 2
Auaritia quantum malum	333	Balduinus fit rex Hierosolymæ, Assur & Cæsaream expugnauit	142
Augix abbatis est Vlma	79	Balduinus regis Ludouici filiā Iudith rapuit pro uxore sua, deinde appel- latus comes Flandriæ	95
Augustā clade effecit Henric. Imp.	136	Barbarossa Imperator creatus & statu- ra eius	159
Augustæ conuentus Principum	164	Barones in comites euecti	312
Augustensis epif. Huldrichus	106	Barū urbem diripiūt Saraceni & Imp. Constinopolitani	117
Augustæ concilium	48		Basileam
Augustulus Cæsar coronatus	36		
Augustulus abiicit imperium	37		
Auri uis quid potest	220		

I N D E X.

Basileam uastant Vngari	100	Belgius Germanus Asiam cum exer-	12
Basiliensis episcopus & alij fecerunt pa-		citu intrat	
cem inter Friburgenses et comitem		Belisarius multa in occidente recepit no-	36
Aëgo	287	mine Iustiniani	41
Basilea bene merita de Henrico	122	Belisarij & Vuitig regis Germanorū	40
Basileæ murus fossæ ueteris urbis te-		prælium	
ctus lapidibus inscriptis literis He-		Benedictus Papa cōmuni concilij sen-	312
braicis	277	tentia est depositus	
Basilea concussa terræ motu	283	Benedictus Papa noluit nomen Pon-	312
Basiliensium dux obsidet Cremas op-		tificis deponere	
pidum	166	Benedictus Pontifex arrogantior cate-	311
Basileæ sepultus iacet Hartmānus Ru-		ris	
dolphī regis filius	219	Benedicti monasterium quis ædifica-	93
Basiliēsis ecclesiæ restaurator quis	122	uit Lucernæ	
Bauariæ dux uino extinxit animā	215	Benedict. Papa autoritate concilij ana-	312
Bauaria magna pars hostili uastatione		thematizatus	
perditur	253	Beneuentanorū regionem euertit Sa-	92
Bauariam uastant Vngari	100	raceni	
Bauariæ ducem cōpulit ad deditiōnē		Beneuentanā urbē incendit Otho	118
Gripho	51	Beneuentum cur Pontifici data, & co-	128.
Bauarorum dux proscribitur	154	mes Nortmannorū eam expugnat	
Bauariæ dux Arnoldus	106	Beneuentanorū dux Andalifius in gra-	92
Bauariæ dux Imp. factus	120	tiam receptus à Ludouico	
Bauaria Caroli facta	61	Beneuentanos subegit Otho	119
Bauarorum ducem domuit Otho Im-		Bodislaus Princeps Boëmorum sub-	121
perator	117	iugatus ab Imp. Henrico	
Bauariæ ducē uicit Cōradus Imp.	154	Boëmia data Maharensibus	98
Bauarorū dux Tasillus ter foedifragus		Boëmorum & Caroli bellum	77
dānatus crimē læsæ maiest. 60. & 61		Boëmicæ sectæ aduersantes fugam tur-	314
Bauariæ rex ducit exercitum cōtra pa-		pissimam arripiunt	
trem	87	Boëmiā ingressi copia omnia pdunt	315
Bauarorum dux confossus cecidit	112	Boëmi se opposuerūt Sigismūdo	314
Bauariæ ducis sororem habuit Conra-		Boëmos uincit Henricus Imp.	106
duus	213	Boëmorū dux coronatus in regē	162
Bauariam uastant Vngari	127	Boëmorum rex donatur ab Imp. Fri-	172
Belachus Assyriorum rex	1	derico leone rubeo in clypeo	
Beleus Cimbrorum rex occubuit	13	Boëmos uincit Henricus Imp.	106
Bellū Friburgēsiū et comitis Aëgi	287	Boëmorum regi Philippus iunxit ma-	191
Bellum discernitur contra Colonien-		trimonio filiam suam	
ses	189	Boëmorū pugna cū Hērico Imp.	121
Bellū inter ciuitates imperiales et Vuir-		Boëmi partē Germaniæ diripere	169
tenbergenses	295. 296	Boëmorum & Henrici Imp. bellū &	125
Bellum ortum est inter monasteriū S.		facti tributarij	
Galli & Abbacellenses	302	Boëmundus factus Princeps Antio-	138
Bellū parat Sigismūduus aduersus Tur-		chiæ	
cos	313	Boëtium quis interfecit	38
Bellum inter comitem Vuirtebergen-		Berēgarius in Italia regnū obtinuit	102
sem & ciuitates Sueuiæ	289	Berēgarij & Ludouici Imper. pugna	
Bellum decretum est contra Herman-		post	
num Thuringiæ comitem	195		

- postmodū Ludouicus priuatur lu-
 minibus à Berengario 102
 Berengariū fugauit & cepit Otho Im-
 perator 111 & 114 & 115
 Berengarius uincit Guidonem 99
 Berengarij & Vngarorum pugna 101
 Bergamum expugnatum ab Imp. Ar-
 nulpho 99
 Bernam quis ædificauit 155
 Bernhardus Pipini filij capite luit pœ-
 nas 82
 Bernhardus Pipini filius parat exerci-
 tum contra Ludouicū Pium 81
 Bernhardum constituit heredem Italię
 Carolus 66
 Bertoldus dux Zeringensis electus &
 quare 186
 Bethleem uenit rex Anglorum 180
 Bombardæ à Germanis inuente 326
 Bonifacius à Phrisijs occisus 55
 Bonifacius primo prædicauit Christū
 in Germania 48
 Bonifacius Moguntinus Archiep. 54
 Bonifacius Papa publicauit Iubileum
 227
 Bononię contocantur omnes Italię
 Principes & magistratus ciuū 194
 Bononię scholæ quis autor 79
 Bononienses ignominiose Fridericum
 tractarunt 199
 Bonosum deleuit Probus qui seipsum
 elegit in Imperatorem 24
 Boson rex coronatus à Carolo Caluo
 & Prouincię regnum illi dat 95
 Bosonis frater affectat Galliam 96
 Boëmorum rex magna manu occur-
 rit obuiam Philippo 188
 Brabantia dux infensus fuit Othoni
 196
 Brabantia dux auro deuictus 189
 Brabantia dux Henricus obuiam festi-
 nat Friderico 198
 Brabantia ducis filio Philippus filiam
 dedit uxorem 191
 Brandenburgensis ecclesia à quo ædi-
 ficata 116
 Brennenburga obsessa ab Imp. Hen-
 rico 106
 Brennus Romam incendit 2
 Brenno in Asiam cū Germanis profi-
 ciscitur & depopulatur 12
 Brenno duce Senones, Heluetij, Sue-
 ui, hostiliter ingressi Italiam 11
 Bingæ conuentus de componenda pa-
 ce inter Henricos Imp. patrem & fi-
 lium 143
 Brisacum Palatinorum 110
 Brisacia arcem quis ædificauit 155
 Britanniam tenent Saxones 36
 Britannia rex Ambrosius Aurelius oc-
 ciditur à Saxonibus 38
 Britannos uicit Carolus Caluus 91
 Britanię regis filiã ducit Carolus Sim-
 plex 98
 Britania oppressa à Scotis, Pictis, Al-
 binensibus 34
 Brixia iactat conuitia in Imp. 244
 Brixia muri demoliti 169
 Brixia concilium habitum 134
 Bruno præpositus in Coloniensem ar-
 chiepiscopum consecratur 189
 Bruno episcopus Coloniensis 105
 Bruno episcopus captus & annū duri-
 ter uinculis detentus 190
 Bruno episcopus Coloniensis libera-
 tur è carcere 192
 Brunschuigensis comes 174
 Bulgari Pannoniam inuadunt 86
 Burdegalã affligunt Nortmanni 90
 Budæ magnus conuentus omniū Vn-
 garię Principū est habitus 322
 Burgundia afflictã à duce de Zerin-
 gen 155
 Burgundiam in suam potestatem rede-
 git Imp. Fridericus 172
 Burgundia Imp. Henrico reddita 106
 Burgundia subiecta imperio occiso eo-
 rum duce per Conradū Imp. 125
 Burgundia dux Richardus 98
 Burgundiam uastant Saraceni 98

C

- Cæsaris exercitus inermem tur-
 bam Germanorū trucidat 17
 Cæsaris & Eberhardi de Vuirtenberg
 cōditiones pacis describuntur 284
 Cæsarea expugnata per Balduinū 142
 Cæsaris uxor pacē emit à Germ. 26
 Cæsaris & Germanorum pugna 17
 Cæsar mittit legationē ad Ariouistum
 deinde ipsemet conuenit eum 14

B Cæsaris

I N D E X.

Cæſaris apparatus in Germānos	17	adiecerit	62
Cæſarū conatus contra Germanos	19	Carolomāni bellū cſi Nortmānis	96
Cæſarianorū et Germanorū pugne	45	Carolus Caluus uicit Anglos & Britānos	91
Cacānus Hunnorū rex cōuenit Carolū ut poſſit habitare circa Carnotum	66	Carolus quibus eccleſijs donauit	68
Calabriā eripit Imp. Otho græcis	116	Carolus Martellus liberat Romā obſidione Francorum rex	48
Calabria capta ab Imp.	182	Carolus Pragæ conſtituit archiepiſcopatum	288
Calabriam capiūt Imp. Cōſtantinopolitani & Saraceni	117	Carolus rex Galliarū Iſabelā ducis Buaruari filiam uxorem ducit	292
Calabriam capit Totila	41	Carolus rex Galliarū Margaritam filiam Maximiliani repudiavit	345
Caliphæ Aegyptiorū rex pugnat contra Chriſtianos	141	Caroli regis Galliarū uictoria	345, 346
Calūniari nimiū procliuus ſumus	193	Carolus rex Galliarū rapuit Maximiliani ſponſam & cōpreſſit	245
Camillus ex exilio uocatus Romam Germanos in fugam uertit	11	Carolus Imperator incidit in grauem morbum	290
Campania bello laborauit Lotharius Imperator	153	Carolus rex Galliz	89
Campania redacta in ſeruitutē ab Imperatore	181	Carolus Imp. Vlmā urbem totam cinxit, ſed obſidionem ſoluit	290
Cāpania expulit Græcos Ludouicus Imperator	92	Carolus Magnus in Germ. natus	74
Campaniam uaſtant Saraceni	95	Carolo claudūt portas Norinbergenſes	275
Capuæ dux Italia expulſus per Rogerium	153	Carolus Sueuorum rex fit Imp.	96
Capuanos ſubegit Otho Imp.	119	Carolus eiecit Græcos ex Italia	75
Capuam occupant Saraceni	121	Caroli & Boëmorum bellum	77
Cardinalē unus miſſus Coloniā	187	Carolus Caluus moritur	95
Cardinalis de Colūna eligitur in Pontificem	312	Caroli & Venetorū bellum	75 & 76
Caritas annonæ	187	Carolus Caluus coronatur in regem Boſonem & Prouinciæ regnum illi dat	95
Carolus Simplex rex Galliz creat	97	Carolus exceptus Romæ honorificē & cōtra pontificum ius noluit quicquam decernere	73
Carolus Imp. petit à Baſilienſibus recipi	275	Carolus Magnus fundator ſcholarū & monaſteriorum	79
Carolus Simplex filiam Britanniz regis ducit Edinam	98	Carolus Simplex fratrē Odonis Robertū Aquitaniz Principem occidit	98
Caroli palatia facta ab ipſo	63	Carolus Simplex ſæpe uicit Nortmannos	98
Carolus Magnus cuius nationis	73	Carolus Simp. capit à Hereberto	98
Carolus Imp. quid reſponderit legatis in conuentu Principum	285	Carolus uētis & mēſibus Germanicæ nomina impoſuit	75
Caroli inſtitutiones in erudiendo	66	Carolus Simplex filiā dat in uxorem Rolleni Nortmānorū Principi	98
Carolus recepit Neapolim & miſere afflixit totum regnum	293	Caroli Calui duo filij, uno lumine priuauit, alter à milite interfectus, tertius Ludouico Balbus ſuſtitit	92, 91
Carolus Norinberge multas inſtitutiones correxit	286	Carolus	
Cardinalis in Germ. pecuniā collegit ad uſum expeditōis in Turcos	200		
Carolus magnificē exceptus eſt in urbe Baſilea	276		
Carolus hæreditatibus paternis quid			

I N D E X.

Carolus misit legatos ad Papā pro re/ formanda ecclesia	286	Turcis	49 & 53
Caroli Martelli gesta	49 & 50 & 51	Carolomannus monasterium ingredi tur	54
Caroli Calui bellum cum Nortman/ nis	92	Carolomannus & Pipinus fratres cōiū ciunt Griphonem in carcerem	50
Carolus rex Galliarū cū Anglis gessit graue bellum	329	Carolomannus oculis priuatur, iussu patris Caroli Calui	91
Carolus mittit exercitum in Angliam quo & uincit	69	Cæsar uersus in Germaniam conuen/ tus Principum celebrauit	333
Carolus quēdam iunenē deposuit de episcopatu & militē ex eo fecit	68	Cæsar à Venetis honorificē tractat	331
Carolus inicit pacem cum Danis	63	Castinus dux contra Germanos	33
Caroli Calui in Anglia bellum	90	Catanensem urbem diripit Henricus Imp.	182
Carolus Aquisgranī sepelitur	69	Catulus superatus Romanus à Ger/ manis	12
Carolus filius Caroli moritur	66	Causa quare Pontifex Dieterichū ab/ rogauit	337
Carolus Hierosolymam usque perue nit	63	Celestinus	33
Caroli uxores & liberi ac testamētum post mortem eius	63 & 64 & 65	Celtis tulit leges Samotes	1
Carolus Caluus creatur Imp.	94	Celtiberis legem tulit Iubal	1
Caroli liberalitas & eius statura corpo ris ac scientia linguarum quicūq; pre/ ceptores fuerunt eius	67	Childerichus rex Galliarū	51
Carolus diligēs in legēdo & exercitan do se & in pauperes misericors	68	Christianorum & Turcorum pugna 137 & 139	140
Carolomannus moritur	58	Christiani capiunt Hierusalem	140
Carolus uicit Aquitaniam & Vasco/ niam	59	Christianorū & Turcorū pugna	334
Carolus Galliarū rex Desiderium ca/ pit & uxorem eius	58	Christiano Principi nihil antiquius q̄ pax	206
Carolus duce Bauarorum ter ignoscit denuo dānatur & ducatus fit suus	60 & 61	Christi religio quando cœperit in Ger/ mania	53
Carolus post octo annos gladio sube/ git Vngaros & Pannoniā	61	Christianos persequitur Lucius	33
Carolus à rege Persarū & Imp. Con/ stātinop. & alijs multis muneribus donatus	62	Chrysostronus in exilium missus	33
Caroli Cal. & Ludouici pugna	94, 95	Christophorus Marchio Badensis Ma ximilianū precibus multis reuoca/ uit ab instituto	352
Carolus in monasterium se cōtulit	90	Cilicæ comes cū quibusdā socijs concil/ lium ceperūt de capiēdo Imp.	332
Carolus subegit Saxones & in fidem Christi conuersi	59	Cicensis ecclesia à quo ædificata	116
Carolus cædit Turcos	69	Cimbrorum Beleus rex occubuit	13
Carolus uictus à Turcis	69	Cinissus mons	173
Carolus Imp. i. Occidentis	73	Cites Moguntiarū in exilium mittun/ tur	338
Caroli, Hireni, Nicephori pax	75	Ciues Moguntiarū miserrimē tractati	338
Carthaginē capiunt	34	Ciuitas Basiliensis præstat armorū splen dore & militum præstantia	332
Carolus Romā Pōntifici subiecit, aliaq; multa illi donauit	72	Ciuitas Basilea ad locū concilij depu/ tata	316
Caroli Martelli pugna in Hispanijs cū		Ciuitates Imperiales in Sueuia gesse/ runt bellum cum duce Vuirtenber/ geni Eberhardo	289
		Clamor miserabilis mulierum	338
		B 2	Claudius

I N D E X.

Claudius rex Frācorum inuadit Gal- liam	33	Coloniensis archiepif. Henricū adole- scētē coronat in regem	200
Clemens 5. celebravit Vienna in Bur- gundia concilium	247	Comes Palatinus rebellabat Rudol- pho	217
Clemēs 6. Iubileum annum celebra- dum statuit	269	Comites in duces euecti sunt	312
Clodiam Vngari diripuerunt	101	Comites qui interfecti sunt in praelio in pago Toffingen	296
Clodius rex Francorum	33	Comitia celebravit Philippus in Mul- husen	186
Clodoueus rex Gallia confitef Chri- stum, saepe uictus à Germanis	38	Comitia Principes celebrant	333
Clophis Germa. rex Tiberiū fugauit ex Italia, deinde occisus	44	Comitia Ratisponæ celebrata	146
Clotharius Francorum rex	44	Comitia celebravit Fridericus Mogū- tiz	197
Cogitationes hominū uanae sunt	334	Comum quis ædificauerit	11
Cogitationes hominum stultæ & ua- nae	300	Concilia generalia frequenter celebra- ri constitutum	313
Cognius Saxonum dux	38 & 39	Concilia ubi celebrata	33
Colonia ante urbem omnia in cinerē redigebantur	189	Conciliū Francofurdia celebratur	85
Colonia episcopus reconciliatus Phi- lippo	188	Conciliū celebratum Pisis	301
Colonia obsidionem soluens ad par- ua oppida diuertit Philippus	190	Conciliū celebradum decretum est Constantia	302
Colonienses ineunt pacem cum Phi- ppo	190	Conciliū habitum Moguntia	135
Coloniensis episcopus uxore Hērici regis unxit & coronauit	201	Cōciliū celebratū Francofurdia	72
Colonienses offerūt Adolpho omnia quæ habuit in urbe	190	Conciliū habitum Brixia	134
Colonienses ciues magni æstimāt Ro- manæ ecclesie obedientiam	189	Cōciliū Basiliense Eugenius Ferra- riam transtulit	319
Colonia recepta per Henricum 5. Im- peratorem	145	Conciliū Basilea institutum à Ponti- fice	315
Colonienses recipit Philippus in gra- tiam	190	Cōciliū Basiliensis acta Nicolaus Pon- tifex approbauit	328
Colonienses pollicētur Cæsari Philip- po multa	190	Conciliū in Gallia	54
Coloniensis episcopus à ciuibus uoca- tus erat apostata	189	Cōfluentia eligitur dux Sueuorum in Imp.	153
Colonienses ciues Adolphum episco- pum excipere recusant	189	Cōiuratio quorundā cū Philippo	186
Colonia prouectus Treuironum ar- chiepiscopus	198	Conradus mortuus est in Apulia	214
Colonienses iurant Philippo quæcūq; postulat	190	Conradi Imp. pugna cum dūce Saxo- nia	103
Colonia cōuocantur Principes Ger- mania	200	Conradus Imp. moritur	159
Colonia mittitur unus cardinaliū	187	Cōradus rex Hērici Imp. filius 10. an- nos regnauit in Italia	142
Colonia sine mora Philippus repe- tit	190	Conradus Imp. Vngaros & Sclauos cedit	124 & 125
		Conradus Imp. obsidet Damascū	158
		Cōradi Imp. pugna in Africa cū Tur- cis	156
		Conradus dux Flandriae Orientalis co- ronat ferrea corona Mediolani, & rebellat Imp. Lothario	150
		Conradus Sueuorū dux eligitur in Im- peratorem Confluentia	153
		Conradus	

I. N. D. E. X.

Conradus Imp. Burgundiam subiecit imperio occiso eorum duce	125	Constantinopolitana Respub. obsessa à Germanis ab ijsq; praelium commissum	25 & 26
Cōradus Imp. Hierosolymā uenit	158	Constantinopolitanum exilium	33
Conradus Imp. priuilegijs Vlmam or nauit	151	Constantinopolim ueniūt Germani per Vngariam	136
Conradus Imp. pugnat feliciter cōtra Vngaros	102	Constantinopolim regionem diripiūt Germani	137
Conradus de Lansperg mittitur in Poloniam	203	Constantinopolitanis Imp. quādo acceptū Roman. imperium occidentale	73
Conradus suburbia incendit Mediolani, & tributariā facit Poloniā	123	Constantinopolitani Imperatoris Leonis & Ludouici Pij foedus	80
Conradi Imp. & Ernesti Sueuiā ducis pugna	124	Constantinopolitani Imp. cum Saracenis Barum urbem diripiunt, Apuliam & Calabriam occupant	117
Conradus Imp. Norinbergam priuilegijs dotauit	155	Constantinopolitani Imp. facti tributarij Turcis	56
Conradus Imp. petit Italiam cum exercitu	124	Constantinopol. Turcus expugnat	333
Cōradus Imp. uicit Guelfonem & ducem Bauariā praelio	154	Constantinopolitanum uexat regnum Huni	56
Conradus Friderici filius electus in regem Germanorum	206	Constantinopolis obsessa à Saracenis	108
Conradus eligitur in Imp. & facit tributariam Poloniam	123	Constantinopolis obsessa p Turcos	48
Cōradus Imp. obsidet Vuinsperg	154	Constantinopolitanus Imp. Michael	83
Conradus Imp. moritur	104	Conspiratio aduersus Fridericum Imperatorem	335
Conradi Imp. mors	125	Constitutiones quaedam adita	312
Constantia Pontifex primo adueniens non ingressus	306	Cōsulitur de expeditione suscipienda in Turcos	198 & 199
Constantia agit cum Longobardis Fridericus Imp. quid singulae ciuitates illi deberent	177	Cōtentio non parua inter Rupertum Imp. & Florentinos	300
Constantia Imperialis ciuitas electa in locum concilij	305	Contentiones magnae exorta ob regnū Austriæ	335
Constantia S. Petri monasterium fundatum	155	Corbana Princeps militiæ regis Persarum	138
Cōstantiā Sigismūndus Imp. uenit	307	Corona aurea Friderico Imp. Romae imponitur	331
Cōstantia Pontifex habitu famuli equitis uulgaris exiuit	310	Corporis habitus Henrici Imp.	185
Constantiam redijt Sigismundus Imperator	312	Crassi Imp. pugna cū Nortmannis	97
Cōstantiam missus est Ioan. Hus	308	Crassus Imperator mente captus	97
Constantinus 5. Imperator osor imaginum	55	Crema obsidet Basiliensium dux, dein ab Imperatore Friderico capta	167 & 168
Cōstantinus contra Sequanos & Germanos pugnat, à quo ferunt Carolum 5. Imp. originem duxisse	32	Cremona asilicta à Cremonensibus	165
Constantinus ui factus Pontifex cogitur resignare pontificatum	56 & 57	Cremonensium & Mediolanensium bellum	152
Constantinus 5. Imp. cōtra Pipinum mittit exercitum	52	Cremonenses dānauit Cæsar ut omnia Mediolanensibus restituant	152

I N D E X.

- Cremonensium agri depopulati 153
 Crescētius Nomētanus in Italia Imp.
 appellatus 118
 Crescentij mors 119
 Creticus rex Angliæ & eiectus è regno
 per Saxones 39
 Cruces in aëre uolantes 351
 Cruces sanguineæ in uestibus haferūt
 114
 Cuma destructa à Mediolanensib. 165
 Curienſis comes Hunfredus 84
 Cura urbs uastata 161
 Cyrus consultum non putauit Roma
 nos attingere 20
- D
- D** Aciam subiecit imperio Lotho
 rius Imp. 152
 Damascum Imp. Cōradus, rex Gallia
 rum Ludouicus, rex Hierosolymi
 tanus obsident 158
 Damasco posuit sedē Mahometh 47
 Dani Frisiam deprædantur 107
 Danorum rex interficitur à filio, & fit
 pax cum Carolo 63
 Danorum autor Tuifco 1
 Danorū rex Mersburgi coronatus 160
 Darius cū ad Danubiū peruenit cecidit
 Germanos timens 20
 Decretū Pōtificis quod in cōcilio Cō
 stantiēsi publicauit 309
 Decius depolauit Thraciam & à Ger
 manis occisus cum filio 22 & 21
 Delphino mittūt legatos Basiliēses &
 rex Romanorum 327
 Delphinus uenit in Alsatia fecitq; fo
 dus cum ijs Magistratibus 327
 Delphinus magnis copijs Gallias est
 ingressus 326
 Delphinus depopulatus est oēs agros
 inter Basileam & Alsatiam 327
 Dertonem capiunt Casariani 161
 Desiderius fit Pōtificis hostis & urbes
 eius cepit 57
 Desiderius Longobardorum rex 52
 Dietmar rex Gothorū parēs fuit Die
 trichi à Berna 38
 Dietrich Germanorum rex et Etius se
 cōiunxerunt cōtra Atilā & fuderūt
 illū, occubuitq; eodē plio Dietrich 35
 Dieterichū Pōtifex Rom. deposuit &
 abrogauit 337
 Dieterichus arces Moguntinæ forma
 uit 237
 Dietrich de Berna natus German. Ita
 liam regnauit, Odoacrē interfecit et
 Boētiū Pontificēq; I. Ioan. 37 & 38
 Dieterichi de Isenburgo bellum cum
 Adolpho de Nassau 337
 Dieterichus arcem deserit 338
 Dieterichus noluit instituto successori
 Adolpho cedere 333
 Dietrich à Berna quales parentes ha
 buerit 38
 Dieterichus articulos sibi obiectos de
 fendeat 337
 Dietmarus Saxonū dux 103 & 104
 Dionisij libri 83
 Discordia magna inter Vuirtēbergen
 sem & ciues Eslingenses 221
 Discordiæ multæ fuerūt in ecclesia 196
 Dissidia coeperunt feruere inter Ponti
 fices 309
 Doctrinā suam Boēmi 4. articulis con
 firmant 317
 Doctrina Ioannis Hus 307
 Druso mortuo ex uulnere imposuūt il
 li nomē à prouincia Germanicis 19
 Drusus cum exercitu ab Augusto in
 Germ. missus Hassos & Vlipetes
 oppressit, & Sueuos & rursum ipse
 à Sueuis uictus 18
 Drusus Germaniæ aliquam partem in
 prouinciā redegit & Herciniā per
 uiam fecit 18
 Dux Albertus saepe cū Norinbergen
 sibus pugnam inijt 329
 Dux Zeringensis pecunia exhaustus
 186
 Dux austrix inijt pacē cum Imp. 285
 Dux Mediolanē. bellū aduersus Hel
 uetios conatur excitare 304
 Dux Bauarię Georgius Ruperto fi
 lio comitis Palatini iunxit filiam su
 am matrimonio 352
- E
- E** Berhardus comes Vuirtēbergen
 sis Vuormatiæ à Maximiliano
 est dux creatus 346
 Eberhardus oppidulū Hemishen cir
 cundat illudq; incendit 296
 Eberhardus

I N D E X.

Eberhardus petit pacem	284	Eschental arcē eximie munitiois ex-	
Eberhardus dux Vuirtenbergenſis ci-		uſſerūt cōfederati Heluetiorū	304
uitates Sueuiz ſuperauit	289	Etius Frācos ex Gallia expulit deinde	
Eberhardus comes de Vuirteberg ex-		ipſe rurfus illis ſimulq; Sueuis ceſ-	
torſit à ciuitatibus Sueuiz magnam		ſit	33
pecuniam	284	Etius ab Valentiniano Imper. obtrun-	
Eberhardum comitem de Vuirteberg		catur	35
Sueuiz ciuitates apud Caſarem ac-		Etius cum Dietricho fugarunt Ati-	
cuſant	284	lam	35
Eberhardus comes de Vuirteberg Ru-		Excōmunicatio publicatur in Philip-	
dolpho Imperatori rebellauit	221	pum	187
Eberhardi comitis de Vuirtenberg &		Eudoxia uxor Valentiniani poſtmo-	
Imperatoris exercitus	284	dum Maximia à Genſerico capiſ	36
Eberhardus cœpit deteſtari ſua ſuper-		Eugenius Papa ſummam pecuniaz ex-	
biam	284	pendit ut cōcilium Baſilienſe diſtur-	
Eberhardi comitis de Vuirteberg con-		baretur	326
tumacia	283	Eugenius Baſilienſe cōcilium tranſtu-	
Eberhardo principi rebellare cœperūt		lit Ferrariam	319
oēs nobiles in comitatu Vuirtenberg	296	Eugenius Pontifex	85
Eboraceniſis dux cū rege Angliz bel-		Eugenius citaſ per literas ut ueniat ad	
lum geſſit	334	concilium Baſilienſe	320
Eboracum Arcturus premit rex	39	Eugenius permoleſte tulit pacem Vla-	
Ebrietas maximè noxia	242	diſlai cum Turca	323
Eccleſiarum occidentalium turbatio	134	Eugenius Papa conabatur locū concilii	
Edenulphus rex Angliz decimas ob-		lij à Baſilea transferri Bononiā	316
tulit Pontifici	53	Eugenius Pont. miſit legatos ad Vni-	
Emericus Sueuorum rex	34	gariam	323
Episcopus Moguntinēſis. Dieterichus		Eugenius Papa cum cardinalibus ad-	
Principes auxiliarios habuit	337	monetur ſe conferre Baſileam	316
Episcopus Pragēſis multa conatus, ni-		Eugenius Carthagine pulſus per Ar-	
hil autem proficiens	308	rianos	38
Episcopus Adolphus Principes à ſua		Eugenius deponit à pontificatu publi-	
parte habuit	337	ca ſententia generalis concilij	320
Episcopus Colonieſis. parui æſtimauit		Europa tota uexatur bellis	99
iuſturandum Othoni factum	189	Exercitia Henrici Imperatoris	185
Episcopus Argent. appellat Fridericum		Exercitus cōſcribitur paſſim per Ger-	
Imperatorem	197	maniam	193
Episc. Sifridus fugit in Turingiā	195	F	
Epistola Friderici	203	Fabius Max. Galliam uicit	16
Ephesi concilium	33	Fata eorum qui occidebāt Alber-	
Ephesum peruenit Galliarū rex	157	tum	238 & 239
Equilium diripuerunt Vngari	101	Falerni anguſtiz	162
Erdſurdiz ſynodus habita contra Pa-		Falernum urbem Siciliz capit Henri-	
pam	132	cus Imp.	189
Erdſurdiz episcopus	53	Felicianorum hæreſis damnata	72
Electores principes quādo inſtituti	119	Fames in Germ. qualesq; exēplum ac-	
Eleutherion	26	ciderit eo tempore	93
Eſlingen feſtinat liberare ab obſidiōe		Famelici expellunt Moguntie ciues	338
Ludouicus dux Bauariz	250	Felix quintus Pontifex dux Sabaudiz	
Eſlingen obſidet Fridericus Imp.	246	Baſileæ creatus	320 328
		Ferrariam	

I N D E X.

Ferrariā trāstulit Eugenius concilium		Fridericus ubiq; suscipitur	197
Basilienſe	319	Fridericus dux Auſtr. rogat gratiā	311
Filius ducis Venetorū ſuſpendit	207	Fridericus admonet ducē Bauariz ne	
Flauius Claudis expulſit ex Italia Ger		alienum regnum ſuſcipiat	324
manos	22	Fridericus Imp. excōmunicatur à Pō-	
Flandriz conſtituitur epiſcopus	96	tificē	168 & 169
Flandriam quis excoluit	95	Fridericus Imp. in ſuam poteſtatē re-	
Flochberg caſtrum	154	degit Burgundiam	172
Fœdus ppetuū confirmatū inter Suan		Fridericus Im. mortuus in Apulia	212
depoldū & fratres Teutonicos	204	Fridericus ad Honorium mittit lega-	
Fœmina inexhauſtæ libidinis	261	tos	201
Fœmina ſibi prudēs magna peſtis	293	Fridericus tertius dux Auſtrię Franco	
Franci expulſi è Gallia ab Etio, poſt		ſurdia eligitur	321
hac iterum receperunt	33	Fridericus amicitiam regis Galliarum	
Franci Orientales quādo occuparint		animaduertit	197
Galliam	32	Fridericus per Germaniā uifitat ciuita	
Franci Orientales unde orti & eorum		tes	197
laus ac ſitus eorum	79	Fridericus denuo conuocat proceres	
Franci tenent Galliam, uexant Hipa-		Moguntiam	198
ſpaniam, ac Italiam	36	Fridericus Imp. obiit Lynceæ	345
Francorum reges	33	Fridericus Imp. ubi ſepultus ſacet	345
Francorum pugna cum Turcis in Hi		Fridericus Imp. q̄ diu imperauerit	345
ſpanijs	49 & 50	Friderici Imperatoris factum in exem	
Fræconiam uafat Lotharius Imp.	151	plum pacis turbatoribus	345
Francorū & Hiſpanorū cōtentio	43	Friderici comitis Palatini, ducisq; bar	
Francorum & Sueuorum bella	43	uariz bellum cum Wuirtembergeniſi	
Fræcoſurdia Maximilianus eſt electus		comite	338
in Imperatorem	344	Fridericus dux Auſtrię priuat omni-	
Fræcoſurdia rex Boëmiz in Impera-		bus feudis & poſſeſſionibus	310
torem eligitur	320	Fridericus Imp. Verona Principem ui	
Fræcoſurdia concilium celebratū	72	cit	162
& 85		Fridericus Barbaroſſa Imp. factus	159
Fræcoſurdia comitia Principum cele		Fridericus Imp. Boëmorum ducē co-	
brauit Henricus rex in Germ.	200	ronat in regem	162
Fræcoſurdia Vuenſcelaus Imperator		Friderici Imp. & Pontificis odia & li-	
electus	287	teræ	162 & 163
Friburgēſes cum Baſilienſibus fœdus		Frider. Imp. uincit Mediolanēſes	165
ineunt	287	Friderici Imp. & Pontificis odiū	166
Friburgenſe bellum cum comite Aē-		Friderici Imp. acta in Italia & cōtra du	
go	287	cem Saxonie & Papam Alexandrū	
Friburgum quis ædificauit	155	174 & 175 & 176	
Fridericus dux Auſtrię à Sigifmundo		Frider. uertit ſigna in Lotharingiā	198
Imperatore in conſeſſu Principum		Fridericus Hagenau ad deditiōnē cō-	
accuſatur	310	pulis	197
Friderici oratio habita ad Innocēt.	196	Fridericus ueniā & pacē rogat à Pon-	
Friderici pugna Imp. cū Sultano	179	tificē	202
Fridericus dux Auſtrię promittit iure		Fridericus primum Romam petit	196
iurando Papam Conſtantiam redu		Friderici ducis Auſtrię animi dotes	321
cturum	311	Fridericus Romæ ſub aureo panno du	
Fridericus reddit ablata eccleſiæ	200	ctus	330
			Fridericus

- | | | | |
|---|-----------|---|------------|
| Fridericus Imp. Romæ à Pontifice in
Canonicum creatus | 331 | Frider. mittit legatos in Europã | 202 |
| Fridericus Imp. unã cū uxore unctus
& coronatus Romæ | 331 | Friderici nuptiæ celebrant Romæ | 20 |
| Fridericus Imp. à Pontifice unctus in
regem Longobardorum | 331 | Fridericus mittit legatos ad Hēricum
filium | 201 |
| Fridericus Imp. unã cum uxore Nea/
polim profectus est | 331 | Fridericū excōmunicat Pontifex | 199 |
| Fridericus Imp. Basiliensi ciuitati plus
alijs tribuit | 332 | Fridericus Asiam recta petit | 201 |
| Fridericus redit in gratiam cum Ponti/
fice | 200 | Fridericus Henrici Imperatoris filius,
Imperator appellatur | 196 |
| Fridericus Viennam properauit | 335 | Fridericus uxorem tertiam duxit | 205 |
| Fridericus Treuirenses in fidem acce/
pit | 198 | Fridericū excōmunicat Pont. Ro. | 202 |
| Fridericus bellum gerit in Italia et Me/
diolanum capit | 169 | Fridericus per Italiã usq; ad urbē Ro/
mam omnia prostermit | 199 |
| Fridericus Imp. obsidet Alexan. | 173 | Fridericus mittit legatos ad Longobar/
dos | 201 |
| Fridericus unctus & coronatus in A/
quisgrano | 197 | Fridericus conuentum habuit Herpi/
boli | 200 |
| Fridericus comitiã Moguntix celebra/
uit | 197 | Fridericus Imperator in carcere serua/
tur perpetuum triennium | 254 |
| Fridericus ascendit in Sueuiam | 198 | Fridericus Romæ quid egerit | 209 |
| Frider. reuertit nō sine ignominia | 201 | Fridericus rex Sicilia & Imper. iterum
appellatur | 202 |
| Friderici epistola | 203 | Fridericus properat in Germaniã | 199 |
| Friderici Imp. mors | 179 | Fridericus ductus Constantiam à Cu/
riensi episcopo | 197 |
| Fridericus affligit subditos Papæ quã/
tum potest | 199 | Friderico aditū negarunt in Hagenau
197 | |
| Fridericus dux Sueuix rebellat contra
Imp. Lotharium | 150 | Friderico exponitur totum negotiū à
legatione sibi missa | 196 |
| Fridericus in Italia diutius comoratus
odio est habitus ab Italis | 199 | Fridericus in Italiam profectus | 199 |
| Fridericus deliberatione opus esse re/
spondit | 196 | Fridericus agit gratias Principib. | 196 |
| Fridericus Imp. Hetruriã suã facit, An/
conam ad deditionem cogit | 170 | Friderici adolescentis causa agitur | 196 |
| Friderici Imp. filij | 161 & 177 | Fridericus in Italiam proficiscitur | 161 |
| Fridericus Imp. uincit ducem Polono/
rum | 162 | Friderico Ioãnes rex filiam suã in uxo/
rem locat | 200 |
| Fridericus Imp. capit Cremã, Medio/
lanum obsidet | 167 & 168 | Fridericus ducit copias contra Henri/
cum Brabantix ducem | 198 |
| Fridericus capit possessionē urbis Hie/
rusalem | 202 | Fridericus Imp. in uiolatores pacis pœ/
nam statuit | 165 |
| Fridericus cum noua nupta proficisci/
tur in Apuliam | 200 | Fridericus 2. ducatū Austriæ in regnū
euexit | 203 |
| Fridericus minatur se Romam uentu/
rum | 199 | Fridericus patrimoniū S. Petri impie/
tractauit | 199 |
| Fridericus impetrauit à Principib. ut
Henricus filius suus eligeretur in re/
gem Germanorum | 200 | Fridericus cum copijs reuertitur in Ita/
liam | 200 |
| | | Fridericus Imp. detinebat grauī mor/
bo coporis | 201 |
| | | Fridericus magnis itineribus conten/
dit in Apuliam | 202 |
| | | Frider. bona ecclesiastica inuadit | 202 |
| | | Fridericus nauigat in Syriam | 202 |
| | | C | Fridericus |

I N D E X.

Fridericus insignia imperialia in Sue-	Galliarum rex obsidet Damascū	158
uiam misit	Galliam inuadunt Germani	44
Fridericus in Tuscia multis insidijs est	Galliarū regū pugna cū Henr. Im	120
petitus	Gallia hæresis floruit	124
Frisia obsequēs reddita Henrico Im-	Galliam uastant Saraceni	98
peratori	Gallia rex Lotharingiā capit & agros	117
Frisiam depredantur Nortmanni Da-	Aquisgrani uastat	157
nici	Galliarū reges pugna cum Turcis	96
Fruges contritæ in agris	Gallia affectat frater Bosonis	22
Frugū magna caritas in Germaniā &	Galliam uastant Germani	112
Europa	Gallia rex seditioibus uexatur	100
Frugum conseruatio laus & gloria ci-	Galliam uastant Vngari	158
uitati	Galliarū rex Ludouicus captus à Sara-	73
Fumento plurimos iuarunt Argen-	cenis, sed Rogerius liberat eum	2
tinenses	Galli locutos Germanicā linguā	2
Frumetorum copia magna in sterqui-	Gallos Germanica lingua locutos	2
linium abiecta	Gallos Germani expulerunt	12
Fuga sibi consulit Dieterichus	Gallogrecia uel Gallatæ, unde dicta	1
Fuga turpis aduersariorum Bomie se-	Gabrius 6. Germanorum rex stre-	1
ctæ	nus bello	152
Fulda monasteriū à quo ædificatū	Geisa regis Vngarorum bellum cum	151 &
Fuldensis Bibliothecæ fundator quis	Austria duce	152
108	Gengenbach monasterium quis ædi-	155
Furonæ comitia fuerunt	ficauit	36
Furor quorundam principum	Genfericus ab Anthemio eiectus ex	36
G	Italia	34
G Ailarda destructum	Genfericus cum exercitu in Sicilia na-	34
G Galenus uoluit in Germaniam	uigauit	35
proficisci cum Imperatore	Genfericus Germanorū rex init pacē	34
Galliam uastat cum Vngaris Atila	cum Valentiniano Imp.	36
Galliarum rex in Asiam nauigat	Genfericus crudelis Africā diripit	36
Gallia rex Carolus	Genfericus Romā diripit, Eudoxiam	36
Galliam locustæ uexant & fames, pe-	capit, Maximimum interficit	352
stilentiaq;	Georgius dux Bauariæ iūxit matrimo-	158
Gallia rex Carolus Simplex	nio filiam Ruperto filio comitis Pa-	249
Gallia rex cōsitetur Christum Clodo-	latini	169
ueus atq; uictus à Germanis	Georgij monasterium ædificatum	7
Galliam à Germania Rhenum sepa-	Germania diuisa duob. principib.	38
rare	Germaniā partē diripere Boëmi	40
Galli & Germani cōspirarunt & Ro-	Germanorū superstitiones & diuination-	2
manum imperium inuadunt	nes auguriaq; & agrorū diuisiones	38
Gallia quādo occuparint Frāci orien-	Germani uincūt Clodoueam regem	2
tales	Gallia	42
Galliarum rex Constantinopoli exce-	Germani in eūt pacē cū Iustiniano	2
prus honorificē	Germaniæ fines	2
Galliarum rex Ludouicus Hierosoly-	Germani Tusci uocati	2
mam uenit	Germanica lingua Gallos locutos	42
Gallias inuadunt Nortmanni	Germanorum rex Teia	73 & 74
Galliam tenent Franci	Germani quando acceperint imperiū	73 & 74
Gallia rex liberatur per Rogeriū	Romanum	Germaniam

I N D E X.

Germaniam cur mercatores adire con- sueuerant	10	Germani propter stipendiū negatum conspirarunt cū Gallis & inuadunt imperium	26
Germanorum 3. rex Ingxuo	1	Germ. cesserunt ex Hispanijs in Afri- cam	33
Germani diripiunt Africam	34	Germanorum cantus hostem aggressi suri	2 & 10
Germanorū uictoria cōtra Cæsare	17	Germania multa apparuerūt in cœlo	154
Germani uincunt Aurelianum & ipsi postmodum uincuntur	22 & 23	Germani uincunt Aegyptios Hiero- solymæ	141
Germani uicti à Romanis	12	Germanorū cum Romanis duce Pro- bo pugna	23
Germanorum mulierū memorādum exemplum	13	Germani Babylonīā ueniunt	139
Germanorum fortitudinis laus cōtra Decium	21 & 22	Germani capiunt Hierusalem	140
Germanos & Gothos opprimit Stil- co	39	Germaniæ rex Ludouicus	89
Germani regem Macedonię truncant Ptolomæum	12	Germani cū Iustiniano Imp. foedus ineunt	42
Germanorum 5. rex Marsus à quo di- cti Marfi	1	Germaniā Rhenus separat à Gallijs	2
Germanorum reges	2	Germanorū pugna in Italia	175
Germani repulerunt Hunos	56	Germani fugant ex Italia Francorū re- gem	46
Germani uincunt Romanos	11 & 12	Germ. 300. annis regnauerūt in Lom- bardia	42 & 43
Germania multis modis uexabat	251	Germ. expulerūt Tiberiū ex Italia	44
Germanorum pugna cū Vngaris	100	Germanorū pugna cum Turcis in Hi- spanijs	49 & 50
Germani obsident Acam urbem	180	Germani Cōstantinopolim regionē diripiunt	137
Germani insidijs circumuenti à Thra- cis & mulieribus	29	Ger. cōtra Saracenos proficiscunt	142
Germanorum leges	7	Germaniam inuadit Constantinus	32
Germanorum progenitor Tuisco	1	Germ. tota hyeme omnia floruerūt	178
Germani Romā, Italiam uastant, Nea- polim capere non potuerunt	36	Germaniam fames afflixit	128
Germaniæ pars in prouinciā redacta per Drusum	18	Germaniæ præstantia	3
Germanorum ac Cæsarian. pugna	45	Germania fame laborat, quandoque Christi religio cœperit	53
Germaniæ populorū nomina	5 & 6	Germani Galliam inuadunt ac Tauri- num diripiunt	44
Germani fuderunt Cæsarianos	40	Germani Vngariam uastant	12
Germanorū gesta, mores, leges, ritus 1 & 3		Germaniam unanimum reddidit Henri- cus Imp.	106
Germ. principū corporū custodes	20	Germaniæ fames & terremotus	93.94
Germani pulsi ex Italia	22	Germanorū rex Mannus fuit	2.
Germanorū & Saxonū pugna & An- glorum	69 & 70	Germania uastata ab Vngaris	106
Germani obsident Neceam	137	Germania qualis aliquando fuerit	4
Germanorum Romanorumq; pugna apud Argentinam	24	Germanorum rex 4. Hermion	1
Germani trucidant Sebastianum Ma- gnum dominum Lusitanie	34	Germaniæ ciuitates uetustissimæ quā- do & à quibus ædificatæ	10
Germani in Angliam proficiscuntur & Arcturum interficiunt	39	Germaniam diripit Atila cum Vnga- ris	4
Geruica uita à Lothario in uas clau- dit et in fluiū Arachim projicit	87		

I N D E X.

Criphonem fratres conijciūt in carce- rem	50	Heluetiorū cōfœderati arcē Eschental eximīa munitionis exusserunt	304
Guelfi dominant in urbe Roma	261	Heluetij hostiliter ingressi Italiā expu- lerūt Latinos ac Tuscos urbesq̄ stru- xerunt	11 & 20
Guelfonem Conradus Imp. uicit	154	Henelus & Arcturus prælium cōmit- tunt cum Saxonibus	39
Guelfo cōqueritur se suis facultatibus priuatū, fit deinde Marchio Tuscię, dux Spoletī, princeps Sardinīa	160	Henricus appellatur Imp.	146
Guelfonū quidam ex Sueuiā familia Tubingam obsedit	122	Henricum excōmunicat Imp. Ponti- fex	129 & 130 131
Guntherus comes de Schuartzēburg eligitur in Imperatorem	278	Hērici Imp. pecuniā Spiræ	143
Guntherus obiit Frācofurtiāq̄ sepul- tus	278	Hērici ducis Saxonīa pugna cū Imp. Conrado	107
Guido Marchio dux Germanorū uin- cit Saracenos	87	Henricus Imp. in Sclauos uel Hunel- los ducit copias & oppidum Bren- nenburgam cepit	106
Guidonem uincit Berengarius	99	Hērici Imp. litera ad filiū & principes & filij item ad patrem	144 & 145
H		Hēricus Imp. coronat Mediolani unā cum uxore sua corona ferrea	243
Habsburgenses comites	172	Henricus rex Germ. foedus contra pa- trem Longobardis ferit	205
Hæresis in Gallia floruit	124	Henrici Imperatoris exercitia	185
Hagnau S. Vualpurgis monasterium a quo fundatum	172	Henricus Imp. uicit Saxones	148
Harminius dux Germanorum	20	Henricus uulpina ingenia notat	244
Hartmannus filius Rudolphi regis in Rhenoflumine submersus perijt	219	Hēricus rex in germania comitia prin- cipū celebrauit Francofurti	200
Hassos oppressit Drusus	18	Henricus capitur a patre	205
Heduarum & Sequanorum bella	14	Hēricus Nortmānos Danosq̄ & Ab- roditos uicit	107
Heduus quidam sollicitauit Romanos aduersus Ariouistum regem Roma- norum	14	Henricus Imp. moritur	123
Heidelbergam oppidum quis ædifica- uit	160	Henricus 4. appellatus Imp.	129
Heluetiā præire felicissimis terris pro- batur	231	Hēricus Imp. in Vngariā cōpulit Vn- garos	106
Heluetijs multa prædixit Nicolaus de Schuitz	343	Henricus Imp. in Italiā proficiscit	136
Heluetia populosior cæteris regioni- bus	303	Henrici Imp. bellū cum Polonis	146
Heluetiorum factum omni memoria dignum	327	Henricus Imp. quid Pontifici cōcesse- rit, & Pontifex è transuerso	149
Heluetij copias duxerunt ad urbē Bel- lentz obsidendam	304	Henrici Imper. filius cui cōmissus	185
Heluetij cōfœderati partē domus Au- strię occuparunt	311	Henricus Imp. Pontificē urbe Roma eijcit	148
Heluetijs excitare bellum conatur Me- diolanensis dux	304	Henrici Imperatoris obitus	185
Heluetiorū fœderi multi accesserūt	281	Henricus Imp. Herbipolensem epis. de sede deturbat, Norinbergā expu- gnat, Ratisponam obsedit	142
Heluetij negligenter dispersi ex impro- uiso sunt oppressi	304	Hen. 1. dux Saxonīa creat in Imp.	104
Heluetiorū fœdus inuictum corrobo- ratum	285	Henricus Imp. cōiuratos in se omnes supplicio affecit	182
		Henrici Imp. naues in Vngaria sub- mersæ	128

I N D E X.

- Henricus 5. Imp. patrem copijs hostili
ter petit Henricū 4. Imp. 142 & 143
Henricus Imp. in Dalmatiā ducit exer
citur, Boēmos uincit, Granam ur
bem expugnauit 106
Henricus Imp. obsidet Moguntia 148
Henricus Imp. uincit in Italia Sarace
nos & obsedit Nouem urbem 121
Henricus ingreditur Lotharingā 106
Henrici Imp. uxor Kunigundis 121
Henricus periculis cōtempor un
gitur et coronatur à regni episcopis
Pragæ 236
Henrici Imp. pugna cum Galliarū re
gibus 120
Henricus Imp. adhortatur fratrem ut
curam pueri gerat 185
Henricus cōmes de Lucēburg Roma
norum Imperator eligitur 240
Henrici Imp. bellum contra Boēmos
125
Henrico Imp. reddita Burgundia 106
Henricus Imp. 4. Leodij moritur 145
Henrici Imp. mors 129
Henr. dux Austriæ captus à rege Boē
miæ 154
Henricus Aquisgrani unā cum uxore
ab Archiepiscopo Coloniensi coro
nantur 240
Henricus rex Germanorum filiam du
cis Austriæ duxit in uxorem 200
Henrici regis Germanorū nuptiæ No
rinbergæ sunt celebratæ 200
Henricus Imp. pugnat in Campania
cum Saracenis, dein subiecit Prisiā
126
Henrici Imp. frater episcopus Augu
stensis impius 121
Henricum Imp. nituntur capere Ro
mani 146
Henricus Imp. excōmunicatur 147
Henricus Imp. obsessus à Moguntia ci
uitate 147
Henricus 5. Imp. Pontificē capit 147
Henricus Imp. episcopum Babenber
genssem creat in Pontificem 126
Henricus Imp. capit ducem Lotharin
giz 125 & 126
Henricus 1. Imp. contra Vngaros pu
gnat 105
Henricus Imper. filio dat Imperij infi
gnia 143
Henrici 5. copias trucidat du. Lotha
ringiz 143
Henricus Imperator obsedit Vangio
nes 150
Hēricus 5. patris sui cadauer effossum
ruri sepeliuit qd postea Spirā trans
latum 146
Henrici Imp. prælia cum Sueuorū du
ce 130
Henricus Imp. in Italiam proficiscitur
& Aretium expugnat, dein Romā
pergit 146
Hērici Imp. pugna cū Sclauis & Boē
mis 121
Henrici Imp. uxor super ferrū candē
tem ambulauit 122
Henricus Imp. 5. Sueuiā affixit & Au
gustam clade affecit 136
Henricus Imp. uincit Vngaros 107
Henricus Imp. moritur 108
Henricus Imp. pugnat cū Saxonibus
129 & 130
Henricus Imper. uincit Vngaros 127
& 128
Henricus Imp. restaurauit ecclesiā Ba
silex 122
Hēricus Imp. obsidet Romam & Pon
tificem 135
Hērici Austriæ ducis bellum cum Vn
garis 151 & 152
Haresis fuit in Alfaria 196
Hēricus nomine Reghardus Bertol
dus de Rorbach reuocauit 183
Herbipolitanus antistes 53
Herbipolēsem episcopum de sede de
turbat Henricus Imp. 142
Herbipoli conuentus principum 149
& 200
Herbipolensis episc. orator pro Hen
rico Imp. Coloniz 148
Herbipoli Principum conuentus 154
Herbipolis obsessa à duce Sueuorum
130
Hercinia sylua peruia facta per Drū
sum 19
Hercules pater Teutonis 1
Hercules Germanorum rex 2
Heresberg oppidū oppugnatur 103
Herebertus

I N D E X.

Herebertus capit Carolum Simpl.	98	Honorium expulerunt Germani	31
Hermānus comes Turingiæ mittit ad Philippū de pace & deditioe	188	Honoricus regnat in Africa	38
Hermion 4. Germanorum rex	1	Horologium miro artificio factum	62
Hetruriā suā facit Imp. Fridericus	170	Hulrichus episcopus Augustēsis uita & genere clarus	106 & 108
Heydelbergam ducti sunt Principes capti	337	Hulrichus dux Vitenbergeñ. uir bello & pace præstantissimus	268
Hierā insulam affligunt Nortmāni	90	Hunfredus Curienfis comes	84
Hierosol. usque peruenit Carolus	63	Huni uastāt Vngariā & Pannoniā, & repulsi à Germanis, deinde bellum transferunt Constantinopolim	58
Hierosolymā uenit Galliarū rex Ludouicus	158	Hunelli uicti ab Imp. Henrico	108
Hierosolymæ pugnatur ab Aegyptijs & Christianis	141	Hunnus Herculis pater	1
Hierusalem capiunt Aegyptij	139	Hunnorū rex Cacannus habitauit iuxta Carnotum propter incurfiones Sclauorum	66
Hierosolymitanus rex Ioannes uenit Romam	200	Hussitarum historia	308 & 314 & 309
Hierosolymā Imp. Cōradus uenit	158	Hyeme in Germ. ferē omnia floruerūt	178
Hierosolymæ faciunt regem Christiani Gotsfredum Lotharingę ducem	140	I	
Hierusalē capta à Christianis & Germanis	140	IBrus Germanus	31
Hierosolymitanus rex obsidet Damascum	158	Iconium peruenit Roman. rex	158
Hierosolymitani afflicti	136	Illyricum diripiunt Saraceni	89
Hierosolymæ urbis situs	140	Imagines sanctorum in Niceno concilio admiffæ	55
Hierusalem capiunt Sarraceni	140	Imperatorem liberare Principes se parant	332
Hierusalem obsident Mahumeti	47	Imperatori nudus gladius offert	330
Hierosolymæ fit rex Balduinus	142	Imperator Albertus dysenteria correptus honorificē sepultus in Alba Regali	321
Hireni Caroli, Nicephori pax	75	Imperator circa Coloniā multa munita loca destruxit	190
Hirene uxor Constantini 5. amatrix imaginū effodit ea de causa filio oculos, deinde in carcerem coniecta	55	Imp. datur potestas eligendi Pont.	58
Hirmogardis Ludouici Pij uxor mortitur	83	Ingzuo 3. Germanorum rex	1
Hispaniam uexant Galli	36	Ioānes rex filiam suam in uxore locat Friderico	200
Hispaniā oppugnāt Turcæ	49 & 50	Ioan. Franciscus dominus Matuz appellatur à Sigismūdo Marchio	316
Hispanorū & Francorū cōtentio	43	Io. Hus uir eruditus bonis discipl.	307
Hispania liberatur à Turcis per Carolum	60	Ioan. Hus Cōstantiæ ceu latro captus ductus ad Ioannem Papam	308
Hispaniam inuadunt Saraceni	85	Ioannes Hus mors	308 & 309
Hispaniæ uenit in auxiliū Ludouicus & Lotharius contra Turcum imperatorem	86	Ioan. abdicatus à pōtificatu tradit Ludouico comiti Pal. custodiendus	311
Hohenburg monasterium	183	Ioan. Capistranus ordinis diui Francisci seruator urbis Albæ	335
Honorius concedit Germanis Galliam	31	Ioan. Pōt. trucidauit multos & scortis deditus, postremo in adulterio occiditur	115
Honorius Pontifex legatum in Germaniam mittit	200	Iosaphat	
Honorius frater Arcadij	26		

I N D E X.

Iofaphat conuallis	140	Iudæi libenter Basileæ habitauere	277
Insubriam capit Alboinus	43	Iudæorū magna multitudo uarijs sup/ plicijs affecti	277
Innocentius Pont. unā cum urbe ob/ uiam tenit Imperatori Othoni	194	Iudæi coacti cōfiteri Christum aut oc/ cisi per Godescalum et comitem de Lyningen	137
Innocentius Pontifex misit Spiram li/ teras	286	Iudæis iterū permissum iudaizare per Germaniam	142
Innocentius mittit legatos ad Carolū Imper. pro subsidio Cameræ	185	Iudæi quando sinxerint Thalmuth	33
Innocentius Pont. Roma expulsus	152	Iudith uxor Ludouici Pij repudiat	86
Irenici genealogia	74	Iuliani pugna contra Germanos	24
Istauo	1	Iustinianus pacem facit cum Germa/ nis	40 & 42
Italix ciuitates sibi subiecit Lotharius Imperator	153	Iustinianus multa recepit in occiden/ te	36
Italiam petit cum exercitu Conradus imp.	124		
Itali profligati ab Vngaris	101 & 106	K	
Italiam ingreditur Hericus imp. cum copijs	136	K Vnigunda super ferrū canden/ tem ambulauit	112 & 121
Italiam uexant Galli	36	L	
Italiam domat Fridericus imp.	169	L Adislaus unctus in regem Vnga/ rorum	301
Italix tumultus	108	Ladislaus puer Vngarix electus rex	325
Italiam petit cum copijs Lotharius im/ perator	152	Ladislaus moritur	306
Italia subiecta à Palatino comite Cæ/ sari	164	Lantgrauius Turingix moritur	201
Italiam Germani & Gothi uastant	30	Lantgrauius obsidionem soluit	188
& 36 & 43		Lātgrauius promittit Othoni semissu/ rū captū aut occisum Phillipū	188
Italiam uastant Saraceni	116 & 121	Lātgrauius urbē Erfurt circūdat	188
131 & 78 & 96		Laudensis episcopus capitur	163
Italia maximis affecta est malis	99	Lauda destructa à Mediolanensib.	165
Italiam subiugauit Otho imp. 111 & 114		Lechon Princeps Boëmorum in bel/ lo perijt	77
Italia pulsus Tiberius imp. à Germa/ nis	44	Leges statutz per Germaniam ab Imp. Friderico	178
Italia pulsus Francorum rex à Germa/ nis	46	Leonis Imp. odium in Pontificem	48
Italix regnum administrauit Dietrich de Berna & filius eius Adelrich	38	Leo depositus de pontificatu	115
Italiam inuadit Attila	35	Leonis Constantinopolitani Imp. sce/ dus cum Ludouico Pio	80
Italiam capit Henricus imp.	146	Leo Pontifex	35
Italiam uastant Senones, Norici, Sue/ ui, Heluetij	20	Leodium miserrimè direptum à militi/ bus	196
Italix regem coronatur Pōtifex Ludo/ uicum	89	Limpurgi monasteriū exustum per co/ mitem de Lyningen	123
Italia expulit Probus Gothos	23	Linteuinci exercitus in Vngaria	83
Italiam capit Narses	4	Locustæ Galliam uexant	90
Italiam inuadit Aistolphus	51	Lombardia tenuerunt 300. annis Ger/ mani	42
Italiam totam capit Totila	41	Lombardia unde uocitata	75
Italia pulsi Germani	22	Loringius cum exercitu in Italiam profi/ ciscitur	
Italia eieci Græci per Carolum	75		
Iubal Celtiberis legem tulit	1		

I N D E X.

ciscitur 42
 Longinus fruitur bonis Alboini 43
 Longobardorū rex monasticā uitā cū
 uxore & filijs ingressus 51
 Lōgobardi conspirarūt cōtra Imp. 200
 Longobardi ubi habitent 75
 Lotharius proficiscitur Romam 83
 Lotharius Aquisgranū se ex fuga reci
 pit, deinde Viennam 88
 Lotharingiæ dux capitur à Hērico Im
 peratore 152
 Lotharingiam conatur occupare Ca
 rolus dux Burgundiæ 340
 Lothario Imp. tributus redditus à Po
 lonis 152
 Lotharius & Ludouicus filius uincūt
 Saracenos 90
 Lotharius Galliz rex Lotharingiā ca
 pit ac circa Aquisgranum agros ua
 stat 117
 Lotharius Imper. creatus, cui rebellant
 Fridericus dux Sueuiz & Cōradus
 dux Franciz orientalis 150
 Lotharius Imp. Sueuiā & Frāconiam
 uastat 151
 Lotharius accipit à patre totum impe
 rium 87
 Lotharius ducit exercitum cōtra Tur
 cum in Hispaniam 86
 Lotharingiz ducis pugna cum Imper.
 Othone 109 & 110
 Lotharij pugnz in Campania & Apu
 lia cumq; Rogerio 153
 Lotharius Imp. in Italiā proficiscit 152
 Lotharingiz dux trucidat praxidia re
 gis Henrici s. circa Mosam 143
 Lotharius imperij consors factus cum
 patre Ludouico Pio 81
 Lotharingiā ingreditur Henricus 106
 Lotharius liberis suis regna diuidit 90
 Lotharius Imper. dat Rainaldo Apu
 liam 153
 Lotharius uincit Saracenos 92
 Lothar. & filius suus Ludouicus, Pon
 tifexq; contra Saracenos ducūt exer
 citum 90
 Lotharius Imperator nominatus, & à
 quo Lotharingia dicta 89
 Loannā Carolus dux Burgundiæ ho
 stiliter petit 341
 Lucernenses cum Suitensibus foedere

ioncti sunt 280
 Lucius tyrannidem exercet aduersus
 Christianos 33
 Lucernę S. Benedicti monasteriū quis
 ædificauit 93
 Lucernani ceperūt per uim oppidum
 Rotenbergam 281
 Ludouicus Arnulphi filius fit Impera
 tor 109
 Ludouici Pij filiorum pugna 88
 Ludouicus Pius Bernhardū nepotem
 suum capite damnauit, & eo tēpo
 re contra Saxones pugnat 82
 Ludouicus Balbus Imp. unctus est 95
 Ludouicus dux Bauariæ uxore suam
 interfecit 215
 Ludouicus Pius coronatur à Pontifi
 ce in Imperatorem 80
 Ludouici Pij filius Pipinus uincit Va
 scones, & uxor eius moritur 83
 Ludouico Imper. regnante s. Pontif.
 mortui 100
 Ludouicus Aquisgrani coronatus ab
 episcopo Moguntinensi & Treue
 rensi 249
 Ludouicus Vngariæ rex despōsauit fi
 liā suā Sigismundo filio Caroli 292
 Ludouicus repēte morte abreptus est
 275
 Ludouico inferior Germania iurauit
 usq; Argentinam 240
 Ludouicus definiuit quę in Italia Pon
 tificis quæq; imperij esse deberēt 84
 Ludouicus uincit Saracenos 92
 Ludouicus Italiæ rex 89
 Ludouicus Imper. contra Sclauos pu
 gnat 90
 Ludouicus Balbus Saracenos expulit
 Italia deinde moritur 96
 Ludouicus Imper. uictus ab Vngaris
 deinde & ipsi uicti 109
 Ludouicus Pius recuperat Pannoniā
 & Vngariam 83
 Ludouici & Caroli Calui pugna 94
 & 95
 Ludouicus Pius coactis deponere im
 perium à filijs 87
 Ludouicus rex Gallorū mortuus est
 344
 Lupoldus dux aggreditur Suitenses
 182 & 233 & 234

D Lupoldus

I N D E X.

Lupoldus circa Spirā uastat omnia ho- stilitate	236	Maximilianus Coloniā descendit	343
Lusitaniz dominus Sebastianus Ma- gnus	34	Maximilianus duxit Mariam in uxore rem	343
Lutetiz scholaz quis autor	79	Maximil. captus à Brugenſibus	344
Lutetiam affligunt Nortmanni	90	Maximilianus Alberto tradidit ferē to- tam Bauariam	352
Lyniſgenſis comes occiſus ab Vnga- ris	137	Maximilianus Imp. cum alijs ducit co- pias aduerſus Rupertum in Baua- riam	352
Lysimachus à Germanis uictus	20	Maximil. occupauit ſine negotio quic- quid ad Palatinatū pertinebat	352
M		Maximilianus duxit in uxorem duciſ- ſam Britonum	345
Macedoniam ſubegit Atila	35	Maximilianus occupauit totā prouin- ciam aduocatiā	352
Magdeburgēſem eccleſiā quis ædificauit	216	Maximiliani filiam Margaritam Caro- lus repudiavit ſine omni cauſa	345
Mahometh quādo ortus, quando re- gnum inceptum	46	Maximilianus Croaciam recipit	345
Mahomethi ceperūt Arabiā, Syriam, Damaſcū, Perſiam, Aegyptū, mul- tasq; prouincias erpinerunt	47	Maximiliani nuptiz celebratz in Inſ- bruck	345
Maharēſes affligūt Germaniā poſtea proſtigati	98	Maximinus omnia conſumpſit con- tra Germanos	21
Maharenſibus data Boēmia	89	Maximus arrogat ſibi regnum Rome duxitq; Eudoxiā, occiditur à Gen- ſerico	15 & 36
Mannus 2. rex Germanorum	1	Mediolanū urbē quis reſtaurauit	172
Mantuanam quis fertur ſtruxiſſe	11	Mediolanēſis dux adiecit animum ad regnum totius Italiæ	300
Mantuanā hoſtiliter inuadit Frider. 205		Mediolanēſis dux bellū aduerſus Hel- uetios excitare conatur	304
Mansēm Sueuorū rex monaſteriū fun- dauit Manſmunſter	93	Mediolanenſis magiſtratus captus eſt	206
Maria filia ducis Burgundiæ	342	Mediolanum quis ſtruxerit	11
Margarita Maximiliani filia Carolo Ludouici filio regi Gallorū nuptui datur	343	Mediolanēſium & Cremonenſiū bel- lum	152
Marchionē appellat Sigifmūdus Ioan- nem Franciſcū Mātuz dominū	316	Mendicantium ordo eſt inuentum Sa- thanæ	317
Marchio de Baden rebellabat Rudol- pho	217	Mersburgi coronat Danorū rex	160
Marchioni Brādēburgēſi nupſit uxor filij regis Boēmiz	261	Mefſiam ſubegit Atila	35
Marcomitus tyrannus	32	Metathenes Perſicarum rerum ſcri- ptor	1
Marchio Miſnēſis Philippū iuuit	188	Miſnēſis eccleſia à quo ædificata	116
Marius in fugā uertit Germanos	12. 13	Moguntinæ arces firmauit Dietericus epiſcopus Moguntinenſis	337
Marchio de Vogſperg	161	Moguntiam uocat proceres Frideri- cus	198 (338)
Mars Germaniam reſpicit	8	Moguntia urbs quomodo oppreſſa	
Marchio Brādenburgenſis exercitum duxit aduerſus Boēmiciā ſectā	314	Moguntiz pons facta à Carolo	63
Martinus 5. Pontifex electus	312	Moguntia exulta	32
Maſſiliam cepit Carolus Martellus	51	Moguntinus epifcopus proditor	110
Mathias Vaiuoda coronam regni pe- tijt	339	Moguntinorū epifcoporū bellum	337
Mathias rex Vngariæ Viennæ uita de- functus eſt	344		
Maurorū rex dux Saracenorū Saba	89		
Mauri uicti à Siculis	86		

I N D E X.

Moguntia obsideſ à Henrico Imp. 142
 Moguntia oppugnata 111
 Moguntia collapsum eſt 94
 Moguntia conuentus Principū de com
 ponenda pace inter Henricos Imp.
 filium & patrem 143
 Moguntia ciues unā cū uxoribus & fi
 lijs cō miſerrimè tractati 338
 Moneta noua ex corio facta 210
 Montisferrati Marchio 173
 Mulier peperit duas puellas uno par
 tu in fronte connexas 346
 Mulierum factū amoris erga maritos
 154
 Murram oppidū obſidione cinxit Ca
 rolus dux Burgundia 342

N

Nansiū oppidum Carolus dux
 Burgundia obſidet 342
 Narſetes nomine Iuſtiniani multa re
 cepit in occidente 36
 Neapolis obſeſſa ab Imp. Henrico 181
 Neapolim profectus eſt Frid. Imp. 331
 Neſtorius 33
 Nicolaitarum hæreſis cōdemnata 142
 Nicolaus de Lyra Lutetia docuit ſa
 cras literas 222
 Nicephorus 55
 Niceno cōſilio imagines admiſſe 55
 Nicolaus de Suiſz uiginti annis nihil
 guſtauit 343 (156)
 Nica urbe reſecti copiaz Cōrad. Imp.
 Nodomarius periit p̄lio apud Argen
 tinam dux Germanorum 24
 Noë profapia, utq; uxor eius appella
 ta, eiusq; ſynonima 1
 Nortmāni obſident Parrifiam 96
 Nortmannorū regio & unde dicti 97
 Nortmanni quando Chriſtianam reli
 gionem ſuſceperint 98
 Nortmānorum principi Carolus Sim
 plex dat filiam ſuam in uxorem 98
 Northuſen ſynodus habita 142
 Nortmanni Aquitania, Hierā inſulā,
 in Gallias Burdegalam, Santonas,
 Lutetiam, Turoniū, Nouiomagū,
 Aurelianos, Pictauos afflixerūt 90
 Norinberga expugnata ab Hērico Im
 peratore 142
 Norinbergēſis Burggrauius morit̄ 2
 Norinbergē celebratę ſūt nuptiaz Hen

rici regis Romanorum 200
 Norinberga multos inſtitutiones Ca
 rolus correxit 286
 Norinberga omnes principes & Magi
 ſtratus conuocant 315 & 206 & 216
 Norinberga à quo Imp. priuilegijs do
 tata 154
 Norinbergēſiū & Caſimiri pugna 353
 Norici Italiam uaſtant 20
 Noruegiam quis inhabitet 39
 Nouem urbem quis ædificauit 121
 Noua ciuitas cingitur obſidione 332
 Nouiomagū affligunt Nortmāni 90
 Nouarientes adiuuarūt Imp. Frid. 174
 Nuſſiā oppidū Carolus dux Burgun
 dia obſidere conatur 340

O

Odoacer interfecit Oreſtem Tici
 numq; urbem incendit 37
 Othone elapſo Philippus Colonia di
 ſceſſit 190
 Otho magnam multitudinem ducit in
 Romanæ ſedis ditionē, omniaq; de
 uaſtat 119 & 194
 Othonis factis quidā Principes Ger
 mania reſiſtere parabant 195
 Otho de Vuidiſpach comes Palatinus
 Philippum occidit 192
 Otho ducis Saxonū filius in regē Ro
 manorum quare electus 185
 Otho in Galliam proficiſcitur 11
 Otho ex Hagenau in Italiam profici
 ſcitur 190
 Otho Imp. ueneno periit 120
 Otho eligitur in regem ab archiepiſco
 pis & alijs 186 (187)
 Otho cōfirmat Imperatorq; appellat̄
 Otho puincias Neapolitani regni in
 greditur 194
 Otho uincit Saracenos 116
 Otho captus à Venetis 176
 Othonis Magni mors 116
 Otho Imp. fugatus à Græcis & Sarace
 nis ac captus 117 & 118
 Othonis Imp. & Boiſlai pugna 108
 Otho odium contra Suenos euomere
 conatus eſt 193
 Othocarus uxorem perditiffimam ha
 buit 218
 Otho Imp. uincit filiū, & generū 111
 Otho Imperator mittit in exilium Pa
 latinum

I N D E X.

tinum comitem	109	Philippus Maria dux Mediolanensis	
Otho de Vuitlispach proscibit latro-		moritur	328
cinij	193	Philomeliu captu per Frid. Imp.	179
Otho Imp. uincit Sclauos	114	Philippus ad parua oppida ducit co-	
Otho superatus multis pralijs	186	pias	189
Otho adhortatur Principes ne Roma-		Philippus ab Othone de Vuitlispach	
norum mancipia fiant	195	occisus	192
Othonis Imp. pugna cu Vngaris	113	Philip. & Otho uaria fortuna uis	187
Othocarus uictus uxoris stultitia	218	Philippus Argētinā urbē obsidet	186
Othomannus Turcorum rex	47	Philippus adoritur oppidulum Vuit-	
P		zensē	188
Palatinus comes Colandus uict		Philippus quid in uita egerit	186, 187, 188, 189, 190, 191, 192
Turcam nobilem, & ipse ex lassit-		Philippus iterum mouet signa in Tu-	
tudine obiit	60	ringiam	188
Palatinus comes de Vuitlispach petit		Philippus obuia ducit copias Boemo-	
euaginato gladio legatu Pōtif.	164	rum regi	188
Palatinatum Rheni inuadunt Princi-		Philippus arripit iter in Italiam	186
pes & nobiles	352	Philippus rex Sueuorum	186
Palatinus comes de Vuitlispach in Ita-		Philip. omnes crudeliter psecutus	186
liam exercitum ducit	164	Philippo iurat prompto animo Colo-	
Palatinus comes Eberhardus rebellis		nienfes quacuncq postulat	190
contra Imp. Othonē captiq fratrem		Philippus comitia celebrauit in Mul-	
eius ducē Bauarię Henricū	108, 190	hulen	186
Palatini comites	160	Phrisios Carolus Martellus ad fidem	
Pannoniā recuperat Ludouic. Pius	83	cogit	50
Pannoniam Bulgari inuadunt	86	Phrisij propter prædicationē euangeli-	
Pannoniam uastant Huni	56	cam occiderūt Bonifacium	55
Pannoniam subegit Carolus	61	Picti Britanniam opprefferunt	34
Papam quis eligit	84	Pipinus & Car. filij Caroli moriunt	66
Papa misit legatos ad expeditionē cō-		Pipinus Aquitanix rex	89
tra Turcos suscipiendam	288	Pipini & Aistulphi pax	52
Papix scholæ quis autor	70	Pipinus Ludouici Pij filius Vascones	
Parisijs incendit suburbia Otho Impe-		uincit	83
rator	117	Pisis in Italia celebratū est conciliū	302
Parisiensis comes Odon	97	Pisidiam Christiani peruenerunt	138
Paschalis Roman. Pontifex	81	Placentix muros demoliuntur	169
Pelagius	33	Pogebratius rex rem Hussiticam pro-	
Pelagius Pontifex	41	mouit	340
Perfas deuincunt Mahomethi	47	Polonia facta tributaria Im. Contr.	123
Perficum bellum	44	Polonū & Henrici Imp. bellum	140
Perfarum rex ad Carolum mittit lega-		Poloni dat tributū Lothar. Im.	152, 162
tos cum munusculis	62	Pomerani quādo Christianam religio-	
Perfarum & Saracenorum bella	47	nem susceperint	150
Pescha castrum obsidetur ab Henri-		Pōtifex Adrianus haustu muscæ mor-	
co Imp.	128	tuus est	168
Pestis maxime grassatur per Galliam		Pontifices 3. eodem tempore	126
Germaniam & Italiam	271	Pōtificis legatus amisit 300 eqtes	88
Pfullendorff comes	172	Pontificum concordia	328
Pharamundus rex Francorum	33	Pontifex primicerios Romæ opprimis	
Philippus coronatur appellaturq sem-			
per Augustus	189		

I N D E X.

Pontificum dictum	160	uxore & liberis	56
Pontifex Innocen. Roma expulsus	152	Ragusium diripiunt Saraceni	89
Pontifici rex Anglię obtulit decimas	53	Rainaldus uincit Rogerium in Apu- lia	153
Pontifex cōtra Saracenos pugnat	90	Rainaldo dat Lotharius Imp. Apuliā	153
Pontifex eiectus Roma per Hēricum Imperatorem	148	Rauennam expugnat Aistulphus	51
Pontifex caditur à Romanis	72	Ratispona obsessa ab Henrico Impe- ratore	142 & 112
Pontifex in oppidum Schaffhusen se contulit	310	Ratisponę comitiā celebrata	246. 153
Pontifex Iulius eiectus	351	Reutligenses abegerūt pastoribus in Vrach pecora	289
Pontifex habitu famuli equitis uulga- ris Constantia exiuit	310	Reutlingēsiū pugna cum Vrico iu- niore comite de Vuirtemberg	289
Pontifex concilium Basileę decreuit fieri	315	Rhadagasus humano sanguine simu- lahris sacrificauit	30
Pontificis fugā Sigismūdu Imp. iussit proclamari	310	Rhadagasus Gothorū, Alaricus Ger- manorum rex depopulant Vnga- riam, dein inuadūt Thraciā, Italiā	27 & 30
Pontifex Rom. misit legatos ad Helue- tios & implorauit eorū manus	231	Rhetia à quo nomen habent	11
Pontifices multi obierunt	126 & 127	Rhetia minor	154
Pontifex Germanus eligitur	119	Rhenum terminū esse Gallię & Ger- manię	2
Pontifices duo creati Romę	168	Richardus Burgundię dux	98
Pontifex uictus pręlio & captus à Ro- gerio	153 & 154	Richimer obsidet Romam, Anthemi- umq; dilaniat	36
Pontifex quando & à quo tantis uecti- galibus dotatus sit	81	Rixilla Sueuorū rex deleuit legiones Romanorum captiq; aliquas urbes	34
Pontifices & Roma urbs dissidēt	162	Robertus Odonis frater occidit à Ca- rolo Simpl. Aquitanię princeps	98
Pontifex Ioan. luminibus priuāt	119	Rogerius uincit pręlio Pontificē	153 & 154
Pontifex fœdus init cum Aistulpho	51	Rogerius expulit ducem Capuę Italia	153
Posthumus dux Germanorum	22	Rogerius uincit Turcos & liberant Gallię regem	159
Pragam uenit Sigismundus	317	Romanis in Oriente bellum	22
Pragēsis episcopus accusat Ioannem Hus apud Sigismundū Imp.	308	Romanum imperium inuadunt Gal- li & Germani	26
Pragēsis episcopus occiditur propter religionem Christi	117	Roma obsessa à Richimero	36
Principes à comite Palat. capti Hey- delbergam ducti sunt	337	Romę capitolium ab anserē seruātū	11
Princip. electores quādo instituti	110	Romani imperij finis	36
Principes inuadūt Palatinatum Rhe- ni	352	Romanis capiunt quę habēt in orien- te Saraceni	50
Priuilogia Basiliensium quotānis pu- blice leguntur	332	Roma Odoacrię uocata	39
Prouincię regnū dat Bosoni Carolus Caluus	93	Romana ecclesia caruit Papa duobus perpetuis annis	224
Probi pugna cum Germanis	23	Romę primicerij opprimuntur à Pon- tificē	84
Proculū deleuit Probus qui seipsum Imperatorem appellauit	24		
Pruteni diu miserē uexarunt Christia- norum regiones	203		
R			
Rachis Longobardorum rex mo- nasticam uitam ingressus cum		D 3	Romę

I N D E X.

- Romæ creauit Imperator equites 340
 Romechete Germanorū rex capit Ly
 symachum regem 20
 Roma quādo subiecta Pōtifici 72. 84
 Romanum imperium quando perue-
 nerit ad Germanos 73 & 74
 Romæ pestis grassatur 171 (84)
 Romanæ curiæ concedit eligere Papā
 Romam capiunt Saraceni 87
 Romæ quando cōsules abrogati 177
 Romæ magistratus constituitur 85
 Romani Carthaginem cōperunt per
 Germanos 20
 Roma quoties direpta 42
 Romanis mittit auxilium Zeno 37
 Romæ oritur tumultus 194
 Rosatū castrū incēdio consumptū 161
 Rotenbergā oppidum Lucernani per
 uim cōperunt 281
 Rudolphus comes de Haspurg electus
 in Imperatorem 214
 Rudolphus filius Alberti equo liga-
 tus ad caudam 238
 Ruffinū ducem capite plexus est Ar-
 cadius 26 (352)
 Rupertus cū hoste pugnat accerrimē
 Rupertus elapsus cū parte copiarū 352
 Ruperto cum Galeaceo magna erant
 odia & similitates 299
 Rupertus dux Bauariæ obsedit Eslin-
 gen & alias ciuitates 284
 Rupertī comitis Palatini electionem
 Pontifex approbavit 299
 Ruperto filio comitis Palat. Georgi-
 us dux Bauariæ iunxit matrimonio
 filiam suam 352
- S
- Saba Maurorū rex dux Sarace. 83
 Sabaudix ducem Bernēses eiecerunt 358
 Sacerdotum instituta 86
 Sacerdotū correctio & quando adem-
 pta uxores 54 & 131 & 135
 Samnium euertunt Saraceni 92
 Samotes tulit leges Celtis 1
 Sangallum op. imperiale obsidet 302
 Santonas affligunt Nortmanni 90
 Sarmatiam Tuisco habuit 1
 Saracenorū & Persarū bella 47
 Saracenorū cū Othone Im. pugna 117
 Saraceni per portū Cētumcellēsem in
 Italiā irruūt & Romā capiūt, Siciliā,
 Tarentū, Apuliam uasiant, Tusciā
 depopulantur, postremo à Germa-
 nis uincuntur 87 & 89
 Saraceni toto mare grassant libere 90
 Saraceni uincūt Theophilū oriētis 89
 Saraceni in oriente subijciūt quæ erāt
 Romanorum 56
 Satilia urbs 158
 Saxonix duces duxere exercitū aduer-
 sus Boëmicam sectam 314
 Saxonū pugna cū Henr. Imp. 129. 130
 Saxones quādo ad Christi fidē perue-
 nerint 39
 Saxonum & Sueuorum pugna 44
 Saxonix in urbe Northusen celebra-
 uit Otho nuptias 195
 Saxones recepti à Ludouico Pio 82
 Saxones prælio uicit Pipinus 52
 Saxonum situs & leges 105
 Saxonum religio 105
 Saxonibus quis primo inuenit argen-
 ti uenas 116
 Saxoniam uasat Vngari 100 & 107
 Saxonie ducis Henrici cōspiratio con-
 tra Imp. Fridericū & dānatus in co-
 mitijs 173
 Schletstat à quo fundatū S. Fidismo-
 nasterium 172
 Schisma in Ecclesia in Germania et in
 Italia 273
 Sclauos uincit Otho Imp. 114
 Sclauī se dederunt Ludouico Imp. &
 eorū Principem oculis priuauit 91
 Scoti Britanniam oppresserunt 34
 Secusam oppidum direptum 173
 Seckingenensis ecclesia 172
 Senones hostiliter ingressi Italiam ex-
 pulerunt Latinos ac Tuscos & urbes
 quasdam ædificauerunt 11
 Sequanos oppugnat Constantinus 32
 Sicilix rex factus Rogerius 154
 Sigerichus obruncatur 32
 Sigismundus rex Vngariæ capitur 301
 Sigismūdo nulla quies Pragæ 318. 314
 Sigismundus dux Austrix gessit bellū
 cum Venetis 344
 Sigismundus & Albertus affirmabāt
 Boëmicū regnū ad se pertinere 336
 Sigismundus festinat obsidere Brune-
 cam oppidum 336
 Sigismundus

I N D E X.

Sigismundus Imp. fidem seruare uolebat Ioanni Hus	309	T	Taruissium obsident Vngari	101
Sigismun. Cardinali minas mortē	336	Tartari uocantur Turcz	47	
Sigismundum excommunicauit Pius Pontifex	336	Taurinenses adiuuarūt Imp. Frid.	174	
Sigismundus subiuit magnos labores propter ecclesie pacem	311 & 312	Terremotus maximus in Germania	94 & 219 & 283	
Sigismundus Imp. accusat in confesso Principum Frider. ducē Austrie	310	Teutonem ferūt regem fuisse Germanie unde dicti Teutones	2	
Sigismūdu bellū parat aduersus Turcos	313	Talmuth quando factus	33	
Sigismūdi uxor Zuomiae capta custodia mancipatur	318	Theodatus interficitur à Vuittig	40	
Sigismūdu quare in Imp. electus	305	Theodosius Imp. moritur dum occupatur in apparando exercitū contra Atilam, fuitq; autor Codicis	35	
Sigisbertus Francorum rex repellitur à Germanis ex Italia	46	Theodosius cōtra Bonifacium mittit exercitum	33	
Siloē amnis	401	Thraciam occupant Turcz	47 & 48	
Simoniaca hæresis condemnata	142	Thuringiam uastant Vngari	107	
Solimani copie fusi p Germanos	138	Tigurinae urbis conditor quis	2	
Solomonis candelabrum ubi	172	Tigurinis bellum exortū est cum Heluetijs	325	
Spirensis diocesis rustici multi cōiurauerunt aduersus dños suos nobiles	351	Tigurinā urbē obsedit Albertus dux Austrie	280	
Spiræ pecunie Imp. Henrici	143	Totila capit totam Italiam	41	
Spiræ Reghardus de Rorbach captus & igne crematus	283	Traiani bella contra Vngaros & Germanos	20	
Spoletum ui capta	162	Trecam destructum	161	
Sulco opprimis German. & Gothos	30 & 31	Tridentina uallis	152	
Stuckardīa urbē Rudolph. obsedit	221	Troia locus urbis non scitur	5	
Sueuorum dux eligitur in Imp. Confluentie	153 & 130	Tubinga obsessa à Guelfonū quidam familia, & episc. August. & Spiren. Vuormat. Bertoldo duce de Zeringen, Marchione de Veltenburgo, Hermāno de Baden Marchione	122	
Sueuie Principes	97	Tunessij regem uincit Rogerius	158	
Sueui non passi sunt ad eos inuehi uinum	8	Turcorū & Christianorum pugna	335 & 269 & 137 & 139 & 334 & 357	
Sueuorum duci in prælio amputata est manus	130	Turcz uocantur Tartari	47	
Sueuorū rex Carolus fit Imp.	96	Turicense comitatus	172	
Sueuiam uastant Vngari	100	Turca Croaciam oppressit	345	
Sueuie dux & dux de Zeringen inter se belligerantur	183	Turonium affligunt Nortmanni	90	
Sueui unde nominati	2	Turcarum & Caroli pugna in Hispanijs	49 & 50	
Sueuorū duces uincunt rebelles Imp. Othoni	110	Turca periculum exponitur Budæ in frequentissimo conuentu	330	
Sueui Rheni ripas occupant	43	Turca uictus ab Huniade	322	
Sueuorum & Valentiniani præliū	24	Turcos cecidit Carolus	60	
Suitenses aggrediū dux Lupoldus	282	Turcorum rex Othomannus	47	
Sultzberg monasterium quis ædificauit	155	Turcorū infauitissimū præliū	323 & 324	
Suspicio ob nouem nuptam Othonis	195	Turcz omnem orientem, Aegyptum, Syriam, Asiam, Africam, Thraciā, Græciam, occupant.	47	Turcorum
Syriam occupant Turcz	47			

I N D E X.

- Turcorum 60. milia occisa 298
 Turcorum Imp. sibi ipsi mortem con-
 sciuit 334
 Turcus uenit in Vngariam 334
 Turca res Christianorū inuadit 339
 Turcarū pugna cū Galliarū regi 157
 Turingiæ Lantgrauius moritur 201
 Turingia tota crudeliter bello deuasta-
 ta 195
 Tusciæ Marchio Guelpfo 160
 Tusci se duce Rheto in alpes recepe-
 runt 11
- V
- V**Alēs Imp. telo uulneratus & in-
 cendio perit, fuit Arrianae hære-
 sis defensor 26
 Vandali 1
 Vāgiones uastāt omnia circa Rhenū 32
 Vāgiones defecerūt ab Imp. & ab ipso
 obsessi 150
 Vascones uincit Pipin9 Ludouici Pij
 filius 83
 Vbi9 bellū gesserunt cum Sueuis 17
 Velleda mulier à Germ. pro dea habi-
 ta 9
 Veneti unde plumbo obsignāt literas
 177
 Veneti Cēsare gloriosissimè tractāt 331
 Ventī maximī & terrām motus 219
 Ventis nomina Germanica imposuit
 Carolus 73
 Veneti quo tempore liberi facti 75
 Venetorum ciuitatem nouam incēde-
 runt Vngari 101
 Venetijs Pontifex egit hortulanum et
 eorū urbes oppugnauit 176 & 355
 Veringēsis comes cōtra Im. Frīde. 174
 Veronæ princeps ab Im. superatus 162
 Viennam fugit Lotharius 88
 Vinū effusum, eo quod uasa deerāt 251
 Vladislai caput Turci secū retulerunt
 domum 324
 Vlricus comes Vuirtenbergēsis cum
 Friderico comite Palat. ducēq; Ba-
 uariæ bellum habuit 337
 Vlricus comes Vuirteber. plurimū ne-
 gotij fecit uicinis ciuitatibus 329
 Vlricus dux Vuirtenbergensis genus
 suum unde ducit 298
 Vlmam urbem totam Carolus cinxit,
 sed obsidionem soluit 290
- Vlmenses inuaserunt principatū Vuir-
 tenbergensem 290
 Vlma expugnata à Lothario Im. dein
 rursus dotata priuilegijs per Cōra-
 dum Imp. 151
 Vngari uastāt omnia circa Rhenū 32
 Vngari occiderūt episcopos oēs & re-
 gem ipsum macerarunt 128
 Vngarorum Principes necati 114
 Vngari electi ex Pannonia 105
 Vngarorū pugna cū Othone Imp. 113
 Vngari uastant Turingiā, Saxoniam,
 Sueuiā, Bauariā, Basileam, Alsatia,
 Lotharingiam, Galliam 100 & 107
 Vngari post mortē Ladislai Cēsarem
 elegerant 339
 Vngaria depopulata à Germanis 29
 Vngariā recuperat Ludouic9 Pius 83
 Vngari elegerūt Matthiam adulescen-
 tem 336
 Vngariam circūsepiuit Turcus 334
 Vnulo pastor ecclesiæ in Bauaria 57
 Vlipetes oppressit Drusus 18
 Vuenceslaus Ioannē Hus misit Con-
 stantiam 308
 Vuenceslaus Imp. electus Francofur-
 dia 287
 Vuinsperg obsessum ab Imp. Contra-
 do 54
 Vuirtenbergense bellū 221, 241, 337. &
 357 & 271
 Vuilzorum regnum duo fratres petie-
 runt, cur & discordati 85
 Vuirtebergensis comes diripuit & ua-
 stauit Mengen oppidulum 271
 Vuitig interfecit Theodatum 40
 Vuirtebergēsis comitatus magnā par-
 tem uastauit Imperator 221
 Vuormatiæ conuentus Principū 149
 Vuormatia diruta 32
- Z
- Z**Aborth locus in Vngaria 137
 Zacharias Papa 51
 Zeno mittit auxilium Romanis 37
 Zeringēsis dux Bernam & Friburgū
 ædificauit 155
 Zeringēsis dux obsidet Tubingā 122
 Zolorensis comes contra Imp. Frīde-
 ricum 284
 Zuifalten monasterium quando fun-
 datum 236

FINIS.

DE GERMANO.

RVM RITIBVS, MORIBVS, LEGIBVS, ET OMNIBVS GE-
stis omnis præteritæ ætatis, chronicorum Liber 1.

Genus & origo Germanorum à Tuifcone filio Noë.



VNT autores, inter quos est & Naclerus & Berofus, qui tra-
dunt post diluuiū Noë inter reliquos filios genuisse & Tuif-
conē gigantē, qui Germanorū progenitor genuit Mannū.
Manno assignant progeniem hanc: Mannus genuit Ingeuo-
nem, qui produxit Ista uonem, ex quo Hermionem natū di-
cunt, cuius filius Marsus, rursus huius Gābriuius, ex quo ge-
nitus fertur Sueuus, qui pater Vandali est, cui prolem adscri-
bunt Hunnum patrem Herculis: Hercules autem factus pa-
rens Teutone filio. Hæc ferè etiā Tacitus habet. Hinc uocitatos Inga uones pro-
ximos Oceano, medios Hermiones, ceteros Isteuones, Marsos, Gābriuios, Sue-
uos, Vādalos. Ioannes Viterbiensis tradit: Noë numerosam prosapiā habuisse,
Tuifconem autem Germanorum & Polonum Danorumq; autorem & patrem
esse. Idcirco genus Tuifconis ad Noë sicut Enos ad Adamum rectè refertur.
Vxor Noë quæ peperit illi Tuifconem tribus nominibus, Vesta scilicet Terra,
& Titea appellatur. Atq; ita pulchrè Berofus Cornelio Tacito cōsentit, Tuifco-
ni matrem fuisse Tellurē. Longeq; fallitur hoc loco Diodorus Siculus existimās
propter hæc nomina Noë multas fuisse mulieres. Nam tres appellationes unum
unius mulieris nomē est, suntq; absq; dubio synonyma. Quemadmodum etiam
Noë appellatus est Ianus, Bisronsq; pingitur, quod bina secula uidit. Eodem Be-
roso non dubiæ fidei autore, Sarmatia & Germania Tuifconi sorte obtigit. Cui
Berofi opinioni astipulatur & C. Tacitus, scribit enim Germanos sedem & no-
uam regionem quærentes, post longos uariosq; errores in Oceani littoribus ter-
ram primum attigisse. Propter has causas diu Germani ab Italis & Gallis Tuifci
uocati sunt, quod nomen adhuc non solum in Germanorum, sed ferè omnium
gentium ore est.

Berofus (quem quidam, inter quos est etiam Metasthenes Persicarum rerum
scriptor, fide dignum autorem ducūt, quemq; Iosephus libris antiquitatum saepe
citatur, libro historiarum suarum quarto) scriptum reliquit, quod à diluuiō post centum tri-
ginta unum annū prima & potentissima urbs Babylonia ædificari coepta sit. Tūc
etiam temporis Noë, qui & Ianus est uocitatus, Tuifconem filiū suum in Euro-
pam misisse, & illi tradidisse regnum à flumine Tanaë ad Rhenum usque. Sicut
& Tacitus scribit, Tuifconem deum terra æditum & eius filium Mannum auto-
rem & cōditorem gentis. Item scribit Berofus quod anno 4. Nini regis Assyrio-
rum, Tuifco Germanos circa Rhenū legibus & institutis correxerit & in ordinē
redegit. Quemadmodū Iubal apud Celtiberos, & Samotes leges tulit Celtis. Se-
cundus Germanorum rex fuit Mannus Tuifconis filius. Scribit enim Berofus:
Sexto anno Semiramidis reginæ Assyriorū, iuxta Rhenum Mannus Tuifconis
filius Germanorum regnum obtinuit. Tertius Germanorum rex fuit Inga uo
filius Manni tempore Nini filij Nini. Hermionem quartum ferunt Germano-
rum regem fuisse, tempore Arali septimi Assyriorum regis. Quintus eorum rex
fuit Marsus, tēpore Balei octauis regis Assyriorū. A quo dicti sunt Marfi, hincq;
est regnum Marforū, Testibus Plinio & Cornelio Tacito. Gambriuiū sextum
regem in Germania faciūt historiarum tēpore Belachi Assyriorū regis. Hic Gambri-
uius strenuus & fortis bello fuit. Ioannes Annius quibusdā coniecturis colligit
a hunc

hunc primum coronatū regem Germaniæ fuisse. Sueuum septimum regem scribunt, Baleo undecimo rege Assyriorū seu Babylonix imperium obtinente. Ab hoc putantur Sueui nominati. Hic Tigurina non ignobilis urbis cōditor fertur. Vandalus Germaniæ octauus dicitur rex, Altada duodecimo in Assyria regnante. Nonum tradūt Teutonem fuisse huius nationis regem. Ab hoc sunt Germani dicti Teutones. Fuit aut tempore Manniti tredecimi Babylonix regis, qui primum dñs sacrificare instituit. Decimus rex Hercules fuit, tempore Macalei decimiquarti Babylonix regis. Hunc omnium uirorum fortium primum in pralía ituri Germani, carminibus cantuq; celebrabāt, autore Cornelio Tacito. Hæc de rebus Germanorum, autoribus citatis.

Verisimile est, sicut iudicat etiā Ioannes Viterbiensis, quod quemadmodum Germani à Tuifcone nomen acceperint, ita Alemannos à Manno Tuifconis filio, secūdo rege suo uocatos. Et à septimo rege suo Sueuo nominatos Sueuos, sicut à nono rege Teutone appellati sunt Teutones. Germani uero lōgo post tempore ab exteris nationibus, Gallis scilicet, & Italis dicti sunt. Cuius nominis causam arbitror fuisse, quod belli tēpore tam fraterno animo semper partiti sint pericula & successus. Et quod ij qui domi remanserāt pascētes, rusticātesq; uxores & liberos pro communi patriæ salute militantium alebant, post annū qui in bello fuerāt reuertentes domum uicissim rura colebant nutriebantq; familias, qui in eorum locum exire lege institutoq; in bellum cogebātur. Hæc uicissitudo & mutua mutatio cum magna germanaq; fide fiebant. Nec autē usquā germani fratrumq; animi magis apparent quā in pralijs, ubi uitæ capitisq; agitur periculum. Hæc causam huius nominis esse idonei sunt autores. Porro ex nominibus omnibus illis nouissimum est Germanus, nec multum, quod sciam, ante Christum natum in usu fuit. Quāquam hoc nomen etiam sit apud Titum Liuium primæ decadis libro 6. Iulius quoq; Cæsar in Commentarijs cum lib. 3. tum alijs quibusdam locis huius nominis meminuit. Facit & Cornelius Tacitus mentionē huius nominis. Item Strabo Geographiæ lib. 7. Trans Rhenum, inquit, uersus orientem Germani habitāt, gens forma & moribus non prorsus dissimilis Gallis. A Romanis uero frequentius Teutonici uocati sunt. Ita sine dubio uocabulū Germani minus est uetustum. Quādo autem aut per quem, primū sic appellati sint, scribit Nauclerus se nescire. Quāquā uero minus uetus sit reliquis nominibus, tamen quā uetustum sit uidemus ex Liuiō. Post enim urbem Romam conditam, anno centesimo sexagesimo fuerunt Germani in Italia, quo tempore Brennus Romam incendit.

Omnes, qui digni sunt quibus fides habeatur, cosmographi, nempe Ptolemæus, Aegelsippus, Cornelius Tacitus, Berosus, Strabo, & si qui sunt alij huius loci consentientes scribunt, Rhenum Germaniam à Gallijs separare, esseq; utriusq; nationis terminum. Nec est dubium obscurū uel Gallos olim usq; ad Rhenum occupasse omnia. Atq; sic Rheno diuisas Germaniam & Gallias. Hinc parua urbes in Gallia sitas. Germani enim uirtute roboris, armisq; præstatiores suis non cōtenti Gallos expulerunt. Ferunt etiā quidā scriptores, Gallos aliquando Germanica lingua locutos, sed bellis omnia confusa. Solinus in collectaneis ad Augustum dicit: Germaniam esse populosam pertinereq; à Polonium siue Sarmatiæ mōtibus per herciniā syluam usq; ad fines Rheni & ortū Danubij. Plinius lib. 4. cap. 13. suis quoq; finibus Germaniam describit, sed nobis parum cognitum quid sibi uelit, adeo per temporis bellorumq; iniuriam, nomina ciuitatum & regionum partim interciderūt, partim mutata sunt. uixq; est inuenire aliud quod suum pristinū nomen tueatur. Ptolemæus & Cor. Tacitus libro de Germaniæ

Germaniæ situ & moribus similiter scribunt Germaniam esse imprimis nobilitate & magnitudine insignem: Rheno & Danubio à Gallis, Rhetis, & Pannonijs: Montibus uero à Sarmatis Dacisq; separari. Hi ueterum Germanorum fines sunt. Sed nunc singulari armorum animiq; robore ad sua adiecerunt multa, uersus meridiem, orientem & septentrionem, transgressi, possessoribus fugatis, flumina & mōtes, omnes superarūt difficultates. Cuius rei testimonio sunt Germani transhenani in Gallia, ut supra dictum est. Tantumq; accessit Germaniæ, ut duplo hodie maior sit, quam Strabonis, Ptolomæi, Pliniq; tēpore habita est. Nam Germani omnes regiones & populos qui lingua teutonica cuiuscunque idiomatis utuntur, sibi asserunt. Quantumuis uaria sit huius linguæ dialectus.

Germaniæ omnes naturæ dotes tantum uariant, cum ijs quæ olim illi, si credimus Romanis & Græcis scriptoribus, fuerunt, adeoq; ferè omnia aliter habent, ut hæc abunde possint esse argumento (si scriptores non mera mendacia & somnia mandarūt literis) cœlū & regionū naturam mutari. Etsi philosophi phisici non concedant. Sed domini uerbo obediunt omnia elementa, faciunt omnia hæc iuxta iussum & imperium domini exercituum. Hoc benedicente & aperiente manum, terra fert fructum suum fertilitateq; omnia implentur. Maledicēte & te manum claudente sterilis redditur terra & omnia pereunt. Vt psal. 103. Dante te illis colligent, aperiente te manum tuam omnia implebuntur bonitate. Auertente autem te faciem, turbabūtur: auferes spiritum eorum & deficient, & in puluerem suum reuertentur. Emitte spiritum tuum & creabūtur, & renouabis faciem terræ. Et psal. 32. Misericordia domini plena est terra. Verbo domini cœli firmati sunt & spiritu oris eius, omnis uirtus eorum. Hoc genus sententijs tota est plena scriptura. In hunc modum solet esse uicissitudo in donis dei, mutanturq; sic artes, animi, ingenia, & regna, fieriq; solēt mortales post uaria dona & uictorias successusq; arrogantes & molles uitijq; infinitis inquinantur, quare post longam patientiam non perpetuò ferens dominus deus, puniensq; ingratos dat fructū ferentibus. Sic est mutata fertilitas, propter populū peccata, terræ promissionis quæ prius fluebat melle, uino & lacte, iam uix spinis & tribulis ferēdis est habilis. Notum est quales fructus in testimoniū & signum Israēli Iosue & Caleb ex illa attulerint terra, quæ iam est desolata, deserta & colono prorsus nō respondens. Sicut etiam Sodoma & Gomorrha ante maledictionem omnibus rebus abundauerunt, ut iure habitæ sint paradyfus & pinguedinis domus. Propterea Ezechiel cap. 16. perditionis eorum nullam aliam reddidit causam, quam omniū rerum affluentiam sine magnis operis, & luxū qui solet comitari ocium & fructuū absq; labore copiam. Sic uerum existimo Germaniam aliquādo fuisse barbaram, horridam, & infœcundā. Semper tamē bellicosam alijsq; populis fortiozem, quem admodū cōsueuit esse gens laboribus indurata & exercitata, parumq; ciuilibus mollioribusq; moribus imbuta. Sed dominus iam tardē quoq; hanc terrarū orbis partem respexit, ita ut ex uerbo et gratia domini uix unquam fuerit regio, uel fertillior magisue habilis ad omne genus fructus producendos, uel felicior ingeniorum animorumq; bonitate, magnitudine & præstantia. Quibus enim gentibus, quæso, in ulla cedit arte, imò quos populos qui & sunt & fuerunt non longo interuallo post se relinquūt? Iam incipiunt Phisici disputare de temperie media & summa, cui ascribunt illam benedictionem domini, in Germania, quam olim tribuerūt Assyrijs, Persis, Terræ promissæ Israēli, Medis, Græcis, Italiæ. Iam illud uer illaue domini benedictio in Germania omnes mirantur cum stupore populi. Nihil in hoc mundo uanitati obnoxio solidum, immutabile, & incorruptibile. Fuerūt alia olim etiam secula apud Aegyptios, Græcos & Romanos eruditione & artibus omnibus excellenter dotata & exulta, sed tēporis iniuria, que

omnia cōsumit, artes & homines interciderunt. Id quod sine dubio nobis potest euenire si ingrati fuerimus domino deo omnium bonorū largitori. Et iam nunc causę paulò oculatioribus non sunt obscurę. Et nisi domino, qui omnia propter sese facit, ascripserimus in uera humilitate & timore dei, in despectū barbariemq; maiorem priore, relabemur. Nam dominus propter peccata cum alia tum potissimum superbix, molliciei & luxus transfert animos & regna. Ita ut repēte leones immutentur in lepores. Quare ambulandū in lumine anteq; prætereat. Ne quis sibi in illis donis sibi placeat, arrogāterq; alios despiciat, Dominus deicit superbos de sede, exaltat humiles. Qualis aliquando Germania fuerit est apud L. Anneum Senecam in lib. de gubernatione mundi, dicit enim errare eos incertis sedibus, perpetuas hyemes illic esse, solum infœcundū, nullas ædes, uenationibus uere, ubicunq; nox fessos laboribus deprehēdit cubare sub frondibus aut in speluncis foueis ue. Pellibus uestitā aut etiā nudā gentem esse. Miram illis esse frigoris patientiā. Nō dissimilia scribit & Tacitus: Quis porro præter periculū horridi & ignoti maris Asia aut Africa, aut Italia relicta Germaniam peteret? Informem terrā, asperā cœlo, tristē cultu cōspectuq; nisi si sit patria. Addit post pauca: Terra etsi aliquanto specie differt, in uniuersum tamen aut syluis horrida, aut paludibus fœda, humidior quā Gallias, uentosior quā Noricum ac Pannoniā aspicit, frugiferarū arborum impatiens, pecorum fœcunda, sed plerunq; improcera. Ne armentis quidē suus honos aut gloria frontis. Numero gaudent, ea q; sola & gratissimę opes sunt. Argentū & aurum propitiū an irati dei negauerint, dubito. Nec tamen affirmauerim, nullam Germaniæ uenā argentum aurumue gignere, quis enim scrutatus est? possessione & usu haud perinde afficiuntur, &c. Hęc Tacitus. Talia de Germania refert etiam Strabo & alij plures ex Græcis & Latinis. Næ ista uidentur mera mendaciā, & figmēta omnibus qui hodię hęc legunt aut audiūt. Nam quo loco & statu sint hoc tempore Teutonicę res ad astra sublata nouit totus mūdus. Sed nōce autores grauitate et doctrina insignes excusari possunt, iudicio domini, de quo paulo ante. Si iam cernerēt isti rerum scriptores germanas res, non possent nō suffundi rubore. T. Lilius putat Germaniā totam nihil nisi horridam syluam esse, ad quam nullus unquā mercator ueniat. Nec quisquam ad eos accedere propter feritatē audere, nisi cum ualida militum armorūq; manu. Idem quoq; demonstrat in his Italię locis, in quibus nunc sunt pulcherrimę urbes Bononia & Mutina & alia, desertum & syluam fuisse. Iulius Cæsar tradit: Neq; agriculturā neq; usum belli intermittere apud Germanos, sed priuati ac separati agri apud eos nihil esse. Neq; logius anni tempore uno in loco incolēdi causa remanere concessum esse. Neq; multum frumento, sed maximū partem lacte atq; pecore uitam degere, multum in uenationibus esse. Et hoc uitę genus & quotidianam exercitationē libertatemq; uitę, ab omniq; officio ac disciplina uacationem, uires alere, & immani corporum magnitudine homines efficere. Ad dicitq; in eam consuetudinem adductos ut locis frigidissimis nullis uestibus, exceptis pellibus, utantur. Quę Cæsar in Commentarijs de Sueuis scribat cui libet in promptu est legere, ut nihil opus sit pluribus. Facile est uidere eo loco quomodo indurati fuerint ad laborum & bellorum incredibilem patientiam, quā frugali uita fuerint contenti, modo salua esset auro preciosior libertas. Ex quibus causa barbariei patet. Nec mirum terram à domino statim post Adami lapsum maledictam sine diligentibus cultoribus nihil produxisse quā tribulos & spinas. Omnia erant oblita sentibus, quę iam sunt uestita pulcherrimis & fœcundissimis uinetis & pomarijs. Nihil est tam felicitis ingenij quod non cultum fructum producat suum. Quamquam sint autores physici qui opinentur ex reuolutione cœlestium uirtutum & per hoc temperiei mutatione regionum fœcunditatem mutari

tari in sterilitatem, & sterilitatem rursus in fecunditatem: idque adeo ut ubi nunc est mare aliquando terras, & ubi terra, illic maria fuisse. Sterilem autem fieri fecundam terram indicant etiam Romani scriptores qui queruntur, non eandem esse suarum terrarum fecunditatem. Disputatque in eo, num etiam terra senescat et hoc itaque reddatur senectute, ut animalia. Quae mutatio facta sit in Canaan scimus. Natura rerum infirmis elementis subiectarum est fragilis, corruptionibus & mutationibus exposita. Nihil est tam splendidum & magnificum quod non redigatur ad nihilum & in contemptum ueniat. Omnia ueterascunt ut uestimentum. Dominus solus immutabilis manet & qui in eo sunt unum cum illo facti. In Asia et Africa, aliisque memorabilibus locis iam multa iacent neglecta infrugifera, & deserta, quae uix serpentibus iam alimentum sufficiunt, ubi fuerunt ingentes ciuitates populosissimae. Vbi fuit Babylonia? Vbi fuit Niniue? Vbi Troia? Vbi Thebae? ubi reliquae de quibus tam magnifice loquuntur historiae? Ecce rerum humanarum miseram conditionem. Quid miseri extollimur? quid ceci inflamur in tam caducis rebus? Babyloniae urbis amplitudo & altitudo nota est, sed ubi fuerit ignoratur locus, est iam habitatio syrenum, draconum, crocodilorum & ueneficarum aliarum ferarum. Dic mihi campum ubi Troia fuit, & eris mihi magnus Apollo. Aegyptus quae ex Nili exundatione paradysus erat, iam suas laudes non tuetur, nec respondet colonis suis. Quid igitur mirum si ex Germania eremo factus est hortus omnibus & ad uoluptatem & necessitatem sufficientibus plantis constitutus, omnia quae, penes dixerim, ferens sine culturae disciplina. Quem in modum omnia sphaerica reuolutione mutantur a domino in sacris literis cum alijs locis pluribus, tum clarissime Solomon in Ecclesiaste tradit. Multa faciunt ut ego persuadeam Germaniam felicitate non ulli orbis partium cedere. Quanquam enim sunt qui praedicunt Asiae, Africae, Indiae, Italiae, aliarumque dotes, tamen cum Plinio iudico felicissimam regionem quae suis contenta, alienis nihil opus habet, cuius est temperatus aer. Concedo alijs hyemes minus rigentes, sed caloribus aestatis magis feruentibus affliguntur. Fructibus alijs alijs abundant, sed habet & Germania suos peculiare. Taceo de animalium aliarum regionum nocentiore ueneno. Non facile est conferre in hunc modum terrarum felicitatem, nam nullam partem est inuenire quae ferre omnia possit, semper negatum est alij quod in aliam collatum uideas. Non dico in praesentiarum quam diues auri & argenti, aliorum uel metallorum sit Germania: quamque omnibus rebus ad uitam laute degendam copiose sibi sufficiat, nihil prorsus externi egens, si uellet: quid enim opus est de his pluribus dicere, quae in oculis omnium in claro die constituta sunt: Italiae, Hispanijs & Gallijs ferè prorsus omnia metalla negantur, nisi quae a mercatoribus Germanis mercantur.

De Germania scriptum Cornelius Tacitus reliquit, Germanos indigenas, minimeque aliarum gentium aduentibus & hospitibus mixtos, qui olim non terra, sed classibus aduectos. & aliquot populos Tacitus, Plinius, Orosius, Strabo, Ptolomaeus commemorant, sed nominibus nobis adeo incognitis, ut mirari factis non possim qua temporis iniuria adeo perierint regionibus sua nomina. Nec minus est mirabile, quod nullus ex autoribus cum alio consentit in nomenclatura, sed quilibet alia tribuit regionibus & urbibus nomina. Cum tamen in uno ferè seculo tres insigniores uixerint. Strabo enim sub Tiberio, Cornelius Tacitus sub Traiano, Ptolomaeus imperante Antonino Pio, floruerunt. Ista sunt nomina populorum Germaniae apud Strabonem, Brucheri, Sueui, Caldui, Marcomanni, Liuui, Zumi, Butones, Mugilones, Sabini, Senones, Sicambri, Catti, Gambruui, Cattuarij, Chaubi, Cimbri, Caulci, Campsiani, Bisurges, Cherufci, Catisci, Ampsani, Cheinisci, Landi, Sabarij, Heumunduri, Boij.

Cū Strabone, Cornelius in pluribus uariat. Orosius his uocabulis appellat, Vsi-
petes, Tēcteros, Frisos, Agoriuarios, Dulgibinos, Tasuarios, Chauchos, Lōgo
bardos, Reudingos, Auarios, Varmos, Eudofos, Suarmos, Nuithomos, Her-
munduros, Nariscos, Quados, Marignos, Gothos, Ofos, Buros, Ligios, Arios,
Heluetianos, Mannumos, Helistos, Naharualos, Rhingios, Lemones, Suiones,
Venetos, Fennos, Vandalos. Ptolomæus multa alia habet, quæ recētere superua-
cuū existimo. Tam diuersę impositionis nominū non fuit alia causa, q̄ quod do-
ctissimi hi autores sibi putarint licere pro animi arbitrio imponere nomina bar-
baræ nationi, sicut & adhuc hodie Germani peregrina libēter imponimus nomi-
na, uel Græca uel Latina. Huc facit quod Iulim in Germania, autore Tacito, nec
uirī nec mulieres nouerūt literas. Etā ipsi Galli anteq̄ Romano imperio fuerint
subiecti nullas omnino literas attigerunt, nec etiā uiderunt. Græci aliquādo illis
Græcas literas ostēderunt, quas pro miraculo habuerūt. Ex his dubiū nō est illa
Germanis nomina imposta à Græcis uel à Latinis. Romanis enim singulari stu-
dio fuit linguam latinā cum imperio propagare, & plerq̄ alijs appellationibus
nominare. Nostro tempore Germaniæ regiones appellantur hoc genus nomi-
nibus. Ea pars quæ non multum abest à fontibus Danubiī & Rheni Sueuia uo-
catur, quam solam Alemāniam quidam uolūt. Huic uicina est Heluetia, Alsatia,
Brabantia, Selandia, Holaridia, Frisia, Dania, Saxonia, Thuringia, Halia, Fran-
cia Orientalis, Boëmia, Schlesia, Polonia, Bauaria, Pannonia.

Iulius Cæsar memoriæ mādauit, quod Germanis uita omnis in tenationibus
studijs que rei militaris fuerit, quodq̄ à paruulis duricie & laboribus studeant.
Quiq̄ diutissime impuberes permaneant, maximā inter suos laudem ferre. Hoc
enim ali staturā, ali hoc uires, neruosq̄ cōfiruari putāt, & cetera quæ eo loco scri-
bit in promptu sunt. De his Tacitus scribit, quod aliquando supra modū inculti
barbari fuerint, in sordibus & magnis sudoribus à prima iuuentute educati, in
omni domo, inquit, nudi & sordidi. In hos artus, in hæc corpora, quæ miramur,
excrefcunt. Sua quęq̄ mater uberibus alit, nec ancillis ac nutricibus delegatur.
Dominū ac seruum nullis educationis delicijs dignoscas. Inter eadē pecora in
eadē humo degūt, donec ætas separet ingenuos, uirtus agnoscat. Sera iuuenum
Venus, eoq̄ inexhausta pubertas, nec uirgines festinantur. Eadē iuuenta, similis
proceritas, pares ualiditq̄ miscentur, ac robora parentum liberi referūt. Seuera il-
lic matrimonia. Dotem nō uxor marito, sed uxori maritus offert. Intersunt parent-
es & propinqui ac munera probant; munera non ad delicias muliebres quęsita,
nec quibus noua nupta comatur, sed boues & frenatū equum, & scutū cum fra-
mēa gladiocq̄. In hæc munera uxor accipitur. Atq̄ inuicem ipsa armorū aliquid
uiro offert. Hoc maximū uinculū, hæc arcana sacra, hos cōiugales dies arbitran-
tur. Ne se mulier extra uirtutū cogitationes extracq̄ bellorū casus putet. Iplis inci-
piētis matrimonij auspicijs admonetur, uenire se laborū periculisq̄ sociam:
idem in pace, idem in prælio passura ausuramq̄. Hoc iuncti boues, hoc paratus
equus, hoc data arma denunciāt: sic uiuendū, sic pereundū. Accipere se, quę libe-
ris inuisolata ac digna reddat, quę nurus accipiāt, rursus quę ad nepotes referant.
Ergo septa pudicitia agunt, nullis spectaculorū illecebris, nullis conuiuiorū irri-
tationibus corrupta. Hæc ferè ad uerbū Tacitus de moribus Germanorum. Sæc
& alia apud alios autores ex quibus cōscere licet, de morū seueritate & institutis
ita tetricis ut tamē nō per omnia honesta disciplina caruerint. Scribunt quidam,
olim Germanas mulieres fortiter pro patria pugnasse, & iam laboratib. in dubij
Martis periculo uiris in multis nō uulgaribus prælijs promptè uiriliterq̄ fortes au-
xilares manus attulisse, res aliquādo penè fractas aliquādo restituisse. Et ab incu-
nabilis liberos ad arma educare et exercere solitos. Quę cōsuetudo adhuc nostrō
tempore

tempore durat, ita ut hæc natio toti orbi abunde satis militum mittat. Propterea suos liberos Marti dedicabant, quem præter alios deos colebant. Nam astrorum periti affirmant peculiariter Martem uirtute sua, & ut loquuntur, influxu suo respicere Germaniam, ut non solum usu & exercitatione in militari disciplina & robore animi & corporis cæteris præstent, sed etiam natura. Quare Dionysius uocat eos natura bellicosos. Quædo matrimonijs iungebatur, utriq; sponso et sponse prædicebatur: Adeptos suorum laborum & molestiarum socium, & ut pacis & belli tempore mutuam sanctè inuiolatam seruarent fidem. Omniaq; communia ducerent pericula & pacis tranquillitatisq; commoda, ocia & labores, bona & mala. Hoc iunctis sub unum iugum bobus, equo instructo, & armis utriusq; datis, significabatur. Itè, ut facultates à maioribus acceptas auctiores suis liberis & posteris relinquerent. Mulieres uero arcentur à commestationibus publicisq; spectaculis, quo summa dos mulierum pudicitia illibata permaneret. Quæ disciplina factum est, ut adulteria rarissima apud eos fuerint. Deprehensæ in adulterio maritus iure omnem cesariem enellere pro arbitrio potuit. Et eiecta cum summa ignominia ex domo per omnes urbis plateas, uel etiã per omnes regionis uicos durissimis uerberibus agebat. quoq; seuerior erat in peccata uxoris hoc uir laudatior habebatur. Nec hic ulli personarum respectui locus erat. Propter has causas apud eos boni mores plus ualebant, quam apud alios bonæ leges. Diuersitas suppliciorum est ex delictorum uarietate. Proditores & transfugas arboribus suspendunt. Ignauos & degeneres animo, imbelles & corpore infames paludibus & cæno merferunt. Ita diuersitate supplicij puniendo scelerum naturam ostendebant. Leuioribus peccatis pro cuiusq; delicti magnitudine equorum pecorumq; numero cõuicti multabantur. Multa pars reipub. uel regi, pars ipsi qui uindicabatur, uel propinquis eius exoluebatur. Non iunctas sedes incolebant, sed seorsum discreti rura sua colebant, sicut fontis, aut campi uel nemoris occasio admonuit. Quisq; suam domum certo spacio circûdedit, uel propter incendij periculum, uel propter barbariem ædificandiq; imperitiã. Subterranei specus multo fimo onerati erant illis hyeme receptacula & domus, & frumeto fructibusq; alijs horrea & cellæ. Et hoc modo & brumæ rigores, & hostium depopulationes falebant. Vestitus erat sagum aut fibula, uel etiam spinis contextum. Totos fere dies ac noctes ad focum sedebant. Locupletissimi eorum à uulgo distinguebantur uestibus non laxis & fluitantibus, sicut Sarmatæ ac Parthi, sed strictis & singulos corporis artus exprimentibus. Gesserunt & pleriq; ex ipsis ferarum pelles maculis quædoq; uariegas. Nec alio uestimentorum genere mulieres quam uiri utebantur. Nisi quod feminae sæpius linea ueste purpuris uariata induebantur, sed sine manicis, brachia & lacertos, totamq; anteriorem pectoris partem nudam. Et si fuerit, ut dictum est, summa in matrimonijs castitas. Pro dijs creaturas uisibiles coluerunt, sicut Lunam & Solem. Mercurio præcipue diuinos honores exhibuerunt, cuius imagines adhuc hodie quibusdam locis extant. Cui sanguine humano, uiuocq; homine sacrificabant aliquando. Sed Martem & Herculem pecude quapiam placabant. Isidi quidam Sueui sacrificabant. Non ferebant deos suos humana effigie pingi aut sculpi. Nemora & lucos dijs dedicabant, & illa ex deorum nominibus appellabant. Propterea quod illi abscondita uident. Quidam terram deam uocabant, honoribusq; diuinis colebant, quod alma tellus omnia producat. Sunt præterea multa apud autores de ueterum Germanorum superstitione & diuinatione & augurijs, quæ non duco opere pretium esse enarrare omnia. Quanquam adhuc hodie cæca & christiana lucis ignara mortalitas infinitis superstitionibus inuoluta sit. Magna æquitate agrorum limites diuidebant, & ne quid iniuste inæqualiterq; fieret, quot annis possessionibus mutatis ueteres migrabant coloni inuicem in aliorum agros. Qui ex magnati-

bus, sicut hodie fit, quando à bellis uacabāt, ocio, ludendo, semno & cōuiujs uitam ducebāt. Rei familiaris curam & culturā agrorū mulieribus, senicq; defectis aut alioqui imbellibus cōmittebant. Summus magistratus apud quem belli tempore uitæ necisq; ius erat, temporibus pacis abrogabatur, cōstitutis in singulis pagis iudicibus. Publicè conuentus comitiæ agebant, silentio à sacerdote indicto & re proposita, reges, magnates aut alioqui lingua & autoritate præpollentes sententiam ordine dicebant, magisq; exorant qui imperāt quod uolunt. Si uulgo sententia displicebat magnis clamoribus explodebant, probantes autem, armorum concussione & sonitu animi propensionem significabant. Bellis confectis centum duces, uiros ex omni populo prudētia & probitate insigniores selegebāt, qui lites dirimerent, custodes essent legum. Sed omnia publica & priuata armati agebant. Nec erat illis concessum ius uel belli suscipiendi, uel alias aliquid maioris momenti agendi, nisi prius populo uel ciuitate consultā. Iuuentus bello fortis magnis honoribus & præmijs afficitur, supraq; alios nobilitatur. Nobilitas apud eos non ex maiorum stemmate, sed ex fortiter gestis iudicatur. Nec tamen desunt autores ex maiorū egregiè factis, & prolem laudem nobilitatemq; consecutam. Et iuxta factorū magnitudinem & claritatem per gradus ad regum latus sedes tribuebatur. Nobilitas alijs armis & animo fortior, hostibus uicinisq; omnibus terrori erat, saepeq; uel solo nomine uicerunt, & in officio uicinos contulerunt. Ad hos legationes cum muneribus frequenter mittebantur ab exteris. Nulla gens propentiore animo peregrino hospitia offert, & omnem humanitatem ostendit in omnes, aduenas præsertim. Ducuntq; in plerisq; locis pro bono omine esse, si cui deus hospitem peregrinum egenum mittit. Nam sine deo fieri non posse rectissime persuasi sunt. Atq; utinam hanc humanitatē non exuerent his pessimis nouissimis tēporibus, quibus prædictū est homines fore sine omni charitatis affectu. Germanorum humanitatis & præcipuè in peregrinos facilitatis uestigia adhuc manent, sed refrixit etiam hæc charitas in multis. Hoc de Germanis ueteres autores Romani testantur. Magnum flagitiū iudicatū apud Germanos, peregrinum quapiam uel leui iniuria afficere. Quamobrem cōfugientes ad se & auxiliū aduersus potentiorum iniurias petentes summa ui & integritate defendūt, & ius persequuntur iniuriam patientium ultro sine spe præmiorum, sed solum propter solam humanitatem & misericordiam erga infirmiores. Hilarifronte & affabilitate non uulgarī cibum & reliqua necessaria indigētibus comunicant. A somno statim calida lauare consueuerant. Dormiunt autem libenter usq; in diem à curis soluti. Cibi generibus minimè exquisitis utuntur. Nullis condimentis & illecebris voluptatum & effœminata mollitiæ uincebātur. Cibus erat uenatio aut arborei fructus, aut lac ex lacte q; cōfecta. Sed in potando immodicos semper fuisse negari non potest. Exiccandis poculis semper certarunt & adhuc certant, quicq; capaciora uno haustu sapius exhaurit robustior habetur, & hæc non ultima laus est. Nec in hoc pugnæ genere minus pertinaces sunt, quam in prælijs. Potu utuntur ex hordeo & alijs frumenti speciebus cocto, uino sapore non absimili, & ut merū inebriat. Sunt quoq; autores qui reliquerūt scriptum de Sueuis, quod passi non sunt ad se inuehi uinum, quod molles animo & effœminatos reddat. Nec ad cōuiuia, nec ad opus eunt nisi armati. Paratiores semper ad uerbera quam uerba etiam post calices. De magnis rebus consultant inter potandum. Aperti sunt, minimè nigri & fallaces, nihil dissimulare, nihil celare, nihil adulari, nihil fingere, non repostū odium in pectore & ore risum gerere, scientes. Ludo nimium dediti præsertim alex, & non dubitant audaces omnes facultates semel deponere: imò suorum ipsorum corporum libertatem non raro deponunt. Et uictus sic, nihil repugnans uictori se uinctum præbebat seruum. Tanta semper

semper fuit apud eos fidei observatio. Spectacula eorum omnia erant exercitatio & tractatio armorum, summum decus scire rem militarem. Malebant sic se exercere quã uenas argenti & auri in terra abstrusas magnis sudoribus effodere. Nec enim precium hoc hæc metalla habebant, sicut partim supra diximus, partim in sequentibus ubi offeretur occasio, narrabitur. Vasis aureis & argenteis, quæ dono acceperant ab exteris, ut fictilibus usi sunt. Quanquam Romano imperio uiciniore propter usum & comertium monetam præcipue Romanã & acceperint & exposuerint. Sed nullus amor aut honor lamæ usui uero solum. Remotiores autem alijs rebus comutabant, rarius pecunia utentes. Munera semper amarunt, quod quid commodi incommodiue adferat patriæ rerum nostra memoria declarant euentus. Nunc in quo luxu, quibusque inutilibus peregrinis rebus intricata sit Germania, sine dolore recordare quis possit, qui hos ueterum mores audit? Per hos certe iusticia extrema uestigia fecit excedens terris. In proximos frequenter hostiles excursiones exercebant & propter rapinas & propter exercendam inuentum, ne ocio emolliti belli temporibus inutiles redderentur, simul ut uicinis terrorem incuterent. Et ex ducibus ad huiusmodi incursiones paratior à popularibus præ ceteris laudibus uehebatur. Adeoque non dedecori erat alienas gentes diripere, ut etiam laudis plurimum datum sit, qui plurimum domum retulit rapinarum. Ita factum est ut nunquam cum hoste confligere, etiam iustis bellis confectis, desierint. Ex nobilioribus reges creabantur, duces uero propter factorum magnitudinem eligebantur, sed communibus omnium suffragiis. Tantumque abest ut regibus liceat tyrannidem exercere, ut etiam nihil audeant constituere in rebus quoque exigui momenti, sed omnia populo sciente & consentiente agere coguntur. Et uel ob minimam tyrannidis suspicionem è regno repelluntur. Atque ita rex & duces magis exemplo quam imperio plebeios præcedunt. Primi domi constitutiones legum factis expriment. In prælijs primi hostem adoriunt in prima acie constituti. Primi, si quid operis in castris locandis exigitur, manus admovent. Nocturno & die per omnes locorum difficultates primi proficiscuntur, reliquos exercitus hos sequitur, ab his exemplum in omnibus functionibus capit. Supplicia criminum capitalium leuiorumque flagitiorum in manu sacerdotum erant, non ex autoritate regum aut principum, sed deorum. Religionem enim deorum supra omnem humanum magistratum, collocabant. Persuasioque hæc de dijs superstitiosa seditiones cauebat, & plebem in officio retinebat, quod per alios principatus impossibile erat. Quamquam inscius non sum Iulium Cæsarem scribere, summum in bello imperatorem apud Germanos habuisse necis & uitæ ius & potestatem. In prælijs cognatos & amicissimos quoque locabant que coniunctissimè poterat fieri. Quo minus alterum alter desereret, pugnaretque fortius quisque pro familiarissimo quoque. Et ob has causas etiam uxores & prolem inter impedimenta habere & præliaturis ostentare & commendare: eorum captiuitatem & crudelem trucidationem si uincerentur, præmia & spolia, & laudem, & gloriam, & pacis comoda si uincerent, ob oculos ponere. Hoc per duces eloquentiores fieri solebat. Etiam per mulieres infantes in uulnibus mammisque adhibitos ostendere. Ipsæque arma non raro in manus capere in acie locum uiriliter defendere, hostem repellere, quibus incitamenti & facibus uix quicquam excogitari potest, quod etiam ignauissimum excitet, ut si non aliam causam respiciat, uel pudore compellatur aduersus hostem. Obsidum loco nobiles uirgines dabant & uicissim accipiebant. Hoc uidetur illis peculiare fuisse in deliberationibus magnarum rerum, nullius quantumuis abiectione in speciem personæ, consilium spernere, etiam mulieres audire. Vespasiani tempore fuit Velleda mulier propter bona consilia pro dea Germanis habita. Hostem aggressuri carminibus Herculem celebrabant & inuocabant, & clamoribus quibusdam

busdam ad terrendum hostem confictis uti unam omnium uoce soliti sunt, sic suos
 in spem uocari, hostes confundi animo sperantes. De hoc catus & clamoris gene-
 re Tacitus, & alij quidam, Arma eorum haud nostris nunc similia fuerunt, expedi-
 ta & leuora feruntur fuisse. Omnia agrestia, nihil picti, & effoeminati quod effe-
 minatum animu argueret. Equites equis non prorsus dissimilibus ijs quibus ho-
 die Turcus utitur. Relinquere equos si loci prelij ratio flagitare uidebatur. Aut
 fessis & uulneratis concedere pedibus ipsi pedites uicissim pugnare consueue-
 runt. In quem usum equos in omnem euentu assuefactos habebant. pugnando in-
 prelijs omnes ad principem exercitus respicere, omnibus cura esse ut illu immiten-
 tur, ut placeat illi. Illi uicissim studiū ut ad animositatē exercitum prouocet. Nul-
 lum maius dedecus q̄ principe relicto fugere, imo principe uiuo & re non pror-
 sus desperata respicere, fugere relictis armis aut principe, flagitium haberi consue-
 uerat maximu. Nec postea unquam conceditur tali adesse publicis couentibus, uel
 sacris eorum. Itaq̄ contemptim tractabantur, ut multi laqueo uitam finierint, uel
 alio quopiam genere sibi mortē cōsciuerint. Pace diutius durante, iuuentus pre-
 cipue nobilior patria relicta, quærere hostē, & alij sine prorsus titulo bellum in-
 ferre solebat. Sic uitæ discrimina & labores subire, quàm domi ignobiles in otio
 torpere, maluerunt. Honestioremq̄ quæstū ex sanguine humana, quàm ex terræ
 cultura barbari iudicabant. Funera non tanta religione & apparatu quanto alij
 populi curabant. Nobiliorū cadauera cum armis & equis cōburunt. Deinde tu-
 mulo in uiridi quopiam horto aut prato sepelierunt. Neclamentationibus funera
 prosequuntur. Viris enim uitio datur, mulieribus propter sexum infirmitatem
 nonnunquam conceditur. Mercatores, non ut aliquid importarent, sed ut spolia
 ab hostibus accepta emerent ab illis, Germaniam adire cōsueuerant. Nunc mer-
 catorum facultatibus & multitudīne antecedit ferme omnibus nationibus. etc
 rum nulla fuit negociatio & quæstus, quàm bellum, uenatio, agricultura, pastio-
 nes pecoris quæ multis locis solæ in usu fuerūt. Pagi & oppida nō muro, sed fos-
 sa circumdata longe distabāt; nam maior pars agri syluestris & inculta manebat.
 Verissimile est ex pagis qui tum fuerūt nobiliores, quæ nunc sunt ciuitates origi-
 nem suam habere. Rhenani à Rauraca Basilega ad oceanum usq̄ fuerunt alij ma-
 gis politici, propter Gallia uiciniam, qui mores, exuta barbarie, ciuiliores ante
 Germanos, acceperunt: quod uicini fuerunt Romanis, quibus ciuilitate Græci
 precesserunt. Græci autē ab Aegyptijs ciuilem uitā mutuati sunt. Colonia, Agrip-
 pinam & Treuerim primū omnium politioribus moribus à Gallis acceptis, ad
 ciuilem uitā peruenisse ferunt. Dicunturq̄ uetustissimæ imperij ciuitates, ædifica-
 ta à Trebeta ante natum Christū, anno 1548. tēporibus Abrahami. Apud Ger-
 manos olim nemo possidebat propria rura, sed singulis annis mutanda fuerunt,
 cedēdumq̄ alijs; ne quis arrogaret sibi terrā, quæ cōmunis omnium alma mater
 existit, ne uel libido possidendi animos hominum stultos occuparet, præriperētq̄
 alij alijs quod fruendum omnibus dat dominus. Perniciosum nimirum putan-
 tes hominem sibi agrum asserere, de quo tot ante cesserint, omniaq̄ metat orcus.
 Certe illam stultā humanæ mentis arrogantia etiam annus Iubileus ille in sacris
 literis uidetur cauere. Erat ciuitatibus singulare studiū quàm longissime nullum
 habere uicinum quancq̄ latissimè omnia circum se habere syluestria, & nullis ha-
 bitata hominibus. Et hoc laudi præcipue erat. Sed primi libri hic finis esto. In se-
 quētibus ordine persequi, egregie dicta & facta Germanorum conabor. Sequi
 autē uisum est Cesarū tēpora, à Brenno incipiēs ad Carolum hunc v. pergens si
 annuerit dominus. Ne cui autē uideat absurdū & præter rationē qd ordine Cesa-
 rum meā dispositionē instituo. Nemini opinor non cognitum quantum Roma-
 nis ducibus, cum Germanis, rorsum Germanis cū Romanis fuerit negotij. Alte-
 riusq̄ alteros claros reddiderunt, sed hic primi libri finis esto.

DE GERMANIS

LIBER SECVNDVS.

De veterum Germanorum ante natiuitatem Christi gestis.

ANNIS 364. post Romam cōditam Senones, Sueui, & ij qui nūc Heluetij uocantur, Italiā ingressi sunt hostiliter, duce Brenno, ut Iustinus refert, gratia nouarum sedium quarēdarum patriā propter intestinas seditiōes & rapinas relinquētes. Atq; in Latio incolas expulerunt, Tuscos primum. x̄dificasseq; feruntur nobiliorum urbium quasdam, niuirum, Mediolanū, Comum, Vinceniam, & alias quę nunc partim Venetis, partim ducatu Mediolanēsi, partim Romano pōtiffici sunt subiectę. Mantuā quoq; uolunt quidā ab his cceptam x̄dificari. Tusci, duce Rheto nomine, se in uicinas alpes & montiū loca inaccessa ceperunt fugientes militē Germanum & Gallum: Vocaruntq; regionē a duce Rhetiā, & se Rhetos. Porro ij non cōtenti agro Tuscorū occupato, hostili animo Romam uersus profecti sunt, omniaq; depopulantes incolasq; trucidantes & enīciantes in potestātē redegerūt. Quibus maturē obuiam missi sunt a senatu populoq; Romano duces cum ualidissima militū manu, sed resistere non ualentes frequentibus prālijs uicti sunt, accepitq; Roma maiorē quā unquam antea cladem. Aliquoties ita trucidati sunt, ut uix euaserint prāliorum testes. Tādē etiam ad iam tot cladibus acceptis terrore confusam Romam ipsam urbem uenerunt, successibus elati & barbarie feroces hostes, quā expugnarūt facile, propugnantibus metu exanimatis, captā crudelissimē diripuerunt nulli x̄tate sexuq; parcentes. Quidam ab altera parte fuga sibi consuluerūt, cum quibus pōtiffices, uestiaq; moniales uirgines egressi sunt, cum suis sacris reliquijs & simulachris deorum. Nam irruentibus hostibus non occurrerunt, sed ē regione in fugam se cōijciantes focos & penates, & senio defectos parētes hosti trucidandos deseruerunt. Multis urbibus & locis incendio exustis, & magnis uiris Romanis multis trucidatis: obsessioq; Capitolio (quod Romanis solum ex omnibus supererat) sex totis mensibus frustra, nam fortiter cōfisi loci munitione defenderūt Romani. Diciturq; seruatum a uigiliansere. Nec Galli & Germani sine magna suorū iactura Capitoliū conati sunt capere. M. Torquatus in ea propugnatione prudēter multa gessit, inter alia hosti sperati deditiōē Capitolij propter cibi penuriā, proiecit ultro liberaliter panē ex Capitolio, quo de pertinaci futura deditiōnis spe barbaros iam etiā cōmeatū indigentes desiceret. Nec eum rei expectatio sefellit: barbari enim homines capienti Capitolij animū despondentes, pacto certo auri pondere, Romanis in Capitolio reliquijs Romam reddiderūt. Parātibus uero discessum Germanis & Gallis, F. Camillus in his turbis ex exilio uocatus & dictator factus, militē cōparato mira celeritate, nō expectate hoste barbaro, abituros, omnia tuta putātes, nihil iam timentes, negligēterq; omnia administrātes, quasi re bene gesta & cōfecta, adortur, uertit in fugam, maiorē partem trucidat, spolia recipit. Itaq; incensam Romam ignem sanguine hostium extinctū rectē quidam dixerunt. Atq; hoc modo Camillus ex inuidia a suis ciuibus in exiliū missus, rem Romanā restituit, in quo uero cēsant autores quod abunde satis predicabile fuisset, quod hosti se propter iniurias nō adiunxit, quo ore igitur sonanda animi magnitudo quod etiā auxiliāres manus fractis prorsus rebus attulit. Hoc tēpore cōsultabant Romani de bello in Germanos & Gallos suscipiēdo, ne aliquādo denuo armati Romā contenderent, & tēpus belli plerisq; opportunū uidebatur post recentē fugā & hostium cladem. Sed aliter uisum est Camillo, cui summa erat rerum potestas, qui maluit

se prius recolligeret, & presenti contra hostem successu cōtenta esset Roma, que similitior erat acervo lapidum quàm ædificatæ urbi. Sed qui uolet hæc plenissime in historijs cognoscer. Ego propterea paucis uerbis indicare uolui, ut admonerē quo seculo primū longius profecti sint in militiam Germani. Nam ante hoc tempus neq; Italiam, neq; ullam remotiorē regionē hostiliter ingressi sunt. Post multas à Brenno ciuitates in Italia ædificatas, profectus est cum armata Gallorum & Sueuorum (quorū maior pars absq; dubio ex ijs montibus fuit, quos hodie Heluetij possident) manu in Asiam. Premisso prius legato Belgio Germano cū Germanis, qui totā Asiam ita terruit suo aduētū, ut magna ui pecuniæ plurimi reges pacem ab eo emerint, legationibus undiq; ad eum missis, pace petentibus. Proloxus rex Macedonię cōparato exercitu resistere conatus, uictusq; captus, trās catus, capiteq; eius à Germano milite per totam Macedoniām circūlato, incusserunt ingentem formidinem Macedonibus & uicinis regionibus omnibus. De populata igitur Macedonia & Asia, totaq; Græcia, secutus est & Brennus maioribus copijs, & quæ relicta fuerant, deuastat omnia, non parcēs templis & eorum aris. Sed, ut historiæ uno loquuntur ore, ubi Appollinis templum diripuerunt in Delphis, multi terremotu perierunt, multi fulminibus perierunt, multi gladio perierunt, multi peste perierunt, uehementerq; copijs afflictis, & Brennus ipse imperator uulneratus grauissime, doloris impatiens, sibi mortem consciuit: quidam scribunt pugione trās fossam periisse. Alij alio mortis genere periisse tradiderūt. Post ducis mortem Germani & Galli occuparunt opportunas in Asia sedes, dictiq; à Græcis Gallatæ, quod nomen seruant. Hinc Gallogræcia dicta est.

Quid Cimbri & Sueui, & populi in ijs montibus, quos Heluetij inhabitant hodie, in Illirico, tota Græcia, Hispania, Italia gesserint, quantq; difficilia bella cōfecerint, potest ex uarijs historijs colligi, quātumuis dissimulanter pauca ex plurimis uix uno digito attingant. Solet enim humanū ingenium sua exaggerare quæ putat esse laudi, aliena uero extenuare, uel etiā deprauare; neque enim uesimile est ex rerum ignoratiā factū. Quantis copijs Aurelius Scaurus conatus sit Germanis resistere, quo pacto fusus sit, quot milia amiserit, quomodo captus & interfectus, si enarrare uellem iusto uolumine uix possem. Quid dicā de M. Aemilio, qui cū ingenti apparatu multisq; legionibus aduersus Germanos missus exinctus est cum uniuerso exercitu, in quo habuit 100. milia peditum, præter equitatum & impedimēta. Ex omni illo numero uix euaserūt octo animæ. In quo luctu, quoq; metu tum fuerit Italia & ipsa urbs Roma, cogitatione melius q; uerbis cōsequi possum. Nam iam ante ædiderant barbari multa suæ crudelitatis exēpla, quare uehementer timuerūt ne imminens ferox hostis Italia, superatis alpiibus, direptaq; Italia, excinderet totam urbem. Nam tales iactabatur minæ ex hostium ore audite. Et iam Romanum imperium subiectum in Germaniā & Gallias per nuncios iactabant. Sed domino aliter uisum est. Nam Marius cōtra illos missus prudenter cunctanterq; exultantes & ferocientes barbaros, multis prælijs uictores repulit, expectata locorum opportunitate, & hostium commeatus penuria, (quæ res plurimum in bello habet momenti) adortus est, pugnaruntq; totum ferē diem dubio Marte, sed Germani frigoris patietiores, quàm æstus calorem in uale soli exposita, tempore anni calidissimo non ferētes, sub uesperam dissipati tergum uerterunt. In quo prælio utrinq; infinita hominum multitudo desiderata est. Sed Germani potiores suos duces amiserūt, & regem ipsum † Teutobochū. Sed sub idem tempus Q. Catulum in alpes cum non contemnendis copijs missum ad prohibēdos hostes, non sine magna Romanorum cedæ ex prælijs deiecerunt Germani. Nisi Catulo subuenisset maturē Marius (qui ut ante cunctatione, ita hic festinatione prudentissime usus est) actum erat de legionibus Catuli

† Teutobum

tuli. Marius contra barbaros usus temporis & locorum commoditate, nam ut alios cūctanter magno consilio, ita illos festinanter mane nebuloso tempore obseruatis solis exortu & uento, ut essent hostibus infesti, aggressus est, & sole hostibus aduerso & nebula & puluere excitato per uentum fretus uicit & occidit fere ducenta millia. Supra quadraginta millia captis. Ibi inauditum apud alias gentes mulieres Germanorum, & mulieres secuta castra memorandum exemplum pudicitiae & magnorum animorum adiderunt. Nam cum in uallo & munitionibus castrorum primo impetu non potuerunt Romani eas redigere in potestate, & cernentes ita uiriliter munitiones defendere, ut morituras potius animaduertent idcirco non inultas, quam se hosti traderent. Cōditiones deditōnis obtulerūt illis, sed illae omnes recusarunt, nisi promitterent illarum omnium pudicitiam fore. Quod cum negatum illis est, sibi & suis liberis consciuerunt mortem, ne ueniret earum pudicitia in manus eorum, qui suos charos coniuges occiderant, aliae ferro, aliae laqueo, aliae se praecipitando in aquam (quae ab uno latere castrorum erat alta, quod etiam singulare munimentum castrorum fuit) paucae ex magno numero in hostis manus peruenerunt. Sunt quoque inuenta quae quanquam captae cum congressuris uiris tam pertinaciter certarunt, ut animas in pugna reliquerint. Interea ita castra defenderunt, ut haec omnia peregerint, & omnia quae uisui putarunt fore hostibus in ignem iecerint, nec paucas seipsas in ignem coniecerunt. Quaedam irruerunt in hostium arma densissima, in certissimam mortem, sed secum hostium aliquot ad inferos rapientes. In hoc praelio multi duces & rex ipse Cimbrorum Beleus, occubuerunt. Et in hac pugna fractae Romanae res sunt per Marium restitutae, non tam militum uirtute, quam ducis prudenti astutia. Quae nisi successum habuissent, Romanum imperium totum suppressum erat Germanorum armis.

Quicquid se ullo modo effert, & suis uiribus confidit, dominus deriscit: nemo est ita creaturis munitus, quem deus non exuat suo tempore. Omnem fastum deprimat, & stulticia est sibi placere in creaturis, quas omnes dominus propter se fecit: & nulla est maior uanitas, quam hominem sibi arrogare uel culicem. Regna Assyriorum, Persarum, Medorum, Alexandri Magni ab alio ad alium translata sunt, tandem peruenerunt ad Romanos qui etiam iam fuerunt Troes, eorum imperium frustratum scissum, ferè tot tyrānos habet quot oppida uel uicos. Sic haec pereunt & transeunt. Perit omnis arrogantia, nec enim deus ferre potest. Omnis uirga amplius non necessaria, & inutilis facta in ignem mittitur. Exitus tyrānorum operae precium est considerare, quam miseri, inexpectatim fuerint. Vide musque Diuae uirginis cantionem per omnia secula impleri. Deponit potentes de sede, exaltat humiles. Deus perpetuo superbis resistit, humilibus dat gratiam. Quod uult aliquid uideri, in nihilum redigitur, uocatque deus quae non sunt tanquam ut sint. 1. Corinth. 1. Roman. quarto. Huius diuini iudicij omnes historiae testes sunt, suntque plenae exemplis omnes. Quanti reges, quanta regna & imperia, quanta urbes, quanta respub. deleta sunt, ut ne uestigium quidem remaneat: omnium exitij causa nulla prorsus est quam superbia cordis caecaeque mentis humanae dei gloria destituta & uacantis. Quid Troiam, Graeciam, Pharaones, Romanos & Constantinopolitanos principes, Romanum senatum, populum Israeliticum, quid alios reges & Imperatores commemorem? Quid aliud habet omnes historiae? Quin nunc Turca tam breui in tantum fastigium potentia est euectus, ut uel solus satis abunde indicio sit, quam inconstantes mutabiles que sint humanae res. Sic non fortuna, ne gentiliter loquar, sed deus omnia uersat, omnia mutat.

Ut redeamus ad Germanorum gesta. Vicinos olim sæpe composuisse, & cœgisse suum iudicium sequi, alijsq; nationibus, ut adhuc hodie res se habet, semper metuendos fuisse non est obscurum, quantumuis dissimulent historiarij scriptores. Heduis & Sequanis diu de imperio litigantibus. Petierunt Sequani à Germanis cōtra Heduos alioqui potentiores & peiorē habentes causam, auxilium, qui percognita utriusq; factionis causa, Rhenum transgressi, à quibus Hedui uicti, dareq; obsides coacti, & perpetuis pacis cōditionibus cōpositi ad uotum Sequanorū & arbitriū Germanorū sunt. Nec hoc bellum leue fuit, sed Heduorum omnis nobilitas in prælijs est interfecta. Vnus tamen ex Heduis Romanos sollicitauit aduersus Ariouistum Germanorum regem & Sequanos, qui cōmemorando quid Germani tandē ausuri essent, Quæq; eorū fama iam esset per omnē Galliam, & in Hispanias usq; peruenire inciperet, quæ contra opinio de Romanis si socios desererent esset futura, & hoc genus persuasionibus alijs facile induxit Romanum imperatorem ad auxilium ferendum, & cogitandum de bello aduersus Germanos suscipiēdo. Nam iam maiorem partem possessionum & in agro Heduorum & Sequanorum occupauerāt Germani. Et quotidie numeros aduenientium ex Germania augebatur, ut breui haud dubie ueteres Gallos colonos omnes eiecturi uiderentur. Huc accedebat, quod nō habuit minimū momenti ad Romanos excitandos, quod Ariouistus rex uir erat natura ferox, & ad bellum quoduis oblatum perficiendum promptissimus. Vi armorū omnia agere, nihil illi maiori studio esse quā imperij sui fines propagare, Romanos ubiq; occasio offerebatur, omnibus modis conatibusq; apertè & clam impedire. Sedulo cogitare de sibi subiicienda Gallia. Romanorum præsidia ex ea eicere. Nā Iulius Cæsar multa præsidij tenebat loca in Gallijs. Quare Cæsar facile cōiectura, q̄ magnæ Ariouisti regis spes essent (quid enim nō speraret etiā de Italia, capta tota Gallia?) assequi, & quid moliretur oculis conspiciere, potuit. Viditq; totam Galliam suam futuram si hunc hostem uinceret. Propter uero supra commemoratas causas quæ in hoc rege erant, prudenter diligenterq; cōtra talem minime contemnendū hostem censuit agendū. Quamobrem uisum est illi ad Ariouistum legationem mittere cum talibus mandatis: Ut ad quempiam medijs itineris locum certum & cōmodum cōueniret Cæsarem, de communibus rerum publicarum commodis, & utriusq; suo & Ariouisti iure, & componendis rebus turbulentis, colloquendi gratia. Respondit barbaro & elato animo Ariouistus: Semirari quid iuris & negotij esset Romanis in Gallia, quæ armorum ui & iure belli sua esset facta. Nihil sibi apud Cæsarem esse negociorum, si quid ille uelit, ad se uenire posse. Hæc nimium superbè renunciauit Cæsari. Quibus auditis Cæsar censuit hominem barbarum ferocientem aliter tractandum. Remisitq; legatos qui se uero uultu & animo illi nunciarent. Ut in memoriā reuocaret ex gratia & beneuolentia senatus populiq; Romani, se salutatum, appellatum que regem. Quæ nam sit ingratitude, non uelle uel ad colloquium uenire propter pacem, euitandaq; multa incōmoda & pericula. Quum autem non uelit uenire, hæc esse que uelit. Primum ne in posterū in Galliā transihenū Germanos ducat. Deinde ut Heduis obsides restituat. Postremo ne ulla causa amplius arma sumat cōtra Romanos eorumue socios, si hoc faciat fore amicū populi Rom. si nō se Romanos sociosq; eorū summa ui defensurū, nec ullo modo Heduos inultos relicturum. Nec em Romanos talē cōtemptum in se recipere solitos. Ad hæc respondit Ariouistus rex: Ius belli esse, ut uictor cum uictis pro suo arbitrio agat. Et hoc etiā Romanos cū suis agere. Quū igit ipse Romanis nō præscribat quid cū uictis agat, se quoq; nō uelle impediri. Heduos uictos suis armis, obsides se non redditurū, nec arma aduersus eos moturū, quādiu pacis cōditionib, et pmissis satisfaciant. Quod

Quod autē Cæsar minetur se ulturum eos, posse eum venire si cupiat. Neminem
 impune hæcenus cōtra se & Germanos arma sumpsisse: se effecturum, tu sentiat
 quæ uires, quodq; robur sit Germanis, qui iam quatuordecim annis sub dño ob-
 duruerint perpetuis in militia, nunq; interea tēporis domū uenerint. Inuictosq;
 hæcenus fuisse. His auditis Cæsar festinandū esse iudicauit. Diligenter igitur co-
 pijs collectis quamprimū ad Ariouistum contendit, nec segniter minonq; cona-
 tu Ariouistus aduersus Cæsarem in Sequanos profectus est. Sed celerior Cæsar
 opportuniōra loca & urbes Sequanorum Romanis præsidijs munuit. Sed faci-
 le Cæsar uidit, quantopere miles romanus Germanum timeret, quanq; in ma-
 gna existimatione fortitudinis inuictę esset Germanus. Quare hunc metum lon-
 ga oratione exemit. Primum, ut orationi uiam ad exterritos & metu stupidos ani-
 mos faceret, Ariouistum non temere contra Romanos bellum moturum, qui se
 consule tot beneficia accepisset à Romanis, præsertim cognitis suis postulatis, &
 æquitate conditionum, deinde incipit, commemorare Marij factorum successus,
 suam diligentiam. Hos Germanos cum Ariouisto esse quibus cum sæpenu-
 ro Heluetij congressi non solum in suis sedibus, sed etiam in illorum finibus ple-
 runque superassent. qui tamen pares esse Romanis non potuerint (quod tamen
 fictum erat, neque enim Heluetij Romanis unquam cesserunt, ita ut habeant
 quod glorientur) Gallosq; magis astutia quàm uirtute ab Ariouisto uictos. Post
 hæc, prætextus uarios timoris diluit. Quidam enim metuere se rei frumētariæ pe-
 nuriam, quidam itineris difficultates uolebant uideri, de quibus pro tempore &
 proposito prudenter ubi dixit, conuersi sunt mirabiliter omnium animi, alacrita-
 tēq; mētium cupere prælium præ se ferebant. Cæsar igitur arripuit per cōmodissi-
 ma iter, sine omni cessatione aduersus Ariouistū cum suis contendit. Audito ad-
 uentu Cæsaris, Ariouistus mittit ad eum qui nuncient: quod antea de colloquio
 postulasset, id licere fieri, additq; causas quare iam cupiat ultro quod anterecu-
 sarit, & conueniendi conditionibus statutis, & uterq; suis comitibus in equis sti-
 patus, Cæsar primum Romanorū beneficia erga Ariouistum recēruit, quod rex
 à senatu salutatus esset, quodq; dona missa amplissima essent, nihil etiā promeren-
 ti. Cōmemorabat, quocq; quā chari essent Romanis Hedui multis ex causis. Ta-
 lesq; cōfoederatos suos tolerare nō solum defendere, sed etiā augere Romanū sena-
 tum. Addidit etiā suam priuatim animi propensionem & beneuolentiā erga He-
 duos. Deinde ut obsoles Heduis restitueret postulauit, nec unquā socijs Roma-
 norum inferret bellū, & si traductos Germanos reducerē non posset, saltem effi-
 ceret, ut in posterū nulli Rhenū transirēt. Ad hanc Cæsaris orationē Ariouistus
 respondendo sua in bellis gesta recensuit, causasq; quare sit iure & merito rex ap-
 pellatus. Reddiditq; sui in Galliā aduētus causam, uictoriāq; suā in prælio cū uni-
 uersis Galliz copijs, cōmemorauit, uno prælio totius Galliz uires à se superatas.
 Si malint denuo fortunā Martis experiri, se esse accinctū, si uero uelint potius in-
 rerū trāquillitate quiescere, sibi iure promissum stipendiū deberi. Se amicū popu-
 li Romani factū ut iuuet, non ut iniurias ferat. Se traduxisse Germanorū copias,
 neq; enim inermem potuisse uenire ad defendendos iniuriā ferētes. Nam nō ue-
 nisse ad oppugnandā Galliā, sed à factionū altera rogatū. Se priorē in Galliā esse
 quàm Romanos, adeoq; suam esse hanc prouinciā, Cæsaremq; propter nullā He-
 duorū cū Romanis necessitudinē, sed ad opprimēdos Germanos uenisse. Qua-
 re nisi q; primū decedat cum suis omnibus copijs, hostis loco eū habiturū. Neq;
 enim se ignarū, inquit, etiā magnā gratiā initurū apud multos Romanę reipub.
 principes, si Cæsare interficiat. Id ad se clara multorū uoce perferri: igitur nō esse
 ut timeat se cōtra Romanos principes facturum si resistat lul. Cæsari. Postremo
 pollicetur gratum se fore si discedat ex Galliā sua. His Ariouisti postulatis Cæsar
 multis

multis cōtradixit, se non posse ullo modo facere, neq; Romanę fidei socios de-
ferere. Item si temporis diuturnitatem spectandam iudicet, populi Romani iustę
imperii Gallia deberi, ante enim bonam partem Gallie bello uictam a Q. Fabio
Maximo. Ecce dum utrinq; hæc contrauertuntur, equites Germani morę impa-
tientes ad Romanos propius adequitant, in eosq; tela & lapides mittunt. Qua re
nunciata Cæsari, statim ad suos aduolauit, & cum comitatu suo ad exercitum se
ex periculo recepit. Et in uulgus militũ sparsit quã potuit odiosissimę Ariouis-
tũ in colloquio libertatem, uel, si quis mauult, arrogantia, Quo pacto Romanis
ex omni Gallia interdixisset, Quomodoq; impetũ fecissent, cōtra fidẽ, in Roma-
nos Germani. Quibus modis maiestas Romani nominis contemneretur a Bar-
baro rege; atq; ita incensos omniũ animos reddidit. Iterum igitur cupiebant col-
loquendi gratia conuenire, sed Cæsar impetũ Germanorũ metuens, mittit ad re-
gem legatos, qui quã primum uenerunt ut proditores aut speculatores coniecit
in uincula, statimq; exercitum ad Cæsarem promouit propius. Cæsar exercitum
aliquot diebus in conspectum Germanorũ in acie produxit, sed loco iniquiore
cōtinuit. Equites primis diebus fortiter pugnarunt utrinq;. Germani tali pugna
genere usi sunt. Erant tot peditũ quot equites, horũ alteri ad alteros se in prælio,
ut res ipsa requirebat, recipiebant, aliquando cōiuncti, aliquando separati pugna-
bant. Pedites miræ erant celeritatis, equarunt equorũ, iubis nonnunquã subleua-
ti, cursum, quando cūq; erat opus festinatione. Interea Cæsar opportunioribus lo-
cis castra munit. Ariouistus fortitudine & alacritate suorum fidens, militum exerci-
tus partem ad munitiones Cæsaris oppugnandas. Hic toto die accerrimę pugna-
tum est usq; dum nox diremit pugnam. Et quãquam Romani in munitionibus
suis superioreq; loco constituti fuerint, tamen tanta constãtia & robore Germani
pugnarunt, ut Cæsar ipse hostis scribat: Solis occasu suas copias Ariouistus mul-
tis & illatis & acceptis uulneribus in castra reduxit. Ex his uerbis quicuis facile
intelligere potest, quomodo eo die Romani uix in castris se defenderint, tantum
absuit, ut in æquum campũ descendere ausi fuerint. Sed nimium cōfisi postredie
eius diei iterũ locis iniquissimis adorti hostem, & magna parte exercitus Cæsaris
trucidata, tandem propter nimiam locorum iniquitatẽ & munitiones diligentia
Cæsaris factas, coacti sunt cedere, utrinq; occisis infinita penẽ hominum multitu-
dine. Sed postea & in illas & in alias Gallia partes irruerunt hostiliter, uiceruntq;
longe sepius q̃ uicti sint. Cum igitur sapius Gallia diriperet, & omnibus modis
Romanos conatus impediret, Cæsar necessariõ belli molẽ omnẽ in Germanos
uertendã iudicauit. Comeatu igitur cōparato, delectuq; habito militũ & equitũ
aduersus Germanos (qui in Gallia sedes occupauerant, expulsis incolis Gallis
Romanorũ socijs) proficiscitur. Qui uenienti obuiam miserunt legatos cum his
mandatis: Populi Romani amicitia se seruatuos, neq; unquã bellũ priores Ro-
manis illatuos. Si autẽ quis illis prior inferat bellum, se minime recusatuos. Ne-
que enim Germana uirtutis esse bellum deprecari, sed hostem repellere & perse-
qui, nec hæcenus quenquã impune laceßisse Germanos. Exposueruntq; longa
oratione aduentus sui causas. Et uoluntatẽ erga Romanos, quanti usus esse pos-
sint Romanis in militia, si sedes occupatas cum pacis tranquillitate illis concesserint
uolentes. Ne hoc se propterea dicere quod animũ despondeat se nõ posse
defendere armis capta, neq; enim parem Germanis nationem inueniri usquam.
Sed malle possidere cũ gratia Romanorũ, quã inuitis illis. Ad hæc Cæsar: Nul-
lo modo se laturum ut ipsi Romanorum socios eñciant, & occupent agros eorũ,
maleq; eos de Romanis sentire qui hæc sperant aut petant ab ipsis. Nullos in Gal-
lia habitatoribus uacuos agros esse, qui sufficiant multitudini tantã. Præterea pol-
licetur illis auxiliũ contra hostes suos, ut possint redire ad patrias suas sedes. Hoc
responso

responso reddito à Cæsare mouit propius ad Germanos castra, festinandum cen-
 sens antequam eorum copiæ cōgregarentur, nam dispersas intellexerat. Iterum
 igitur legati Germanorum ad Cæsarem redeunt petuntq; æquissimas pacis con-
 ditiones, quas Cæsar omnes recusauit, nimirum uidens Germanorum paucita-
 tem, fidens uero sua multitudine. Quod ubi Germani non obscure intellexerūt,
 tamen potius fortiter uoluerunt, quicunq; esset dubij martis futurus euentus, pu-
 gnare, quam turpi fuga se ex periculo eripere. Vbiq; primū equites Cæsarianos
 cōspexerunt (qui erant numero quinq; mille. Germanorum autem equites erāt
 uix octingenti; multi enim quibusdam causis ab exercitu aberant) Germani im-
 petunt in eos faciunt, statimq; (etiā Cæsare ipso teste) Romanos perturbauerūt, fu-
 gauerūtq; interfectis multis. Rursus Cæsarianis resistentib; relictis equis Germa-
 ni in pedes desilierūt, suffossisq; equis, cō pluribusq; Germanorū deiectis, denuo
 reliquos in fugā coniecerunt, persecutiq; sunt illos usq; ad Cæsaris exercitū. In ea
 pugna equestri plures Romanorum equitum interfecti sunt quàm Germanorū
 fuerint. Et in his fuerunt quidam imprimis nobiles. Post hoc prælium sperabāt
 iam Cæsarem posse ad æquiores conditiones adduci, cōueniunt igitur (ut conue-
 nerat inter Cæsarem & legatos) cum principibus suis & senioribus ad Cæsarem
 in castra credentes Cæsaris fidei, ut de inducijs agerent. Sed Cæsar quos ad se ue-
 nire iusserat, captos seruari præcipit, cōtinuoq; copias suas omnes educit castris,
 & acie triplici instructa ad Germanorum castra properat, & ducibus principi-
 busq; per insidiam destitutos inexpectatus aggreditur expectantes pacis condi-
 tiones. Et quanq; discessu principum suorum turbati, nullum spatiū habuerint
 consulendi nec arma arripiendi, dumq; incipiunt deliberare, uelint ne in castris
 suos continere, an aperto Marte, eductis copijs, pugnare. Intelligētes se perfidia
 circūuentos & animi doloribus (propter suos charos natu maiores & principes,
 qui fidei hostis credētes ultro in manu Cæsaris ierāt) tristitiaq; cōfusus (his omni-
 bus accedebat quod ab exercitu magna equitū & peditū pars, frumentadi & pa-
 buladi gratia aberat) ecce hostis cōcitatus irruit in sic paratos. Sed pudor & Ger-
 mana uirtus prohibuit fuga salutē petere, id quod facile erat, nam equitatus ita
 erat metu cōsternatus ex priorē prælio, ut uix in ultimo agmine à longē sit secu-
 tus. Sine igitur ordine arma celeriter arripiūt, & in obuiū hostē perfidia eius inci-
 tati feroces ruūt, acriterq; pugnarūt diu, donec puerorū & mulierum multitudo
 ex hostium manibus effugeret. Porro Cæsar mulierum & puerorū fugam uidēs,
 equitatum trepidantem ad alios usus inutilem misit ad hos cōsectandos, qui cru-
 deles & irati propter pristini diei suam turpem fugam, infantes & mulieres iner-
 mem multitudinē trucidarunt. Vbi uiri in castris pugnātes clamorē audiuerūt,
 & suos trucidari uiderunt, nefandam sobolis & matrum cædem non diutius ferre
 ualentes, ex castris proruperunt, impetumq; in equites faciunt, & magnū nume-
 rum ex equis deiciūt, imponuntq; in hostiles equos mulieres cum pueris. Atq;
 ita armati repellentesq; hostē se trans Mosam in tuta receperūt. Ingens eo die mu-
 lierum & puerorum Germanorum numerus perit, magnus quoq; utrinq; uiro-
 rum numerus. Cæsar post illa intelligens à Germanis, Romano imperio semper
 fore in Gallijs periculū, & in Germania intestina bella esse, uocareturq; à factio-
 num, ut sit, partibus. Vbi nancq; diu cū Sueuis quibus pares esse nō poterāt, bel-
 lum gesserāt, pressiq; diu ad Cæsare, quē audiebāt cū magnis copijs in Gallia esse,
 legatos mittūt, foedus ineunt cū eo ut auxiliares manus contra Sueuos ferat; esse
 enim superioris Germaniæ populos inuictos nisi cōiunctis uiribus eos adoriāt,
 neq; contentos fore nisi etiam Gallias tandem in potestatem redigant, & postea
 etiam Italiam uexent. Acq; hæc Cæsar etiam non admonitus timuit antea, quare
 omnino transportandum in Germaniam per Rhenum copias censuit. Quibus

ex causis non nauibus trāserit Rhenum, sed potius ponte, quocūq; pontis genere traduxerit scribit ipse, idcirco his immorandum non censeo. Porro omnibus copijs transportatis per pontem uolens terrorem incutere Germanis ædificia frumentacūq; passim succendit: Et cum in Vbiorū regionem peruenit, quibus auxilia laterus uenerat, cognouit Sueuos esse in armis omnes in unumq; locū cōuenisse, hostem latos animoq; plane Germano expectare, & si ueniat ipsos obuios excepturos, imò etiam abiturum persecuturos, quare celeriter se in Galliam recepit, & ne Sueui insequi possint, pontem destruit, qui magno sumptu & laboribus factus erat. Nam Sueuorum nomen erat exercitui Cæsariano terrori tanto, ut non difficile uideret Cæsar, quid facto opus esset. Iterum Britannico & quibusdam leuioribus alijs confectis bellis transire Rhenum constituit Iul. Cæsar, nam non cessabant in Gallia eum multis modis uexare. Cōfecit igitur alium pontem per Rhenum, sed quamprimum per exploratores intellexit Sueuorū & aliorum Germanorum belli apparatus & uires animosq; iterū se in Galliam se recepit, pontemq; rescidit. Neq; enim cēsuit tutum esse cum Sueuis bellum in suo agro gerere, qui in alienis plerunq; inuicti fuerint. Quibus causis ductus Cæsar magnam multitudinem Germanorum magnis stipendijs conductam in exercitu suo habuit. Nam uictum Pompeium & tot bella feliciter in Italia & Hispania, alijsq; nationibus gesta debet haud dubie Germanis,

DE GERMANO.

RVM MORIBVS ET FACTIS LIBER III.

De bellis Germanorum gestis cum Augusto, Tiberio, & alijs Romanis principibus.



Imporibus Augusti Octauiani Imperat. Romani, est in Germaniam missus cū exercitu Rom. Drusus, qui imparatos ex impro uiso oppressit, qui circa Rhenū habitabant, & Usipetes, Hassos quicūq; in illis habitabant regionibus. Sed Sueui omnesq; uicini repente armis sumptis hostē aggressi in fugam coniecerunt, & magna Romanorū multitudine interfecta, in quibus ferunt uiginti centuriones occisos. Et actum erat planè de Drusi copijs nisi barbari insolentes iam uictoria, negligentissimè omnia administrassent. Nam iam ceu uictores traduntur spolia distribuisse, omniaq; egisse ac si plane uicissent. Sed id accidit illis, quod omnibus superbientibus & hostium suorum contemptoribus: negligenter enim omnia administrantes ceu in uado nauigantes. Drusus collectis suis omnibus, loco & tempore sibi cōmodissimo opprimit nihil timētes, nec tamen inulti mortui sunt, Romanorū enim magna perit multitudo in ea pugna. Et uel à mulieribus incredibilem Romani acceperunt cladem, intra munitiones enim castra defendentes in oppugnantes emissis omnibus telis & lapidibus, multisq; militibus sic cadentibus, tandem omni reliqua materia, qua hostem repellerent, deficiente, suos liberos in terram collisos in faciem oppugnantium proiecerūt. In hoc prælio, si usquam alibi, apparuit quàm crudele animal homo sit. Sed Drusus tandem (sic uisum fati uel potius domino) eam regionē in Romanorū prouinciam redegit. A Mosa flumine usq; ad Rauracam Augustam, ubi nūc inelyta ciuitas Basilea est, ædificauit arces numero circiter sexaginta. Effecitq; magnis operis, ut Hercinia sylua esset peruia, multisq; locis habitabilē: nam ante aduentum illius Drusi scribunt quidā Herciniā sylvam desertum hominibus inhabitabile & inac cessum fuisse, ferarū domū. His tēporibus primū Germani exuta paulatim barbarie ad humaniores & ciuiliores peruenerūt mores, Romanis moribus & legibus

bus affuefacti. Alia prorsus facies non solum hominū, sed etiam cœlo & terra ui-
 debatur enim in Germania. Mortuo in Germania Druso, nomen impositum, est
 à prouincia Romano imperio adiecta, Germanicus, sicut cōsueuerant Romani
 fortibus uiris nomina à regionibus adijcere quas deuicerant, ut Scipio Africa-
 nus, &c. Porro immatura morte Drusus admodū adolescens abreptus est, ex uul-
 nere quod à Germanis acceperat. Data est hæc Drusi prouincia, Q. Var. sed Ger-
 mani iugū impatiētes, ad libertatē aspirabant. Nec enim eam humanitatē & equi-
 tatē, qua imperia retinent, Romani ostendebant. Nec enim facilius est aut mino-
 ris ingenij artis uē parta tueri quā acquirere. Germani igitur natura ingenioq; ad li-
 bertatē nati, Vari hominis odiosē tumidi & superbi non ferētes dominationem
 eligūt ducem, quo Romana cum præside Varo præsidia eñciant. Varus cōfidens
 Romanis legionibus, nihil à Germanis (quos iam iugū accepisse, & assuetos fer-
 re, seruosq; animos effectos putabat) timēs non uereur magnā multitudinē con-
 uocare, ut leges pro arbitrio præscribat, iubeatq; quod libuit. Illi cōueniunt cū du-
 ce Arminio uiro forti, & ad afferendā libertatē omnibus nominibus idoneo, Ro-
 manos nimio trāquillitati successibusq; confisos opprimūt, arces et ceptas urbes
 solo æquāt, tres Romanorū legiones trucidant. Captorū, quorū magnus fuit nu-
 merus, alijs manus, alijs oculos, alijs aliud membrum exciderunt. Principis Vari
 corpus, qd milites terra obruerant cū signis militariibus duabus aquilis, effossum
 frustratim dissecauerūt & in paludē proiecerūt. Romani igitur qui maria ad me-
 ridiē & occidentē & orientē ferē omnia occupata tenebāt, Rhenū seruare non
 poterūt. Post Romanos eictos utrāq; Rheni ripā occuparūt Romani. Sūt ad-
 hæc in utraq; ripa uestigia urbium & munitiōnū Romanarum tunc tēporis disie-
 ctarum. Atq; illo tēpore abolitū est Romanū nomen & imperium apud Germa-
 nos, quod magnū erat usq; ad Parthos & Indos. Quo in loco hoc factū sit dubi-
 tant scriptores, sunt qui uolunt in agro Vindelicorū factū. Strabo alio uult loco
 factum. Est qui putat factum ubi iam Franckfordia est. Tacitus putat factum in
 sylua Teuturgēsi. Ego existimo nō uno loco, sed passim per dispositas muni-
 tiōes institutē à Druso prouincia. Quanc; alijs locis collectores fuisse uires Ro-
 manorū, maximumq; præsidium Varum secum habuisse uerisimile est. Hæc cla-
 des uehemēter Augustū afflixit, capiteq; in parietē graūiter illiso sæpe clamauit:
 Quintili Vare redde Romanis Romanas legiones. Post hæc gesta missus à Sena-
 tu est in Germaniā frater Drusi Tiberius cum quindecim legionibus quæ erant
 maximus eo tēpore exercitus Romanus. Hic Germanos bello grauissimo impē-
 titiuit. Magna damna illis inferēs, magna uicissim accipiens. Toto perpetuo trien-
 nio durauit bellum hoc, uix posset multis libris explicari dignè pro rei magnitu-
 dine. Nec ullum grauius magisq; sanguinolentū Romani, post Punica, gesserūt
 bellū. Sed tandē maiore parte exercitus amissa à Sueuis uicinisq; Germanis, mul-
 tis prælijs uictus Tiberius discessit, uel ut uerius dicā, fugit ex Germania. Quan-
 quam non incius sim Romanos de se hæc ita scribere, ut alienam gloriā in se uer-
 bis transferāt. Sed finis et fuga ex Germania Tiberij satis abūdē qui uictores fue-
 rint, arguūt. Post hunc Vespasianus cōtra Germanos missus est cum ualida ma-
 nu, magnisq; conatibus eos aggressus, frequētib; prælijs ferē totū exercitū per-
 didit. Fere enim quadraginta prælijs cōflixit. Tandē desperato proposito redit
 domū. Sunt & alijs qui rebus parū prosperè gestis, multisq; amissis redierunt do-
 mum. Antonij Aurelij & Alexandri Cesarū conatus, & expeditionū cōtra Ger-
 manos apparatus notū sunt. Qui etiā ad arbitriū & uotum atq; adeo nutum Ger-
 manorū cōditionēs fœderis cōposuerunt. Galenus medicus ille summus Roma-
 nis principibus charus rogatus, ut comes esset Imperatori, respōdit homines nō
 esse pares ursis nō carētib; ratione, quare non iturū comitē, quos esset periculū
 tristiores reddituros. Traianus non imperando, aut armis aliquid apud Germa-

nos potuit efficere, sed longè alijs artibus, nempe mansuetudine, humanitate, & iustitia sibi eos demicit. Quid dicā, quid Norici, Sueuicę cū ijs qui Heluetiæ montes inhabitant, in Italia sæpe gesserint, totam uastauerint, ædificia igne exusserint, sedes occuparint, aut præda onusti domum redierint uictores?

Alexander cognomēto Magnus postq̄ totum Orientē, Asiā, Africam & magnam Europæ partē subegit, uocatusq̄ propterea & habitus dominator orbis terrarum, tamē ad fines Germanorū nunq̄ peruenit. Neq̄ em̄ cōsultū putauit Germanos attingere. Etiā Darius & Cyrus illi potentissimi reges cum ad Danubiū puenerunt, Germanos ueriti retrocesserūt. Quēadmodū infinita, penē dixerim, potentie Turcus cum omnibus suis collectis uiribus, ubi primū aspexit terribilitate uultu Germaniā uirtute Germanorum repulsus turpissima fuga, innumera multitudine amissa, salutem inuenit. Quæ res cum propriam historiā requirat, à nobis non tractabit. Quanc̄ hie Germana uirtus à nemine satis possit prædicari. Dominus det gratiā & lucē, ut ei soli gloriā ascribamus, alioqui durabilis gloriatio non erit. Lysimachus rex potētissimus, cum usq̄ ad Danubiū peruenit cum exercitu infinite multitudinis à Germanis multitudine imparibus uictus est. Cuius exercitu deleto, ipse rex Lysimachus captus est à rege Germanorum Romechete. Hac fortitudine in bello Germani consecuti sunt apud exteras nationes, ut de illis hoc genus diuerbia feratur: Qui pugnare uelit infeliciter, cum Germanis pugnet. Germanos amicos habe, uicinos uero minime. Germanos urfos esse ratione præditos. Hinc est quod Romani Imperatores titulos & cognomina omnia posthabuerint Germanici cognomine, ut Domitianus Germanicus, Nerua Germanicus. Et Tiberius suū filium cognominauit Germanicum. Nulla prorsus alia causa, q̄ propter insignem fortitudinē, animi magnitudinem, fidēq̄ huius populi. Tam tenaces semper fuerūt fidei, ut Imperatores quidam Romani (inter quos Iul. Cæsar & Augustus fuerunt) eos fidos sui corporis custodes habuerint, ut nostro tēpore rex Gallorū, & Romani Pont. Scribūt etiā Romani, inter quos Tacitus est, neminē unq̄ cum Germ. bellum gessisse, quem nō poenituerit. Quicq̄ nō plus incōmodorum q̄ cōmodi acceperit. Atq̄ certū est Germanis defuisse eruditos uiros, qui facta ingētia eorū describerēt, & falso ab alienis scriptoribus multa detorta et deprauata, ut est ingenium omnium hominum. Itē nō est dubium Romanos maxima quac̄ sua bella Germano milite cōfecisse. Et quis adhuc hodie rex aut princeps aliqd̄ audet sine Germanis? Et qui aliquid contra Germ. egerunt, militibus germ. factum est. Quod magna ex parte milite germano Carthaginē ceperint exciderintq̄ Romani, autores digni quibus creditur, sunt. Cuius belli scriptores plures sunt, ut nullus mentioni nostrę reliquāt locus. Redeundum igit̄ nobis ad propositū, titulusq̄, qui est de Germania, respiciendus. Ferunt historię Augustū principē Rom. imperij tempore toto regni sui nō habere quod queri iure potuerit, nisi in conatibus cōtra Germanos. Nam hic uir libidine nimia regnādo ductus ausus est Germanos primus, si credimus autoribus, armis laceßere. Sed Germani, duce Harminio, prælio superarūt Romanos trucidarūtq̄ ferē triginta millia. Reliqui fuga sibi cōsulētes, in Italiāq̄ trepidi peruenientes tantū terrorē incusserunt Italię & Romanæ urbi, ut consultauerint multi de fuga in Asiā, Africāq̄, & nauibus omnibus, ne esset sequendi facultas, quibus non esset opus, exultis. Sed nescio quid Harminio accidit, quod hostem nō usq̄ in Italiā persecutus sit. Dominus qui ponit terminum mari, ponit etiam terminum hostis furori. Alioqui sæpe, si respicias tantum hominum cōsilia, mirabile, quare hic non progressus longius sit, quare retrocesserit. Sic enim homini intuenti creaturas, non regem Imperatoremq̄, cuius est omnis potestas, apparet. Traianus non uulgaria cōtra Vngaros & Germanos bella gessit. Germaniā, quæ tota desciuerat, iterum redegit in prouinciā, atq̄ beneuolentem habuit, quæ

ante nullis armorum uiribus domari potuit huius beneuolentia & comitate uicta iugum tulit, sed non oneribus grauioribus degrauiata. Tale enim pacem protulisset bellis etiam si dubius Mars eis certo fauisset perpetuo. Quam bene audierit hic apud Germanos quamque charus illis fuerit, sunt adhuc reliqua quedam monumentorum uestigia. Item Marcus Antonius Berus multum negotii habuit in Germania cum ijs, qui sunt in extremis qui habitari possunt locis. Qui cum bonus, ut est hominis animalis captus, uir esset, facile Germaniam circa Rhenum & Sueuos in officio detinuit, quorum opera facile fuit repugnantes Barbaros repellere. Quod autem persecutus non sit usque ad ultimas glacies, mirum non est, neque enim operam pretium fuit magno capere homines in locis incultis degentes nihil habentes, neque adificia, neque suppellectile ullam, nisi cortices arborum, aut pelles ferarum. Huic Imperatori singulare studium fuit, ut Germania latius miteretur, nam liberalia ingenia habere eos deprehendit hoc melius quam alij Imperat. quo fuit doctior in philosophia, nam philosophatum sedulo fuisse scribitur historia. Marcus Antoninus Verus (quem dicunt ita formatum philosophiae preceptis habuisse animum, ut semper in eodem uultu aspectu uisus fuerit) longo & magno bello quod illi cum Germanis fuit, exhaustis non solum arariis, sed omnem etiam domesticam pretiosiorē suppellectilem, tantę molis erat Germanos bello tentare. Hic saepe fretus potentia & comestus copia cunctando & occupando altiora loca, alijsque circumstantijs sibi fauentia occupauit, coegitque Germanos, quantumuis frugales & patientes, paruoque contentos, propter cibi penuriam pugnare in locis & temporibus iniquissimis, & sepe tamen, desperatis rebus in Germania, de reducendo exercitu cogitauit. Itaque moriens Germaniam relinquere coactus est, ut nulla parte magis Romano timeret imperio. Proptereaque etiam orationem ad suos summos amicos habuit, in qua commendauit filium. Periculum enarrans, quod illi a fortuna, a successu rerum & infortunio potissimum a Germanis esset. Maximinus qui militauerat sub Alexandro Seuero omnia quae acceperat, milites & reliqua in Germania consumpsit. Nam crassus & stupidus ueter, neque suis, neque alienis parcens post mortem Alexandri Germanis non dubitauit inferre bellum, aliquid preclare agere meditans, idcirco rem difficilissimam conat, parum expendens maior uel utilitas an incommoditas etiam ad uictorem rediret. Possent ne confici res tanta, quantum uel esset discriminis & certi periculi. Et quid aliter faceret talis ueter? Aggrederet igitur Germaniam dans & accipiens ingentia mala, nam ferus tyrannus nemini parcit, exurit omnia, nihil mouet quantum numerum suorum prodat, spe enim premiorum & propter omnigenam licentiam militibus impijs ab impio Imperat. concessam semper ex Gallia & alijs nationibus, etiam ex ipsa Germania colluues pessimorum nebulorum confluebat, semperque reficiebantur legiones quantumuis multitudinem flagitiosorum hominum quotidie Germani occiderent. Sicque perdens multas legiones ipse sibi semper cauit, & magnam pecuniam uim ex praeda corradens, unde animus quotidie efferebat, ita ut odiosus omnibus hominibus tandem redditus sit. Et Romani uidentes quot suorum in Germania proderet nihil omiserunt quo eum minuerent & imperio priuarent. Et ipse in oratione ad suos quadam querens de Romani senatus populique iniurijs sibi illatis, nihil habet maius quod exprobet, quam quod Romanam maiestatem a Germanorum manu defenderit. Nam, ut dixi, sciebat Romanis a nulla orbis plaga maius imminere periculum. Voluitque maximum uideri quod fecisset negocium Germanis. Decius, tyrannus uerius quam Imperat. cum Germanis Thraciam depopulatis, grauiam gessit bella. Et multis prius uictus, tandem tam numeroso exercitu et ualido, ut ipse et filius exultantes ceu uictoriam certam adepti manus cum Germania conseruerunt. Ipsumque ferunt Decium ita suos collocasse, ut nullus fugae pateret locus, fortiter igitur pugnante Decio & filio uterque occisi sunt. Atque hoc bellum memorabile, solum aeternam fortitudinis laudem parere posset Germanis. Impares numero totum diem & noctem ferē totam pugnarunt, & exercitum penē extinxerunt Romanum. Quanta materia Romanis & haec fuisset

scribēdi, si ipsis cessisset quēadmodū Germanis. Decius artibus & uiribus, corporis & ingenij uir incōparabilis, in imperio tanto cōstitutus uictus satis loquit, ut uerbis opus non sit meis. Et in hoc bello tanta uarietas euentuū dicitur fuisse, ut saepe ita locis iniquioribus Germani circūuenti fuerint, ut Decius nihil de uictoria dubitaret. Sed cum dominus qui Tyrānos à facie sua, ceu uetus uehemens puluerem projicit, nō amplius uoluit per illud uas iræ sanctificare sanctos suos (nam magnā Christianorū multitudinē supplicio affecit) cū ignominia ad inferos deiecit. Nec enim unquē diu in hac luce tulit, qui effuderunt sanguinē sanctorū suorū. Et hoc loco nō inuēstiuē admonemur, quod dominus ultus est suorum sanguinem per Germanos. Quā miserē perierit multis uulneribus acceptis, in palude suffocatus sit Decius, cū satis memorię iam olim mādātū sit, nihil opus est pluribus. Licinij Valeriani tēporibus trecēta Germanorū millia Italiā inuaserunt, & maximam prādā domum miserūt. Veneruntq; in spem etiā capiendi Romā ipsam. Fugitq; quicquid audiuit aduentare Germanos tātus huius nominis extitit terror. Sub idem tēpus cāribus & incendijs impleuerūt Germani Gallias, nec erat uel ex Romanis, nec ex Gallis qui resistere auderet. Nec tunc temporis Pontus aut Asia tutæ fuerunt à Germanis, nam uehemēter ab illis afflictæ sunt. His etiā temporibus Vngaria à Germanis est deuastata, uictoresq; domum rediere prāda graues. Nec uulgarē laudē meruerūt Germani tēpore quo Aemilianus non procul à Moguntia est occisus. Erat in Germania his ferē tēporibus Dux nomine Posthumus, qui adeo excelebat arte militari, & alijs dotibus, ut milites eū euererint ad imperiū totius exercitus, qui militibus Germanæ nationis magis fidēs, quocūq; Germanos habere potuit, magno studio cōscripsit. Romani Galliq; hoc uidentes, & omnia merito timētes cogitarūt de occidendo Posthumo aut quoquo modo tollēdo. Per proditiōnē igitur interfectus est, hic maximæ in bellicis rebus spei uir. Sed quanquā dux illis sublatus fuit, tamen Germani collectam exercitū in officio seruarunt, aliumq; in occisi locū substituerūt, & trāsferentes bellum ex Germania in Gallias. In hac expeditione Gallos nō uno tantum prālio uicerūt, & præsidiā Romana penitus in Gallijs sustulerunt. Hac tempestate magnam iacturā & detrimētum Romanum imperiū passum est. Et multum Germanorum successus aduersus Romanos promouerunt bella, quæ illis eisdem tēporibus fuerunt in orientalibus regionibus cum Persis & Aegyptijs. Tātūmq; negotij exhibuerunt Germani Rom. imperio, ut Persæ & Aegyptij nullo negotio Romanū iugū abiecerint. Flauius Claudius non semel conflixit cum Germanis magnis prālijs uictus uictorq; uicissim. Germanos uero in Italia prādādo occupatos ex improuiso improuidos suisq; uiribus & fortunę mendaci nimium cōfidentes oppressit, magnaq; multitudine occisa expulit omnes ex Italia. Quāobrem illi sunt statuti Romæ summi honores, erecta statua illi est antea: necq; eū leuem hostē uicerat, aut saltem cohibuit, ne progredere longius. Aureliani tēporibus ex longa cœli temperie bona nulla pestis cōsumpsit populū in Germania, & omnibus ijs regionibus quæ sunt ad septentrionē, quare cogitauerunt de occupandis cultioribus terris. Inuitabat uero etiā in Italiā rerum omnium copia, & quod Romanis in Oriente difficilia erant bella quare Italiā inuaserunt infinita multitudinē, quibus necessario occurrere coactus Aurelianus, omnibus optimè ordinatis, & locis & tempore electis, cōgressus est. Pugnatūq; est eo prālio toto die, tandem terga dedere Romani, uixq; Imperator cum paucis qui circum eum fuerūt euasit. Quæ clades & fuga Romanis tantum incussit terrorem, ut ex urbe multi fugerint. Germanis iam exulrātibus, gestientibus, nihil timētibus, & omnia negligentissime administrātibus, retroq; domum scribētibus se dominos Italiæ & urbis ipsius Romæ, ecce alio interim conscripto exercitu reuertitur Aurelianus omninaq; diligentissime administrans nihil timentes in diuidēda prāda & locorum occupandorum

occupan dorū electione occupatos Germanos adoritur, pugnāt utriusq; acriter, sed Aurelianus uincit. Tribusq; praelijs ab eo ita uicti extenuati sunt Germani, ut domum reuerti coacti sint. Post hæc bella Aurelianus cōscripto Germano milite contendit aduersus rebelles in oriente, & prospera usus fortuna saepe uicit eos mari & terra. Probus post mortē Aureliani cōtra Germanos qui Gallias tenebant, multis locis proficiscitur magno apparatu. Cum igitur aliquot diebus iter fecisset, inueniebat ex ijs quos explorandi causa praxmiserat, flumen itinere unius diei abesse trans quod flumen omnes Germani confedissee, & in necessitatē belli multa fecisse, expectareq; cupide Germanos, quod ex captiuis intellexit. Expectariq; quotidie auxilia ex Germania, iamq; copias Rhenū trāsisse. Impedimenta omnia, pueros, senio defectos, mulieres, reliquamq; turbā ad arma inhabilem in locū natura & arte munitissimū confecisse. Habereq; magnam cōmoditatem uecturæ ad cōmeatum, & posse longo tēpore intra munitiones sese tueri. His rebus auditis Probus alio loco q̄ expectabant Germani, exercitum traduxit, delegitq; locū castris talem. Mons erat nō admodū altus qui leuiter descēdebat ad flumē, ab altera parte asper, & propter rupes inaccessus, ad radicē montis erāt fontes & patens cāpus hunc occupat castris Probus. Nō procul ab hoc loco alius erat collis non dissimilis situ & ad flumen descensu, sed paululū humilior, huc tenebant Germani. Inter igitur utrorūq; castra erat planicies, sed maiore parte syluestris. Probus igitur post castra locata se Germanis cum paucis equitibus ostendit, collocauitq; in insidijs milites qui laborantibus possent auxilium ferre. Nec Germanis uisum est suos prorsus cōtinere in castris: praelium igitur leuiter equestre cum hostium equitatu cōmiserunt. Post cōmissum praelium statim ex occulto exiliūt pedites Romani, Germani se receperunt intra munitiones. Sequenti die iteratur praelium equestre, sed Germani pro more suo ferebāt secū pedites qui ita infedebant equis, ut uideri non potuerint ab hostibus, cōgressi igitur, territis re non expectata Romanis, & occisis quibusdam, multis captis, fuga reliqui sibi cōsulerunt. In posterū diem utriq; Romani & Germani ē castris educunt copias instruat. Probus longissima oratione suos cohortatus est: Vti cogitarent nullū fugæ locū esse propter flumen, per hostes ipsos uiam faciendā aut pereundū. Germanorū iniurias & contumelias in Romanos exaggerauit quantū potuit plurimis. Si sustineant primū impetum barbarorū uictoriam certam consecuturā. Numero se superiorē, certa praxmia proposita uictoribus, uictis certa mors aut certe durissima morteq; grauior seruitus. Huiusmodi in hāc sententiā multa dixit ad excitandos & inflāmandos militū animos. Germanorū duces nō minus suos adhortati sunt, ut pristina fortitudinis memoriā tenerent, nullā in fuga salutē esse. Vincendū aut pereundū. Cum igitur nō longe abessent hostes, & utriusq; animi incitati & parati ad dimicandū essent, praeliū cōmissum est. Diuq; pugnatū est dubio in neutraq; partē inclinante se Marte, in prima coitione magna Romanorum militū multitudo in flumē cōpulsā est. Postremo cū cedere coacti sunt Romani, receperunt se intra munitiones, interim nox incidit, Germaniq; progressi in locū iniquissimū insequēdo hostē per noctē dissipati alij dormierūt, alij exuebant occisorum corpora, iam securi ceu uictores. Sed matutino tēpore redintegrato praelio dispersos adoriant ex superiore loco, & sine negotio in fugā cōiciunt. Sed cū fugiēdo usq; ad flumē peruenerūt ex desperatione pugnarūt rursus & iterum retro agūt hostes & equites Rom. interueniētes rursus ad flumē egerūt Germanos. Nec tamē a pugna cessarūt, donec fides illis data sit q; Probus eos uelit aut dimittere in Germaniā suā, aut in numerū militū ascribere. His Germanis conscriptis Probus pfectus est in Italiā, quā misere affligebant Gothi, quos uicit & expulit ex omni Italia. Hisq; Germanis militibus usus est fidelissimis in omnibus orientis partibus.

partibus. Et omnes motus bellorū feliciter compescuit. Primum enim domum aliquot diuites dimisit in Germaniam, & cum ijs simul qui alios conscriberent, qui selectissimos quotquot uolebant facile inueniebant: sperabāt enim diuitias, & magna erat bonitatis & liberalitatis fama Probi. Pacato igitur Romano imperio per uniuersum ferē orbem. Proculus & Bonofus seipsos imperatores uocabant, & occupabant aliquot prouincias. Inuocabantq; Germanos illis pollicentes montes aureos, nec enim eos latebat se impares fore Probo, nisi essent illis auxiliare manus Germanorum. Sed Germani ob fidem & probitatem Probi denegabāt illis auxilium. Quamobrem breui nec magno negotio deleuit eos Probus. Nec enim iam tum, ut nunc, ulla spes poterat esse uictoriae cōtra Germanos milites, sine Germanis. Cōstantinus in Germania nō imperauit, sed per omnia Germanis inseruiuit, hocq; maximē laudī & autoritati fuit illi Romae, & in toto Romano imperio, quod dictus sit Germanis imperare. Dictumq; est de eo uulgō, quod in alijs nationibus imperator sit, in Germania adulator atq; etiā seruus. Iulianus quoq; non mediocre bellum gessit cum Germanis. Postquā enim Gallias deuicit, Germani qui trans Rhenum Galliarum loca occupauerant, non satis ualentes erant ad resistendum Romanis: quanquam primum Romanorum impetum ita sustinuerint, ut plures hostium interfecerint, quā Germanorum perierint eo bello. Pugnatum autem est apud Argentinam urbem. Nodomarius Germanorū rex periit eo praelio. Sed nemo insequi eos audebat, statim enim collecti in altera ripa Rheni, hostē prohibitori ne transfret, armati consistebant. Itaq; posuit rursus, eiectione ex Gallia Germanis, Rheni finem Romani imperij. Hoc praelium tantum nominis & fauoris peperit Iuliano, ut mox a pugna salutus sit Romanorum Imperator. Nam, ut sepe dictum est, tam preclarum propter difficultatem, habitū est cum Germanis non infeliciter pugnasse. Neq; enim laudem meruisset ullam, si cum alio hominū genere dimicasset tanta suorum iactura, & non longius a sinibus imperij Romani submouisset. Valentinianus imperij sui anno tertio, aut (ut alij uolunt) quarto, uolens aliquod preclarum factum in memoriam sui relinquere, cum legionibus expeditis sex, aut septē, & equitatu ualido in fines Sueuorum proficiscitur, quod hijs neq; Romano imperio parabant, imō quod sine intermissione Romanorū socios incursionibus uexabāt. Et quod moliri expeditionem trans Alpes dicebantur. & quod potissimū uideretur mouisse eum, quod nulla maior laudis materia inueniri poterat. Hęc enim pars Germaniæ, ut satis dictum est longē plurimū totius Germaniæ, uiribus & militarijs uirtutibus omnibus hominibus excellens fuit. Habeatq; militū copias imprimis magnas. Tāgit Romanū imperium, unde illi infesta est. Sueuis igitur simul atq; de Romanorum exercitu cognitum est equitatum peditatumq; cogere, omnibus qui uel per atatem, uel per infirmitatē bello adesse utiliter nō poterunt in syluas inaccessaq; loca abditis, qualia loca apud illos fuerūt multa, bella parare instituerunt, & hosti obuiā ire antequā expectaret. Progressiq; longius in conspectū uenerunt Romani, coeperunt ergo Germani eos ex locis superioribus prohibere & prelium cōmittere, sed non nisi ex locis natura & hominum industria munitis, quę erant iam olim ad propulsandum hostem præparata. Frequētibus enim fossis & arboribus succis aditus præcluserāt omnes. Pauci ex fossis & syluis cū multis Romanis pugnabant, facileq; ab ingressu prohibebāt. Sed Romani simulant fugam aliquando aliquanto longius fugiebant, quos primum quidem fugientes persequi uetabāt seniores rerumq; peritiores, quod insidias suspicabantur. Et sic aliquot dies consumpti sunt. Quotidie uero incautiores redditi Germani, posterioribus diebus effusim eruperūt ex munitioibus syluarū, secutiq; sunt in planitiem æquam fugā simulantes Romanos, quō ubi peruenerunt, dispersos & nihil

& nihil tale expectantes Romanæ legiones & equitatus adoritur, acriter utrinque
 pugnatur, cadunt plurimi, sed sine ordine numeroque inferiores Germani cedere
 coacti sunt, & in sylvas collesque compulsi, eodem die reintegrarunt pugnam, mul-
 tos denuo utrinque amiserunt; noxque pugnam diremit. Die sequenti imprudenti-
 bus Romanis, inque muniendis castris occupatis, ex improviso ex syluis euolau-
 erunt Germani, magnoque impetu in hostes facto, qui erant in operis occupati omnes
 occisi sunt, sed munitiones erant firmiores, quam ut expugnari potuerint; defati-
 gatis igitur Sueuis noctescit, ipsi passim iacentes expectarunt crastinam lucem,
 qua orta rursus castra oppugnare coeperunt, & tam pertinaciter in proposito per-
 seuerauerunt, ut quanquam plurimi omni genere telorum emisso ex uallo peri-
 rent, nec esset possibile aggeres transcendere tanta propugnate multitudine, tamen
 non destiterunt donec ad eam raritatem redacti sunt, ut uel exco apparere potue-
 rit nihil effici contra castra posse. Accedebat quod etiam ex paucis illis reliquis uix
 unus atque alter inuentus sit qui non grauius uulneratus fuerit. Nec alia est laus que
 hac qua se de Germanis iactare possit Valentinianus. Nec enim inscius sum scri-
 ptores quosdam tradere uictos ab eo Germanos, precipue Sueuos & Saxones.
 Porro Germanis militibus Sequanos & Heduos subditos sibi reddidit. Nam Ger-
 manis charus redditus fertur ob animi dotes eximias, & odium eius in uitia; pra-
 fertim autem odiuit avaritiam. Quam magnas res Constantinopoli gesserint
 Germani, Valente post Valentinianum imperate, satis cum non sit memoriae man-
 datum hic paucis attingendum uidetur. Germani tempore Valentis Ungaria de-
 populata, & deuictis resistebus omnibus peruenerunt Constantinopolim, eamque
 teruerunt non mediocriter urbem. Contra quos Constantinopolitana respub.
 copias coegit quantas potuit maximas, & constituebant conserere cum barbaris
 manus, quanquam exterriti animi militum suorum essent, & barbarorum animos
 ad pugnam paratissimos, rerumque successibus efferatissimos cernerent. Multa sui
 timoris praebebant signa, primum quod passim tamdiu fuerunt diripi tot ciuium egre-
 gie edificatas uillas & cultissima rura, quodque non subuenerant etiam ciuibus his
 qui ad moenia urbis & occisi & capti sunt. Deinde quod aliquoties egressi mox
 intra muros se recipiebant, quodque etiam egressi se in altioribus locis continebant,
 nec de locis aditioribus descendebant. Postremo non obscurum de suo timore indi-
 tium dederunt, quod muri noctesque diesque pleni hominibus cum omni ad propu-
 gnandum excogitato genere instrumentorum, quodque iter facientes eorum co-
 piae confusa, neque signa, neque militares ordines seruare uidebantur. Tamen omni-
 no rem praelio committendam cum uiderent, & praelio quod non possit non esse
 cruentissimum, quarebant commoditatem loci & temporis nihilque omitebant,
 quo hostem ad locorum quampiam iniquitatem perduceret. Eaque iam rerum erat
 conditio, huc scilicet de industria deducta, ut qui priores promontorium ad ma-
 re quoddam attingerent, spem habituri essent rem confici posse, alterosque uinci si-
 ne suorum sanguine aut certe non multo, eodem igitur dum contendunt Graeci cum
 suis, Germani quod primum non animaduertent locorum ignari, tandem & festina-
 tione hostium consilium intelligunt, & cum essent propiores loco quem petebant
 Constantinopolitani, priores Germani eodem peruenerunt, atque ex hoc loco contra ho-
 stem copias in acie collocant, Graeci expectatione falsi, quendam natura munitum lo-
 cum idoneum castris, in eo constitunt. Germani quotidie libere uagare passim
 per agros, & hostem prouocare in aequum campum, aliquando etiam non satis
 cauti periculo sese exposuerunt nimium indiligentes & temerarii, hostemque nimium
 contempserunt, & nisi ingens pavor occupasset animos Constantinopolitanorum
 sine negotio & absque uulneribus uniuersas copias Barbarorum extinxissent, sed
 aliquandiu tenuerunt se in castris, Germani suspicantes eos auxilia expectare,
 d quamobrem

quamobrem magis irritare & omnibus modis ad pugnandū occasionem dare, nihilq; omittere, quo dimicare cogerētur. Tandem in eum locū rem deduxerūt, ut necessariō illis decertandū esset. Igitur die quodā cum Barbari in locum omnibus modis iniquū descēdissent, cum uiderēt omnino cōserendas cum hoste manus proruperunt, præter Germanorum expectationē ex castris acriterq; pugnauerunt, quia uidebāt aut moriendum aut uincendū. Fuit prælium cruentissimū, neutris cedentibus, ijs ex desperatione & necessitate, illis ex animorum ferocitate & cōfidentia pugnantibus. Sub uesperum tandem ad raritatē redacti Constantino politani fuga salutem quærere cœperunt. Valens Imperator uulneratus telo, perlatatus est in uillam uicinā, quem Germani persecuti, uillā incenderūt, quo incendio perit hic Imperator Valens derelictus à suis omnibus, & grauiter uulnere laborans. Quāto metu post hoc prælium cōcussa sit ciuitas ante ita patore cōturbata, qualisq; facies fuerit illi facile quis uidet, ne longior sim lectori cogitandum relinquo. Post hanc pugnam latè longeq; omnia incendijs, rapinis, cōpleuerunt. Cumq; esset urbs ipsa Cōstantinopolis in magna formidine & certo præsentiq; periculo, ipsa Cæsaris uxor pacem ab hostibus magna summa pecuniæ emit. Iuuitq; eos nauibus & frumento alijsq; ad profectiōem necessarijs, ut discederent: Sic dominus per hos Germanos hunc Arrianæ heresis defensorē Valentem supplicio affecit. Fuit enim in primis studiosus Arrij doctrinæ hic Imperator, & orthodoxæ fidei hostis. Odio profectus est non ulgari omnes qui non iurarunt in sectam, quæ ipsi arripit, Arrij. De reditu Germanorum in patriā nihil habeo certi, quod scribam. Eodem tempore mare multis locis exiccatum in alia loca est tralatum. Causæ sunt Physicis in promptu.

DE GERMANIS

LIBER QVARTVS:



Hoc seculo sicut reliquis omnibus quæ fuerūt hæcenus omnes nationes Germanorum auxilia in omnibus bellis petebāt, nec ferè ullum bellum paulò grauius sine Germano milite est gestū usquā gentiū. Arcadij & Honorij ætate Ruffinus nomine dux exercitus summus cum cogitaret de Arcadio è medio tollēdo, nullam spem negocij cōficiendī inuenire potuit nisi per Germanos, quapropter magnā uim pecuniæ mittit Alarico regi Germanorū, magnisq; promissis sollicitat ut ueniat quāprimum. Sed cum essent omnium oculi in Germanos coniecti, & nihil in Germania agi potuisset, quod non diligentissimè obseruaretur à principibus regibusue, Arcadius rescituit omnem rem, idcirco de truncatum caput Ruffini per totam urbem & exercitū ostentauit ceu proditoris. Hoc factum est per legatum Honorij fratris Arcadij Stilconem ueteratorē, quādiu quæsitā occasione, qua Imperatorē faceret filium suum Eleutheriō, quā ob causam multis dolis, multas insidias, magna astutia excogitauit. Quos potuit alienauit ab imperio Romano, quosq; potuit in arma contra Romanos exciuit. Bellorum fomites excitauit omni conatu. Germanorū cum benè nosceret ingenium, negauit illis stipendium promissum pro quo militabant. Quod Imperatoribus suadebat nō ignarus quod de suo iure nihil cōcederent Germani, & quod militia meriti essent, pro quocq; uitæ subissent periculum armis summaq; ui postulatos. Nec hæc expectatio hominē sefellit. Nam irritati iniuria, & debiti stipendij negatione, statim cum quibusdā uicinis Gallis cōspirarunt Germani aduersus imperium: cōuenerunt autē paucis diebus supra 400, militum, & socios Romanorum

manorum, proximos quosque depopulatur. Tantis furor fuit Germanorum, sicut solent irasci supra modum ingenia natura ferocia cum iniuria fit eis, ut ne resistere quidem quisquam tentarit. Rapiendo igitur & contrucidando defatigati praeda onusti reuertuntur domum. Alaricus non longe post tempore, foedere facto cum Radagaso rege Gothorum, conscripseruntque possunt maximas copias, quas diuisas ita ut si necessitas ususue postularet bido aut triduo cogi in unum possent. Primum Vngariam inuasert, in qua quicquid praeae adepti sunt, sunt autem maxima adepti & ex multis rebus & ex uocalibus, retro domum miserunt. Depopulata Vngaria, expulsis, captis, & trucidatis Romanorum praesidijs, omnes munitiones demoliti sunt. Hic iterum exanimatum est Romanum imperium metu. Nec mirum multitudo enim hostium numerari non potuit. Hinc in Thraciam profecti, ex qua legatos cum copijs Romanis eiecerunt primum. Deinde pro animi libidine omnia tractarunt. Ex his autem qui effugerant periculum primum expressi dijs Romanis coniunxerunt sibi pastores & aratores quosdam, occuparuntque locum natura munitissimum, aqua & fossis, ubi aliquid magnificere cogitarunt. Quam ob causam simularunt metum summum, & effecerunt ut hostes persuasi fuerint illuc mulieres, & pueros infirmam turbam confluisse. Quam ob rem postquam uentum est ad eum locum hostibus, egressae sunt foeminae quaedam cum infantibus, quae ferocem hostem ad misericordiam commouerent, supplicesque salutem petierunt sibi & reliquis quae confugissent in eum locum, obtuleruntque illis sese & quaecumque haberent; Mox emissae sunt aliae mulieres forma insigni quae animos principum exercitus in se facile conuere potuerunt. Quae quoque prioribus consentanea dixerunt. Ducum barbarorum quidam misericordia deuicti, quidam amore capti, nihil suspicantes mali, abutebantur illis. Cumque aliae prodirent formam insignes mulieres, plane persuasum est illis nullos uiros illic esse, nec enim naturam humanam haec posse ullo modo pati. Ergo iam incipiebant clam se subducere illis qui erant in alio quo eminentiore loco exercitus & ingrediebantur per eas uiarum angustias per quas hae mulieres uenerant, qui omnes clam ingressi, clam sunt trucidati, namque primum ingressos comprehenderunt ij qui propter singularem peritiam, & usum in rebus bellicis se conseruarant, sibi quoque loco cauerant, & ex captis omnem hostium multitudinem, propositum, spem, fortunas, opinionem de illis qui confugerant in eum locum hostibus inaccessum, cognouerunt, & qui dissentientia loquebantur durissime torti dicuntur. Tandem cum multi sic amissi ex exercitu essent, inceptum est dubitari in exercitu quo nam iuissent, quae uere essent cessandi causa, quod ubi cognouerunt Romani & Thracum qui cum ijs erant, emisertunt alias paucas quasdam statim mulieres cum infantibus, quae quae miserabiliter apud summos exercitus rectores, de quorundam uirorum inexhausta libidine qui ingressi essent, propterea ne uiderent egressas, sed potius hosti se tradere quam haec neganda uidere quae illi perpetraret. Quod ubi auditum est conuocant concilium deliberaturi de longiore profectioe cumque alijs de rebus agendis, tum de illa turba mulierum & puerorum quae illuc confugisset, interea dum haec narrantur & aguntur plures mulieres illas quaerunt; interficiuntur autem omnes quotquot introierunt. Erat angusta semita per rupes, & multis flexibus nunc ascendebat, iterumque descendebat per cliuos, in interiore loco erat amplus campus lacubus & fluminibus circumdatus, lateque patebat hic locus, capereque potuit magnam multitudinem populi & pecoris alimenta & pabula. Igitur cum aliquot dies essent illic morati certas ob causas, & paulatim multos ex primoribus perdidissent; nam huius rei fuit adhuc ignarum uulgus in exercitu. Nec tamen quisquam sentiebat amissum ullum, iam enim nullo per totam regionem hoste existente quisque sine omni periculo uagabatur, quocumque libuit. Descendebant igitur ab exercitu uarijs ex causis, hi regionis si-

tum uidendi, illi defossas opes, ut solet in his casibus fieri inuestigandi causa, alij aliam ob causam errant per totum illum agrum. Porro hostes absconditi, qui facile uidere poterant, tandem futurum ut mitterent visum in locum illum, quæ illic congregassent, qui & quantus hominum numerus se illic seruasset, & quæ esset loci natura, quærebant rationem qua hoc periculum declinarent. Ergo mulieres quasdam facundia præstantes cum infantibus suis emisserunt. Quarum orationis hæc ferè fuit summa: Maximas calamitates, durissimos casus nihil necesse esse multis uerbis exponere; ob oculos enim ita posita, ut uel durissima saxa mouere possent. Ex uultu principum exercitus sese colligere eorū animos misericordia tactos. Nec se ignorare belli iure hæc se pati propter Romanos, quos magis sciant inculpandos quàm hostes fortes uiros, qui sine dubio non uenerint absque aliqua iusta aut saltem probabili causa cōtra Romanos, nimium superbè multis imperantes, quibus coacti ipsi hæctenus paruissent. Atq; utinam inqueiebāt, uos qui huic exercitui præstitis habuissetis reges. Nam sicut mulier bene est tutò secura, quæ habet uirū fortem & industriū, ita gens cui est rex fortis & industrius. Hæc namq; ut uestra insignis fortitudo satis ostendit passi non essemus. Nūc qui respeximus Romanos ab illisq; expectauimus auxilia, nostros charissimos progenitores, dulcissimos natos, iucundissimos coniuges amisimus. Foci sunt exusti, omnia solo æquata sunt. Et utinam contigisset mori; felices enim sunt qui hæc non uiderūt, felicissimi qui primi periere. Quot consciuerunt sibi mortem, quædam laqueo finierūt sibi uitam, magna pars præcipitata est sua sponte in aquam suffocataq; est. Doloribus periere non paucæ mulieres. Pregnantium multæ abortierunt. Multæ se in incendia iniecerunt. Adhuc hodie inueniuntur quæ mori cupiunt. Nos rogatum uenimus, obtestamur & obsecramus uos per humanitatem communemq; hominū societatem, qua non coniunxit natura pares, ut liceat nobis uiuere in castitate quā nostris uouimus maritis, qui pro nobis mortem oppetere. Nam uno omnes consensu decreuimus aut mori, aut castitatē seruare coniugij superstites. His ita longa oratione expositis demonstrare conatę sunt nihil facultatem secū habere, nisi quædam uulgarem quotidiano usui necessariam suppellectilem; nec enim temporis spaciū fuisse conuassandi aliquid maioris momenti. Vix eripuisse se cū puellis, quos matres argento & auro preciosioribusq; rebus omnibus potiores habeant. Imò præsentius inexpectatū fuisse periculum, quàm ut uitæ consulerent. Paucis exceptis; totum enim exercitum testimonium perhibere quot in ipsa fuga correptæ sint nudæ. In hanc sententiā cum multa mulieres uiriliter dixissent, cum lachrymis miserabiliter omnia. Respōsum est illis semissuros cum illis comites, qui animos earū erigant & consolentur. Nullum amplius periculum illis quæ primo impetu non occubuerint. Et huius generis cætera. Illæ sine hæsitatione (siue quod hoc prouiderant, siue quod mulieres natura promptiores sunt fingere causas & excogitare mendacia) responderūt, esse in eo loco inclusas quasdam quæ adhuc non redierint ad montem, doloresq; adhuc recenti insanire, quam ob causam non licere legatis tutò ad eas accedere. Si enim pauci ueniant ab insanis facile superari; si ualidiore manu conentur ingredi non passuras. Certū enim esse omnibus potius mori, quàm in alienorum uirorum manus peruenire. Apud ipsas summum piaculum haberi cum ijs hostibus rem habere, a quibus sui necati sint uiri. Cumq; utrinq; diu sic orationem & sententiam cōmutarunt. Cumq; nihil se efficere uiderent mulieres, omninoq; statuerent hostes uidere quidnam ageretur in angustijs illis clausis. Petierunt ut cōcederent illis primum reuertere ad eas a quibus missæ essent mulierib; ut illis nunciaret hoc. Quod facile concedebant, nihil uidentes mali quod hinc oriri posset. Nam totus hic lo-

eus per omnem regionē ab exercitu circūdabatur, ut effugere nō magis possent,
 quā si in arce essent inclusa obsessa ob omnibus partibus. Ergo mittebat il
 lis hęc postulatio, sed ea lege intra bīduum responderent non aliud quā quod
 ipsi uellent principes exercitus. Igitur quā possunt ocysimē reuersa concilio
 conuocato hęc referunt. Diu cōsultantes, alijs aliud faciendum uidebatur. Cras
 sior turba uoluit quā plurimos admittere usque ad locum quēdam, in quo si
 ne negotio aliquot millia perdi potuissent. Alij uolebant tantum reges admit
 tere cum suis familiarissimis, ut illis miserimis modis tractatis & necatis, exer
 citus, rectoribus destitutus in periculum sine ratione rueret: esse enim belluam
 sine capite multitudinem carens rege sciebant. Non desuerūt qui censebant per
 feuerādum in prima petitione, & cum prioribus mandatis remittendas easdem.
 Tantum additis quibusdam argumentis ad persuasionem, & exorandum aptio
 ribus quā priora fuissent. His uariē iactatis in omnes partes, tandem uicit eo
 rum sententiā, qui censebant reges solū, & regibus proximos inuitandos, ut sup
 plicium dignum de illis sumerent. Et exercitus postea irritatus, temeritate barba
 rica se in periculum præcipitaret, aut diuisus in partes factiones uē imperandi cau
 sa. Quid enim non dominandi cæca libido non facit? Postridie igitur reuersa
 ad principes exercitus. Multa conquesta de sua fortuna, & alia quæ uidebantur
 ad propositum facere, postrema orationis parte orant, ut reges accedant, ut suis
 oculis præsentēs cernant miserimum statum ancillarum suarum. In spem enim
 indubiā uocari, reges miseris uiduis & orphanis, infirmæ puerorū & mulierum
 turbæ opē laturos. Omnesq; regiam uultus regij maiestatem reuerituras. Iram
 enim ita refrixisse, ut nullum amplius periculum sit, modo nihil amplius perant
 faciant ue. Hoc genus cum multa multis dixissent, responsum est. Ex exercitus
 cōspectu reges abesse nullo pacto posse, ne qua seditio oriatur inter milites (hoc
 uere uē dixerint an uiderint periculum esse posse in claustra illa cæca ingredientibus
 incertum est.) sed missuros quorum fidei non dubitent suam ipsorū uitam
 concredere. Cum hęc mulieres audirent supplicii uoce obtestata sunt, ut & hęc
 prius referre ex gratia regum liceret, reges respondent propter sexum fœmineū
 & hoc ea conditione illis permittere, sed nullam moram interponi uelle: idcir
 co quā primum posset fieri redeant. Hęc igitur perferunt ad suos responsa. In
 qua re cum diu deliberarent quid facto optimum esset. Postquam multa com
 murata uarijs sententijs, placuit illos futuros legatos saluos remittere. Nam nul
 lius momenti omnino utilitatem ad se eorum morte peruenire uidebant. Sed
 omnibus uiris & armis in interiore antra absconditis & uestibus tectis, antequē
 illos mulieribus insaniam simulantibus cōstitutis, quas dentibus frementes alia
 fingebant à se magna uī retineri ne ruerent in legatos. Cum igitur diutius mora
 rentur missi sunt aliquot uiri ad illas cum interprete, obuia igitur illæ quæ ibant
 ad exercitus principes, ducunt intus, ubi cum paruulis suis liberis mulieres nu
 da pedes & pectora, minimaq; sui corporis parte tecta raris lineis pannis. Quæ
 ita ornata erant, ut facile quantumuis inhumanum cor ad misericordiam flecte
 re, & Veneris cupidine incendere possent. Illi igitur cōsolati illas primum, specy
 facta libertatis non audentes ad frendentes dentibus insanas propius accedere,
 iam satis omnia perscrutata & cognita arbitantes incipiebant incensi amore lu
 dere cum nudis mulieribus. Quæ tamen pertinaciter & constantissimē repugna
 bāt, nec ullis pmissis uinci poterāt. Siue quod uiros habuerint omnes suos latētes
 proximē, siue quod iudicaret prestare incēfos non extinctos abire, ad paratas in
 sidias ad finem optatum perducēdas, nam insanicy amore nihil aliud cogitare po
 terant, q̄ Venerem. Ceco ergo amore nihil penitus scrutate. Et diligentia omnē
 d 3 excludente

excludēte ex recentī uictoria nihil rectē prospiciēs animi elatio, abierunt cupidā quamprimum redire cum fortiore manu, sed cum nobilioribus tantū: inuidebāt enim plebeis militibus ad illas ueneres. Vbi igitur uentū est ad reges eminentiorisq; loci duces lati omnia nunciant, & suam diligentia in perscrutandis omnibus angulis prædicant, omnia suis oculis exposita fuisse asserunt. Formas & habitus nudorū muliebrium corporū depingunt, adfingunt multa quæ grata comilitonibus suis, aptaq; ab eodē igne quo ipsi correpti erant, socios incēdendos uidebantur. Quibus creditis, nam prudentiores & fideliores miserāt. Certiores reddunt de ijs rebus omnibus quotquot putabant sufficere ad cogendas mulieres, armati quidem, sed sine ullius periculi suspicione sine ordine per angustias uiarū irruūt. Inclusi uero ocyus armis correptis, per exploratores numero aduolātium cognito, abscondūt se in locis opportunis, & ubi iudicabant satis multos intromissos, ostenderūt se, prohibebāt reliquos, qui omnes re noua perterriti se in pedes coniecerunt, multiq; in illa fuga perierunt. Intromissi capti gratiā petebāt, ex quibus ubi omnia rescuerunt quæ putabant operæpretiū scire, cōtrucidant omnes. Reges autem in extremo agmine non peruenierunt intro, quod uehementer doluerunt Thraces, & cum ipsis alij inclusi. Quibus insidijs cōmoti Germani reges, nam suos charissimos perdiderunt magnis conatibus multis diebus expugnare tentarunt, sed frustra nam inexpugnabilis erat locus, & ipsa oppugnatio cum incredibili iactura cōiuncta fuit, magnā enim multitudinē amiserūt impossibilem rem molientes. Porro cum omnes res necessarias abūde intra munitiones haberent. Germani autē cōmeatu essent destituti. Profecti sunt uersus Italiā, omnia in itinere deuastātes. Radagasus rex suis simulachris Romano sacrificauit sanguine. Perueniūt ea profectione Romā cum centum milibus armatorū, omnia diripiētes Romanū uulgus in fide Christiana parum recte institutū se ob deorum cultum omissum, & deiecta deorū simul atq; dearū simulachra hæc pati clamitabat. Ut solet fieri cum in rerū tranquillitate ore omnes cōfitentur Christū, deinde aliquid incidit aduersitatis. Quālibet enim causam sui infortunij uult caro potius uideri q̄ uerū, nēpe peccatū. Atq; ita Romæ dū factio factioni imputat causam, et arma in se uertebāt, hostis peruenit intra muros, partesq; que ita mutuo flagitabant odio, omnes sine delectu occisæ sunt, estq; urbs ipsa Roma capta, direpta, habitationibus partim captis, partim occisus. Hic uidisses in tribulationib; quid corpiū, uereq; pendēs à deo, sabbatismū agens domino, quidq; gaudium illud uerum in spiritu sancto in perpetuū permanēs, præstet impio cordi & superbo in se cōfidenti, in se respicienti, & gaudio huius mundi finem mox habēti, multisq; miserijs mixto. Nam Christiani lati uocati ad nuptias ibant, nihil expectantes q̄ regnum dei, laudantes dominum qui per hæc media ad sua tabernacula reciperet suos. Nam aliam ianuā non esse quā talem iam ante frequenti meditatione crucis domini Iesu didicerant. Illi qui antea ita culcabant terrā superbe, ut etiā astra & cœlos despicerent, se omnia à seipsis habere putātes, se robur ipsum, ipsam prudentiam & sapientiam existimantes, ita uiuentes atq; si sempiterni essent futuri subsistites, accedente iudicio domini ita cōfunduntur, cōsternantur animo, ut nullo modo tātum habeant reliqui animi quantū porcus. Fuga, desperatione, timore, mala conscientia, dolore, desyderio rerū, quas sibi arrogauerant, amissione sui thesauri, cruciātur, est eorū opsonion mors, illorū q̄ militauerūt dño uita eterna. Sed dñs uasis ire nō solet diu parcere. Stilco igit̄ copijs collectis in opportuna itinera qbus redituri uidebant, suis locis disposuit, nec expectatio fefellit eū, nā onus sti præda Barbari sine ordine omniq; metu domū pperātes in angustijs iuxta Appenninū montē oppressi sunt, estq; occisā ingēs multitudo. Nihil certi habeo an rex Radagasus occubuerit illic, an euaserit. Certe id contigit illis quod adhuc nō
stra

fra aetate militibus ex Italia redeuntibus saepe accidit, opprimunt enim per itinera nisi coniunctim proficiscuntur. Nec mirum gentem bello afflictā ultionis cupidam esse, & omnem occasionem parā referendi quarentem. Post hanc mox Alaricus rex cum alijs Germanorū copijs Italiā ingreditur, qua terrefacta, mittit ad Imperatorem Honorium legatos, qui nuncient illi, ut pugnandū Cæsari cum Germanis, exponendūq; totum imperiū certo periculo. Aut si malit quietē & pacem expeririq; quales amici sint Germani, cōcedat illis satī amplā regionem, quā excipere liberaliter possit Alaricum cum suo exercitu, uxoribus & liberis. Honorius sibi imperioq; non mediocriter metuens, nō diu cōsultit, utrū uellet, pugnare ne, an agrum cōcedere sufficientē Alarici copijs. Quāobrem statim respondet se semper populi Germani amicitia cupiuisse, & gaudere sibi occasione oblatam gratificandi illis, & cupere perpetuā amicitia. obtulit igitur illi Gallia, quā acceptam sperabat: semper enim illi inhiabāt Germani. Nec alioqui in officio manserant Galli, Romanū semper aspernantes imperiū accedebat, q; illis tēporibus ab alijs Germanis erat occupata magna ex parte. Sic etiā sperabat Honorius Imperator Barbaros cōtra Barbaros diuturno bello laboraturos, scēq; inuicē sic cōsumpturos hostes Romanorū. His rebus sic cōstitutis, uersus Galliam profecti sunt, Placentia cum copijs aliquandū moratus Alaricus, putans nihil amplius usq; sibi infestū in Romano imp. nihil igitur festinat. Stilco uero ex superiori successu adhuc elatus & cōfidens, simul omnē iam diu mouens lapidē, ut aut ipse aut filius eius ad imperiū perueniret. Et iam incipiebat bene Romae & in exercitu audire: nec enim parua res habebat quod paulo ante gesserat, de quo iam est dictū. Quare palam iam timiditatis arguebat Honorium, qui tantum barbaris cōtra Romanorū gloria, cōcessisset, ignominiosissimū Romano nomini aiebat, has cum barbaris conditiones, potius quiduis audendū fuisse. Quā ob causam Saulē suū legatū clanculum benē copijs bonis instructum mittit Placentia ad oprimēdos illos Germanos iam paschatos festū celebrātes benē iam potos, depositis armis, nihil de pugna cogitātes. Et prima coitione planē ex sentētia successit. Sed postq; Germani arripuerunt arma, & datū est tēpus & spaciū pugne totū Stilconis exercitum, qui Sauli duce cōtra Germanos uenerat, cōtrucidauerunt ad unum usq; omnes deletos scribunt historiographi. Tū demū Stilco cōsultus ignarusq; quid ageret, incipit adulari Honorio, in cuius nominis honorē se omnia conatū uoluit uideri. Quare petit auxiliares manus ab Honorio, praelium inceptū, certā esse uictoria modo ipse admoueat suas uires. Sed Honorius ppositi cogitationūq; Stilconis nō ignarus, sciebat sine dubio Stilconē sic petiuisse iter ad imperiū, & calumnias eius certis nuncijs tenebat, ideo mittit ex suis qui Stilconē & filiū eius, iam ex fuga recētī, maleq; gesta re, omnibus p̄sidijs destitutos interficiāt. Et hoc fecisse fert Honor. nō solum ex priuato odio qd imperiū affectabat Stilco & filius eius, sed ut Germanis sedē faceret cōtra suā uoluntatē hoc tētasse Stilconē. Sed nullo, statuto exēplo, nec ullis quātumuis coherentib. argumentis fides Alarico & reliquis Germanis fieri potuit. Nec induci ullis rationib. potuerūt, ut irati crederent inuito Honorio hanc conatū Stilconē. Facinus em̄ maius uidebat. Quare relicto instituto itinere, reuersi aduersus Romā cōtenderunt, & deualtauerūt totā Italiā, Romā expugnarūt, Honorium expulerunt, filius eius Gallam & sororem eius Placidia cœperunt. Et cuius apparet cum hac in manus eorum peruenerint, nihil non in potestatem eorum redactum. Omnia igitur conuasauerunt & captiuos omnes duxerunt, quos nō trucidauerunt, nec à tēplis abstinerunt manus. Placidia, quia erat insignis formae & animi gratia, ut pacem conciliarit inter fratrem Honorium & Alaricum maritum, Hic rex Alaricus, aut quia timuit dominum, aut quia

quia sic dominus uoluit, edixit militibus suis, ne ullo pacto Christianos aut eorum bona quis attingeret, aut etiam eos qui ad eorum ecclesias confugissent. Conuersatio enim sanctorum erat tam inculcata & sincera. Et ut magis caueret ne qui laederentur Christiani, statim Romam reliquit, eduxitque omnem exercitum, seueriter animaduertens in eos qui Christianos laeserant. Hoc quidam ferunt ex precibus uxoris suis fecisse, alioqui decreuerat radicibus tollere Romam, aliaque ad sui nominis memoriam edificare. Sed Placidia gratia tantum apud hominem ualuit, ut a proposito desisteret. In his rerum felicibus successibus libere duxit exercitum in quolibet Romani imperii loco. Porro post tres annos exercitus ignauis inceptum eum accusare: totum Romanum imperium potuisse tribus, quibus regnarat, annis subigere sine difficultate, clamantes. Sic animi eius placiditatem interpretantes, Propterea decollauerunt ipsum, Sigerichum elegerunt in locum eius, uirum fortem, sed etiam tranquillitas & pax cordi fuit homini magis quam exercitui placuerit. Cum igitur Romani nihil omitterent, quo pacem componerent, adiecit & hic Sigerichus animum ad pacem, sed non ferens exercitus rerum tranquillitatem quam uidebant futuram, obruncarunt & hunc Sigerichum. Eligunt autem in locum eius Valliam qui uulgi uoluntatem animaduertit longius proficiscendi, nihil non fecit & dixit ad populi nutum, Volens igitur morem gerere plebi, preparabat magnam nauium multitudinem, quibus exercitus partem in Africam transmittat, ut Romanum imperium subigeret in illis regionibus, Sed naufragio perierunt omnes ad unum, qui nauibus sese commiserant, Maris etenim & nauium illarum imperiti erant. Hac clade accepta non leui, inquit quoque foedus cum Honorio Casare, mittit igitur Valliam Honorio sororem uiduam Alarichi regis uxorem, quam collocat Constantino cuidam Romano, cuius opera fideli in bello usus fuerat Honorius. Et hunc ad commune imperium assumit. Ex hoc Constantino & Placidia Valentinianus est natus. Hic Constantinus auxilio Valliae & Germano milite profectus est contra Sequanos & Germanos Francos. Deuicerunt etiam coniunctis uiribus Hispanias, in qua optimas post hoc bellum elegerunt sibi sedes Germani. Constantinus sibi asseruit Tolosam, Sed breui post obijt. His occasionibus Germani excesserunt ex Italia, & manserunt in Hispanijs. Quidam illorum ex Hispania migrare coacti sunt in Africam, Carion tradit quod Carolus v. & eius progenies ex his Germanis originem ducat: ego nihil ausim hic definire. Hi omnes non bene Germanorum lingua uel dicuntur. Copiosissime haec poteris, si libet, legere apud Orosium lib. 7. capitibus 26. 27. 28. &c. Dum haec in Italia, Gallia, Hispania & Africa sunt gesta, infeliciter habuerunt se res in Germania, omnia fuerunt plena armis, rapinis, & latrocinijs. Populis circa utraque Rheni ripam habitantibus & Sueuis, & Francis, & Saxonibus, & reliquis inter se cruenta intestina bella exercitibus, alij alios diripuerunt, nulla aedificia ab incendijs tuta fuerunt. Hinc factum est, ut consumptis inuicem uiribus incolarum, ut Ungari & Vangiones totum flumen Rhenum a fonte usque in mare ab utraque ripa deuastarint. Pulcherrima Rheni oppida partim diripuerunt, partim tota sustulerunt. \ uurmatia hoc anno ferè tota est diruta, & Moguntia ferè tota exusta est. In ipsis ecclesijs multa milia hominum occisa sunt. Et Argentina penè eo anno solo est aequata. Circa haec tempora Franci Orientales, aucta prole, cum ager natalis habitatorum multitudinem non caperet, inceperunt cogitare de alijs quaerendis sedibus. Quas ob causas emisertunt ex suis triginti tria millia in Galliam, quam hostiliter ingressi sunt, expulsisque Gallis occuparunt agrum eorum & coluerunt, haec gesserunt ductore Ibro Germano, homine corpore & animo praecellenti. Huius expeditionis tempore adhuc regium nomen inter Francos erat inusitatum. Quidam Marcomitus nomine tyrannidem affectauit in illis Francis, qui in Gallijs habitabant. Et hic muris & fossis circummunioit urbem eorum.

eorum in Gallijs, & incursiones hostiū excludendas. Huius Marcomiti filium Pharamūdum propter singularem in rebus militaribus industriam regem super se constituerunt Franci. Qui primus leges quibus inter se uterentur tulit, quibus cōmunem uitæ societatem tueri possent. Post hunc Pharamūdum in regnū successit filius eius nomine Clodius, & sic deinceps regnauerūt successione; de qua alibi satis. Porro postquā Constantius, cui Honorius sororem matrimonio iunxerat, quemq; socium imperij ascuerat, mortuus est mense imperij sui septimo, Honorius summā rerum bellicarum, & copias ipsas Etio uiro militari commisit, qui potestate assumpta duxit exercitum ualidissimum in Gallos, Frācos rursum ex Gallijs cōpulis in patriam Germaniam, & multos occidit. Sed Franci excitatione Sueuis coegerunt ingentem manum, & obuiam profecti sunt magnis conatibus Etij, Etius Barbarorū sauitiam & iram ueritus fugit ex Gallijs in Hispanias. Quæ fuga Etij supra modum Honorium male habuit, quare Etio exautorato, substituit Castinum primæ nobilitatis uirum, sperās idoneum qui cum Germanis bellum gerat, sed opinio fefellit Honorium, nam etiam hic Germanorum nomen timuit adeo ut resistere nusquam auderet. Quod adeo dolori fuit Honorio, ut propterea mortuus feratur. Vires enim uniuersas Romanas collectas uertere uolebat in Germanos. His temporibus Arcadij & Honorij fuerunt multa seditionum seminaria in ecclesia. Multæ hæresis causæ. Ioannes Chrystostomus episcopus Constantinopolitanus est in exilium missus, propterea quod Eudoxiam reginam in publica concione lesabel nominarat. Est quoq; conciliū celebratum Constantinopoli in quo Ioannes Chrystostomus cōdemnatus est. Lucius tyrannidem aduersus Christianos exercuit. Vixerūt hoc tempore multi hæretici homines sibi placentes, omnes odio prosequentes, qui non iurabant in eorum uerba, quicq; non adulabantur illis. Volebantq; hæretici omnium rerum primi esse, omnes suspectos habebant, inter sese clancularijs dissidentes odijs, etiam ij qui profusidem sentire uolebant uideri. hac ætate nixerūt etiā Celestinus & Pelagius. Cum res fidei & religionis maxime iactarentur ubiq; disputarentq; qui contitebantur Christum cum Iudæis acriter, finxerunt Iudæi suum Talmuth, in quo cōmentisunt infinita, ridiculaq; mendacia. Tantum fecerunt Christiani Iudæis negocij, ut præceperint publico mandato Iudæi, ne quis periculo capitis discederet aut dubitaret de ueritate eorum omnium quæ essent in Talmuth commentata, nō magis quam quæ essent in Mose & reliquis prophetis. Nec multū post, anno nimirum 423. celebratur illud magnū consiliū Ephesi contra Nestorium, &c. Interea Germanorum qui in Hispanijs remanserant, non satis concordēs quidam cesserunt ex Hispanijs in Africam, ubi deuictis incolis occuparunt quæq; cultissima. & Romani imperij robur ubicunq; potuerunt labefactarunt: nam quo potentia Romana minor erat, hoc erat tutior fortuna eorum.

Habebant Franci regem militarem uirum nomine Claudius, qui diu expectata occasione suscipiendi belli in Romanos, audita de imperio dissentione, & de quibusdam Romanorum cladibus, & quod necessarijs bellis tenerentur alijs in terris Romani, delectum inter suos habuit, & mira celeritate inuasit totā Galliam, & fugauit, occidit & cœpit omnes Galliam inhabitantes. Subegitq; paucis mensibus totā Galliam, expulsisq; omnibus incolis Frācis habitandam dedit, qui primum locuti Germanorum, hoc est, sua lingua, bellorum iniurijs factū est, ut matrem linguam amiserint, loquantur expulsa gentis sermone. Romani hoc fieri passi sunt inuiti. Circa hæc tempora ualidam in primis manum mittit Theodosius aduersus quendam Bonifacium quem constituerat imperij uicarium. Bonifacius sollicitat ubiq; in Africa & Hispania habitantes Germanos & Gothos, promittit illis magnam pecuniæ uim, aut si malint partarum regionum partes cer

tas. Si intelligentes ex usu suo esse Romanum imperium quàm minime quiescere, quàm maxime minui & infirmari, statim arripunt arma occupant Mauritaniam, diripiunt Numidiam, & capiunt Carthaginē & multas urbes, quæ omnia in suis manibus seruant, neque quicquã Bonifacio reddunt, imò & ea quæ antea possederat eripiunt. Sueui soli regnum obtinebant in Gallitia sub rege suo Emerico, qui regnavit 33. post Emericum regnum suscepit inter Sueuos Rixilla, qui uero nobili pralio Romanas legiones multas deleuit, & capit urbes Emeritã, Hispalim, Carthaginem, & Bethicam, reliquasque quarum me nomina fugiunt. Theodosio & Valentiniano incredibiliter dolente, quod ita imperium fractum uident Romanum, & indies magis debilitari. Quare Valentinianus quoquo modo putauit pacem faciendam cum his Germanis qui in Africa sedem fixerant: igitur cõcedit illis plus quàm petere aut sperare ausi fuissent, & ampliora promittit, uicissim petit ut iuuent illum quo recuperare possit Hispaniã & Gallias. Nam nihil non posse opera Germanorũ sperabat. Fœdus est his cõditionibus ictũ. Gensericus præerat illis in Africa Germanis. Qui statim crudelissimè totam Africam deuastarunt omnia rapinis, caedibus, & sanguine complentes. Hic Gensericus erat uir crudelis, hostis omnium hominum, & quo quisque humanior hoc magis odiuit eum. Singulari odio sacerdotes & nobiles persecutus est, hoc genus hominum occidit miserabiliter. Arrianæ hæreseos quosdam passus est præesse plebi, templorũ bona diripuit, in prophanos usus ecclesiasticas facultates dilapidauit. Sicque subegit Gensericus sibi totam Africã ad Aethiopiã usque. Hæc qui certius & plenius cognoscere cupit, legat Blondum. In his rerum turbationibus amissa est & Angliã de imperio. Nam Scoti, Picti, & Albinenses, coniunctis uno tempore uiribus oppresserunt Britanniam. Angli in angulo quodam regionis suæ mutatione se defenderunt, ne tota gens extingueretur: sed cum uiderent se non diu sic durare posse, quin uenirent in manus hostium, miserunt in Germaniam ad Saxones, implorabant eos, ut laborantibus subuenirent, qui statim magnis copijs aduolauerunt, & uicerunt Scotos & Pictos, eieceruntque ex Angliã omnes eorum hostes, sed ipsi Saxones occuparunt sedes eorũ, nec restituerunt Anglis sua quibus tulerant auxilia. Vario genere mortis affecerunt nobilitatem maxime Romanam. Itaque dominari in Angliã cõeperunt Saxones. De his qui cognoscere cupit plura ex autoribus in promptu est petere. Gensericus Africam obtinens totam, non contentus illa, cupiebat regnum propagare, & Romanum imperium debilitando sua cõfirmare, quare quàm maxima potuit classe in Siciliã nauigauit. Siciliã autem cum cuperet liberare bello Valentinianus, mittit cum copijs Sebastianum cognomento Magnum in Africam, ut sic reduceret Gensericum ad sua, transferetque bellum ex Sicilia. Nec iudicium sefellit Valentinianum: nam mox relicta Sicilia redit in Africam. Sebastianus ille degener animo nihil nititur præclare agere ex iussu & uoluntate Valentiniani. Sed quibusdam artibus effecit apud Germanos, ut illum dominũ fecerint in Lusitania, non diu autẽ perfidũ nebulonẽ ferentes occiderunt. Valentinianus proficiscitur Constantinopolim ad suum cognatum Theodosium, & ducit filiam eius in uxorem. Anno 45. ex Vngaria Atila uirga, ut se ipsum nominabat, dei inuasit inaudita crudelitate Germaniam, deuastauit ex Pannonia usque in Heduos omnia, totam peruagauit Germaniam, miserisque modis eam ubique affixit. Postea ingressus Galliã nec minus crudeliter tractauit eam. Supererat adhuc angulus quidã in Galliã adhuc subiectus Romano imperio, quem locũ tenebat Etius, qui Atilæ crudelitatem uidens cum Francis qui Galliã tenebant serid egit, communicauitque consilia, quibus rationibus Atilæ possit resisti. Germani in Gallijs & ipsi timebant Atilam, quare libenter iunxerunt se Etio. Atila uehementer timuit Fran-

cos, nam partim expertus fuit eos suo damno, partim fama peruenerat ad eum quales essent in armis, ergo & ipse legationibus et epistolis egit cum ipsis cupiens eos à Romanorū societate auellere: multis igitur modis tentauit corrumpere Dietrichum Germanorum tum in Gallijs regem. Sed Germani uidentes nephandos Atilæ conatus, omnes eius conditiones, & amicitiam eius recusabant. Coniunxerunt se arctissimè contra hunc cōmunem hostem Romanis. Itaq; post multa acta & cōsultationes uentum est utrisque partibus in æquum campum, acieq; utrinque instructa, non procul à Tolosa. Erat ab altera parte Dietrich Germanorum rex cum suis & Etius Romanus cum suis, ab altera Atila cū suis copijs. Igitur magnis clamoribus & animis congressi sunt, pugnatumq; est utrinq; per totum diem dubio Marte, donec tandem sub uesperam in fugam actus Atila: neq; enim diutius propter raritatem suorum qui remanserant consistere poterat. Supra quinquaginta millia amisit eo pralio Atila. Occubuit quoq; eo pralio Dietrich rex Germanorum. Tanto dolore ex ea clade Atila affectus est, ut penè sibi mortem conscuerit. Itaque infirmatus est ut se cōferre coactus sit in Ungariam unde uenerat. Vbi collectis uiribus, innumerabilium copiarum Italiam inuasit, multasq; urbes Italiæ radicitus sustulit omnia incendio sanguineq; implens. Sunt qui tradunt Pontificem Leonem ei obuium uenisse in suis pontificalibus ornamentis, rogassq; eū ut à proposito desisteret, exposuissq; ei potentiā domini qui gubernat omnia. Atilamq; commotū pontificis uerbis, iterum in Ungariam reuersum, ibiq; nuptias celebrasse, subitaneaq; morte prima nocte qua nouā nuptiā compressit, interiisse. Nec desunt idonei quibus fides adhibeatur autores, qui tradiderunt hunc Atilam ante has expeditiones Mesiam, Achaiam, Macedoniam, Armeniam, Thraciam & Sicambriam sibi subegisse. Multos reges, multosque populos sibi tributarios fecisse. Magna quoque Germaniæ pars amicitiam cum hoc Atila inierat. Theodosius dicitur cōparasse omnia necessaria ad bellum gerendum cum hoc Atila, sed in apparādo dum occupatur, Theodosius peste correptus moritur. Hic Theodosius est autor Codicis operis in iure imprimis præclari. Erat uir sapiens, literatus, pacis amans. Interrogatus cur non ultionem de hostibus sumeret. Respondit: utinam uiuerent omnes qui meo mandato mortui sunt, Cum expendo uitæ dotes, & usum mirabilem partium humani corporis.

DE GERMANIS

LIBER QVINTVS.



NON longè post hæc iussit Valentinianus obtruncari Etium fortem ducem bello, quia suspectū habebat ambire imperiū. Nec habebat ulla signa nisi qd facta & dotes dignę Imperatore erāt in Etio. Et certe quouis loco dignus iudicabatur Etius post illam magnam aduersus Atilam uictoriam. Postremo fecit pacem Valentinianus cum Genserico rege Germanorū in Africa habitantiū, & regionē partitur cum eo cōtra maiestatem Romani nominis. Gensericus multos ex militibus & equitibus qui cōspirauerant aduersus eum obtruncauit. Cum forti uiro Etio ruit magna ex parte Romanum imperium. Et post interfectum Valentinianum uidebatur actum esse de Romano imperio. Quāquam multi uoluerint appellari Imperatores. Et Maximus Romanæ arrogauit sibi regnum, propterea quoq; Eudoxiam uiduam à Valentiniano relictam

relictam uxorem duxit. Eudoxia uirago cupiebat suos hæredes imperium consequi, ad quod perficiendum à nemine putauit se melius iuari, quam cōfidentissimò homine Genserico, quare uocauit eum ad se Romam ex Africa, ut auxilium ferret aduersum Maximū. Gensericus occasionem occupandī plura nō omisit, quā primū parat proficisci Romam, nō sine magna manu uenit, sed Romanī non uoluerūt talem hospitem amicū uē expectare, fugerunt ex urbe in montes & solitudines. Maximus imperij affectator quoq; arripuit fugam, sed milites gratificare uolentes Genserico occidunt eum. Gensericus ingressus urbem diripiēdo eam consumpsit quatuordecim dies. Et Eudoxiam uindictam maiora morientem quā sexus capit muliebris, captam cum duabus filiabus ducit secum in Africam. Hanc mulierem superbia turgidam sic afflixit infortunium, ut merore ossa penē exaruerint. Sed iudicium domini iustum est. Tunc à Germanis secūdo Roma direpta & deuastata est, anno 466. Post direptam Romam, etiam Italix urbes omnes diripuerunt, multas præclaras solo æquarunt, Neapolim solam capere non potuerūt. Reuersiq; sunt in Africam. Sicq; Romanum imperium finem in occidente habuit, durauitq; nomen imperij tantum Cōstantinopoli. Quāq; enim Iustinianus rursus in occidente postea imperium asserere conatus sit, & per Belisarium & Narsetem multa receperit, tamen post Valentinianum nullus Imperator qui meruerit hoc nomen exiit in Italia. Multi quidē sese appellabāt Cæsares, sed alius aliū statim interfecit. Germani incursiones in omnes ferē nationes faciebāt, iam nullo resistente. Franci tenebāt Gallias, uexabāt, Hispanias, & Italiam. Africam tenebant etiā Germani. Saxones in Britannia regnabant. Ita erāt res imperij fractæ. Hinc magnæ & quotidiano causæ bellorū. Antea enim cum omnia essent sub uno Cæsare quiescebant necessariò, nunc quilibet ager cum habeat suū regem, quæ causæ bellorum sint in multis locis quotidie uidemus. Franci in Gallia cæteris qui ubiuis gentium degebant, terrori erāt. Gensericus rex in Africa uidens omnia in Romano imperio debilitata, nihil iunctū, omnia dissolutas scopas, existimauit tempus esse propagandi suū imperiū, nam in tota uita sua declarauit satis quantam ambitionem dominandi habuerit, igitur quantūcumq; potuit copijs collectis & omnibus necessarijs præparatis ad expeditionem, magna classe in Italiam nauigat, populatur omnia obuia quo accessum habuit. Sed Anthemius auxilio Cæsaris Leonis contra instructus sufficientibus copijs, resistit illi, capit omnem occasionem & loci & temporis opportuni dimicandi cum homine, post aliquot dies uenerunt alteri alteris in conspectum. Quāquam Gensericus uideret sibi omnia esse iniquiora: tamē pudore noluit in præsentiarum pugnam detrectare. Veritus ne hosti accederēt animi, suis alacritas minueretur. Et si igitur multa displicuissent, quæ ad futurum desiderabat prælium, instructa tamen acie; maluit uideri petere hostem primus. Quare cōgressum est, pugnatum est, in fugam actus Gensericus cum suis est, ex Italia eiectus est, amissis nauibus & militibus Gensericus cum paucis fugit in Africam. Post hoc tempus statim quidam tyrānus Richimerus nomine obsidet Romam, qui paucos præter Germanos habuisse in exercitu suo dicitur, in oppugnādo primū laborat, tandem tamē expugnatā diripit, Anthemium frustratim dilaniat. Sed Richimer ille paucis post mensibus moritur. Augustulus, lapsi imperij omen, Cæsar coronatus, pacis condiciones cum Genserico cōponit: sperabat enim opera & auxilio Genserici imperatorum Romanis. Sed Odoacer rex Gothorum cum ualida manu Germanorum irruit in Italiam. Cui se Orestes pater Augustuli, cum milite Romano opponit. Cum uero iam esset prælio confligendum, essentq; hostes proximi, Orestes territus est, cum uidit quantam uim militum Odoacer habuit, arripuitq;

puitiq; fugā, antequam inceperit pugnare, locisq; tutis & urbibus munitioribus
 quaesivit salutem. Postremo confugit Orestes cum suis omnibus Ticinū urbem
 munitissimam, quem Odoacer persecutus obsedit, breuicq; expugnat, quāquam
 non sine negotio & suorum iactura, omnia conuasat, incendit urbem, solo ada-
 quat. Ex omniq; Orestis exercitu qui numerosus fuit, paucissimi euaserūt: inter-
 fecti enim penē omnes sunt. Et Odoacer sua ipsius manu Orestē interfecit. Itaq;
 statuit exemplum in ea urbe, ut omnes ultro uenerint, quāq; enim eandem for-
 midabat fortunam, pacem petierint, sese dederint, sua omnia hosti crudeli obtu-
 lerint. Augustulus fuga uitae suae consulturus abiicit imperatoria ornamenta
 omnia, ualedicens imperio, quod reuera nullum erat reliquum. Hunc habuit si-
 nem incomparabile illud Romanorum regnum. Ab Augusto sub quo fuit in-
 summo uigoris statu usq; ad Augustulum diminutum & finitum. Anno 477.
 Facile inueniunt fata uiam cum est aliquid finiendum. Omnia sic subiecta sunt
 uanitati, omnia praetereunt, quem dominus terminum statuit nihil praetere po-
 test. Videmus quā primū ordo, qui rebus robur & uim ut durent, addit,
 confunditur, actum esse. Dum omnes uolebant Caesares esse, nullus ulli locus
 est relictus. Post has res confectas: Orestem occisum, fugatum Augustulum, in-
 fidem receptas multas ciuitates, territam Italiam, Odoacer Romā profectus est,
 nemine resistente factus est dominus totius Italiae. Romani animo abiecti, ut em-
 res sese offerunt, ita magni aut humiles sumus, omnia exhibuerūt homini barba-
 ro, quae seruos aequum est exhibere dominis suis. Omnem ergo humilitatem ani-
 mi ostendi illi, regem suū appellabant, deducebant magno comitatu in capito-
 lium. Offerebant illi omnia sua Honorē deorum quoq; in hunc barbarū conse-
 rebant. O superba Romā, ubi est illa seueritas, grauitas, quae cōtempnit totam or-
 bē terrarū. Vbi est decorū illud, quot ut seruares eneruisti tot insignes populos?
 tot populos diruisti? Sed omnis fastus hominis bulla est. Hic Odoacer tyranni-
 dem pro animi libidine exercuit Romae, & in Italia tota annos quindecim, nomi-
 nauitq; Romam Odoacriā. Odoacer in imperando primū nō fuit infelix. Italos
 mancipiorū loco habuit, Germanis militibus quorū armis ad illum locū perue-
 nerat donauit magna. Hic Odoacer tam immanē tyrannidē exercuit ultimo an-
 no, ut Romani coacti sint circumspicere unde nam petere possent auxilia. At Ze-
 nonē igitur miserūt qui implorarēt auxiliū aduersus difficilimū lato tyrannum,
 Zeno igitur misit auxilio Romanis oppressis Dietrich, quē uocāt, de Berna, qui
 prudenter & astute censuit tractandū tyrannum, & ansam in manus dedit Die-
 tricho Odoacer, nam uidens non contemnendū hostem Dietrichū Germanum
 obtulit illi cōmune Italiae imperium, amicitiamq; petit sempiternā cum illo. Die-
 trich intelligēs dolo malo hanc omnia fieri, tamen cū uulpe cēsens uulpē esse oport-
 tere. Inuitauit igit illū, postq; utrinq; magna beneuolētia signa alter alteri osten-
 derat, Odoacer inuitatus nō dubitat uenire, sed stipatus sui corporis fidelissimis
 custodibus, quos omnes interficit Dietrich. Odoacer igitur hūc habuit finē, qui
 dum tolerabiliter in Italia tyrannidem exercuit, uoluerunt illum, sed ubi nimis ex-
 tendere uoluit, ut in prouerbio est, arcum pessumuit, necq; in quicquā uolentū
 in humanis durare potest. Nec est ullum regnū stabile inter homines, quod non
 beneuolentia & comitate administratur. Dietrich ergo solus suscepto regno re-
 gnauit in Italia in magna tranquillitate annis 32. Nec est memoriā mandatū in Ita-
 liam ab ullo unq; domino tantū beneficiorū collatum. Collapsos urbes restituit
 magnis impēsis. Romā urbē aedificijs nouis ornauit plurimis. Culta rura mirū in
 modum amauit. Quod aut fuerit hic Dietrich natus Germ. sunt auctores boni,
 & ipsu in nomē Dietrich indicat; sonat enim in Germanica lingua factus diues.

Porro supra mentio est facta etiam Dietrichi Germanorum ducis, qui etiam iu-
 uit in Atila uincendo, & fortiter dimicans in praelio contra Atilam occubuit.
 Sunt qui scribunt huius consanguineum fuisse. In hunc modum regnauit hic Die-
 trich in Italia magna laude, mortaliumque commodo magno. Huic in regno
 successit filia eius filius Adelrich, qui octo annis bene regnum Italiae admini-
 strauit. Nam Dietricho fuerunt tantum tres filiae, nulli filij. Quarum unam col-
 locauit Alarico regi Gothorum. Aliam filiam iunxit matrimonio regi Heduo-
 rum. Tertiam cuidam nobili uiro Germano militari nuptui dedit. Post Adel-
 richum regnauit cognatus Dietrichi, qui latrocinio sustulit filiam cognati sui Die-
 trichi. Qui tamen pauculis mensibus post dignas factis suis poenas dedit. Die-
 trichum hunc hominem barbarum literas literatos que uiros singulari odio ha-
 buisse quidam tradunt, quod idoneos putauit, qui regnum affectarent. Propter
 rea capitis supplicio affectisse uirum doctissimum in omni philosophia genere
 Boetium, & quosdam alios innocentes occidit. Sed iusto iudicio fit, ut tyranni
 qui tales doctos uiros interficiant, perpetuo infames reddantur omnibus seculis:
 nec enim Appollo inultos relinquit suos mystos. Pontificem quoque Ioan. I. in
 carcere coniectum fame perire coegit. Diermar rex Gotthorum fuit illius pa-
 ter, qui misit eum ad Imperatorem Constantinopolim, cumque Odoacer nimium
 affligeret Italiam missus est, ut diximus, qui laborantibus ferret auxilium. Finem
 autem uitae habuit morbum apoplexiae. Post haec mox tempora iterum Saxones
 delectu habito nauigiarum in Angliam insulam, qui primo prohibiti ab insulari-
 bus ne litus attingerent, sed post longam pertinaciam peruenierunt ad petita lito-
 ra, incolisque superiores uictores euaserunt, regem Britanniae nomine Ambrosium
 Aurelium occiderunt. Itaque multis diebus seuiuerunt, ut omnes Angli relicta Insula
 ad extras nationes fugerint, uitaque fuga consuluerint. Quae gens ante quoque oc-
 cupatam, iam totam capit, & totum illud regnum obtinet adhuc hodierno die. Bre-
 ui ita aucta est in insula ut regibus Galliae saepe intulerint bella. Sed ut fateamur
 uerum, cum opus fuit illis auxiliariis copiis, ad manus habuerunt semper Ger-
 manos Saxones suos. De his rerum statibus qui plura cupit, legat Aeneam Syl-
 uium. Item Blondum Decadis I. libro secundo, Sunt & alij autores, sed in quibus-
 dam uariant. Nec enim conuenit quoties Angliam Saxones armata manu inuase-
 rint. Verisimile est saepius submissos alios postquam semel sedem illic fixerant.

Hoc Zenonis tempore incepit Clodoueus rex Galliae confiteri Christum, in
 insignia sua accepit lilia. Clodoueus a Germanis multum passus est saepe ab il-
 lis uictus. Multa quoque mala intulit illis, saepeque uicit eos. Quae bella digna es-
 sent multis libris, & ocioso scriptore. Hoc etiam tempore Honoricus maior na-
 tu filius Genserici, loco patris in Africa regnauit: erat autem Honoricus hic tor-
 tus haeresi Arrianae deuotus, expulit ergo omnes qui ab Arriana factione dissen-
 tiebant, spoliatosque omnibus bonis in exilium misit omnes. Et eorum aedificia
 igne consumebat. In hac persecutione Carthagine pulsus est Eugenius ortho-
 doxus episcopus cum quingentis personis, qui Arrianae sectae non consenserat.
 Tandem finem habuit miserabilem qualem Herodes, uermibus enim consum-
 ptus est. Peritque exeso a uermibus corde. Sic dominus suos ulciscitur, ipse retri-
 buit. Secutaque est hanc persecutionem in Africa tanta fames, ut omnes uix essent
 plenae cadaueribus, nec uiui sufficerent sepelire mortuos. Comedebant folia &
 radices, & alia non apta humanis corporibus alimenta, hinc sequebantur mor-
 borum infinita caeca genera, hinc pestis, & mortes. Arcturus Magnus Anglicani
 populi rex circa haec tempora conat recuperare insulam Angliam eiectis Saxonibus,
 quos paulo ante Diglas non modico praelio fuderat. Dux Saxonum Cogniuis
 non

non audebat rem committere praelio, quare continebat se in munitionibus locorum & urbibus, Arcturus quotidie magis cupiebat configere, & properabat: nam aduentare Germani dicebantur, Cognius cedebat ubicunq; commodè potuit. Post longos & uarios errores contulit se cum suis Eboracum expectaturus illic auxilia ex Germania. Arcturus igitur obsidione premit Eboracum: postq; uero percepit aduentare sexcētas naues plenas Germano milite, soluit obsidionem, & occupat loca munitiora in insula, & mittit ad minoris Britannia regem Henelum, petitq; ab eo auxiliares manus, alioqui actum esse de utriusq; facultatibus in Angliā. Hic Henelus uidens praesens periculum omnes quas potuit copias cogit & festinans coniungit se Arcturo, qui cōiunctis uiribus quarunt tempus & locum pugnae aptum, quibus Saxones copiam libenter faciunt pugnandi, conferunt manus utrinq; infinitus hominum numerus, primis aliquot diebus ita soluit nox praelia, ut neutri sibi uictoriā asserere iure potuerint. Vtriusq; acerrimè pugnantibus, ceu pro focis & aris fieri consueuit. Tandem non nihil cedere coacti sunt Saxones, multitudine nimirum obruti. Arcturus magnam Angliā partem recepit, Insulas etiam Orcades, Hiberniam, & Noruegiā in potestate redegit, & si hoc nihil uideri possit, nec enim in Noruegia habitabant homines, exceptis feris quibusdam pauculis uenatoribus sub terra in speluncis degentibus. Breui post uenerunt ex Germania noua auxilia Saxonibus, qui Arcturum uicerunt, & in praelio interfecerunt, receperuntq; ferè rursus totam insulam. Post huius Arcturi mortē rex Vertegerius Saxones bello aggreditur, implicanturq; difficili & longo bello. Post longas rerum uicissitudines, quales in grauioribus bellis esse solent, uincit Saxones, regnoq; eiicit. Sicq; restitutum est Angliā regnum usq; ad regem Melgon, qui luxuria & lasciuiā perditus fuit, quicq; subitanea morte abreptus est, cui successit rex Creticus. Interea tēporis parauerāt se ultionē Saxones, quare coactis magnis copijs rursus ex Germania profecti sunt in Britanniam. Et post multas fortunæ mutationes uincunt Anglos cum rege suo Cretico, deploratisq; rebus de relinquendā insula cogitant. Quam ob rem fugerunt ex insula, quibus effugere gladium datum est. Episcopi & sacrificuli in Gallias cum suis ecclesiasticis ornamentis & reliquijs concesserunt. Alij aliō fugerunt, coeperuntq; totum regnum Saxones, & iam nullo mouente bellum possidebant omnia, & fruebantur prouentibus insulae. Pontifex Gregorius misit postea ad illos Augustinum quēdam monachum, qui doceret illos religionem Christi in Britannia, nam antea non confitebantur Christum Saxones. Hic igitur monachus conuertit illos si non ad ueram Christianam pietatem, ad saltem ad humaniores mores. Beda lib. i. de gestis Anglorum scribit, Saxones à Vertigero rege stipendio conductos, anno 449. tempore Martiani & Valentiniani, sed stipendio non contentos fuisse, insulam inuasisse, & tempore Ambrosij Aureliani eiecisse Anglos, & uarios fortunę casus fuisse, iam Saxones uictores, mox rursus uictos fuisse. Donec tandem Saxones domini euaserint: & anno 582. Christus illis per Augustinum monachum à Roma missum per pontificem praedicatus est, qua efficacia spiritus, nemo facile dixerit. Atalarico filio filia Dietrichi de Berona Italiae res non pessimè administrante octo annis, Italia non infelicissimè uixit. Sed mortuo Atalarico rege, mater eius filia Dietrichi artibus quibusdam tradidit, regiam potestatem in Theodatū cognatum suum, quem amauisse dicitur etiam obscenè. Sed hic Theodatus è medio sustulit hanc mulierem suam consanguineam, cui regnum debebat. Hoc latrocinium malè habuit Romanum populū & senatum, male uero & habuit omnes Germanos qui in Italia primas tenebāt, pessimè autem omnium habuit Iustinianū Imperatorem, cui erat à maioribus commissa. Iudicauit igitur Iustinianus satis occasionis, causaq; sibi oblatae ulcisci latrocinium

trocinium, Romanam libertatem afferere à seruitute & tyrannide Barbarorum. Ad quod perficiendum nemo uidebatur magis idoneus Belisario, qui paulo ante Africam iterum ad imperium reducerat, eiectis Barbaris, cuius libertas Romana curæ esse uidebatur, minimeq; auarus erat uir. Hic igitur contra Theodatum missus cum omnibus Iustiniani copijs, & ad bellum necessarijs. Sed Theodatus sibi malè conscius formidolosus erat uir, agit clam cū Belisario, prodituros suos. Quod olfacientes Germani alium creant regem Vuittig nomine, qui interfecit Theodatum. Cōtra hunc bellum gerit Belisarius legatus Iustiniani rara prudentia; nam Vuittig habebat exercitatu ueteranum militem & hunc numerosissimū. Belisarius coninebat se intra urbium muros, aut alias in æditioribus locis, Vuittig obsidebat eum, patienter multa fert obsessus, donec tandem, id quod expectauerat, fame coactus Vuittig discedere coactus sit. Germani igitur & Gothi quia ipsi capere uoluerunt Belisarium, & semper continuerat se intra muros uel munitiones, nihil minus suspicantes, quàm hostem ausurum egredi, abeunt sine ordine famelici, ecce erūpit Belisarius extremū agmen aggreditur, cædit magnum eorum numerum, ipsum regem Vuittig capit. Sed tamen collegerunt se & utrūque ordinati repugnant tandem, & sic nondum desponderunt animum. Belisarius timens suis ne scilicet multos amittat, reducit intra muros Romæ. Iustinianus componit pacem cum illis, datq; illis certos limites habitandos inter montana & Padum. Postq; receptam & liberatam Romam, Neapolim, & Siciliā, reuocauit ad se Iustinianus Belisarium. Quidam putāt timuisse Iustinianum ne post illos tantos successus Imperatorem sese appellaret Belisarius. Et certe fauor, Italiæ & Romæ, & militum, inuitare eum potuerunt ad usurpandum nomen hoc. Sed in Belisario nihil talis perfidiæ fuit, cuius rei argumēto satis est, quod uocatus cū omni obedientia & reuerentia ad dominum suum Constantinopolim aduolauit. Magno igitur triumpho Constantinopolim ingressus est, ducens secum Vuittig regem, & multos captos nobiles ex Gothis Germanisue. Interim ex Italia in Germaniam frequentes cōmeabant nuncijs, qui sollicitarent, & euocarent bellicosissimos quosq; nam nihil agere aliud quàm de ultione cogitare, amissa recuperare, hæc agunt n̄, dum illi Constantinopoli triumphant, & gaudio perfunduntur, sortis futuræ nescij. Interea Totila rex creatur à Germanis in Italia. Erant autē non mediocriter debilitati à Belisario. Propterea Cæsariani in Italia omnia licenter & crudeliter agunt, & contra Italos & Germanos, idcirco iniurijs suis quotidianis magis atq; magis quotidie excitabāt Germanos, ut cogitarēt de ultione. Illi tuta omnia putantes, nihil artium militariū exercentes, satis erat illis nomen Cæsaris. Totila omnia diligenter administrare, negligentiam summam simulare, omnia dissimulare, bona uerba dare, interim nihil omittere quod uidebatur ad futuram pugnam facere, suos adhortari si usus ueniat, ut fortiter pro libertate pugnēt. Cæsariani gloriari, & superba loqui, multitudinem numerare, ostentare sese. Totila suas copias quæ erant 8000. iuxta Placentiam in planiciem deducit, in acie collocat, hostem prouocat, qui descendit in eādem planiciem cum 20000. sed in quibus Totila habebat duo aut tria millia quos sibi fauere sciebat, & qui uictoriam Totilæ uel uita emissent. Quæ res peperit Totilæ uictoriam. Congressi igitur pugnarunt aliquot horis, sed n̄ qui fauebant Totilæ in Cæsarianis partibus uertunt tergum, conturbataq; est tota acies Cæsariana, occisiq; sunt ab illis Germanis 8000. cum non plures Germanorum fuerint. Nec est hic quod quisquam hoc factum tam memorabile ascribat uirtuti cuiusquam, sed tantum habet momenti apud hostes esse qui nobis uere ex animo faueant. Sunt clara & multa exempla quæ referre possem. Sed laudem illam uehementer auxit clementia in uictos, & modestia post uictoriam tantam, Quo genere uirtutis tantam sibi concepit

liquit

liauit animorum beneuolentiam & gratiam, ut multæ urbes quas nunquam op-
 pugnaſſet, ultro ad eum uenerint eius fidei ſeſe commiſerint. Iuuenes captos in-
 finitos ſeruatos ad ſua liberos dimiſit. Virginũ caſtitaſis curam geſſit, Matronas
 ab iniurijs defendit. Omnes maiores Italiae ciuitates recepit ſine impẽſis. Neapo-
 lim receptam laborantem omnium rerum penuria, cõmeatu iuuuit. Dimiſſis mi-
 litibus Caſarianis incolumibus. Rura coli mandauit, & effecit ut in tota Italia o-
 mnia etiam ruri ſub dño eſſent tuta. Hiſ rebus ita compoſitis, Romam cõtendit,
 quæ ſe dare negauit, multis agit cum ipſis, ſed fruſtra uidet ſe uerbis tentare rem.
 Quare manus admouet, poſtq; lõgam obſeſſionem, per proditionem capit eam,
 anno 545. Et ne uanus haberetur multos primo impetu (nam hoc illis & grauior
 ra minatus fuerat ad deditiõnem adhortans eos) interfecit, & facultates ciuium
 diripi permittit. Sed ſtatim rogatu ſummi põtificis Pelagij, præcepit militibus ne
 quem amplius necarent. Ne ullam mulierem ui comprimerent. Item, ut ne quis
 attingeret bona eccleſiarum. Habuitq; Totila in hiſ poſtulis omnibus militem
 ſatis obſequentem. Pontifex Pelagiũ mittit ad Iuſtinianũ, doceiq; eum, omni-
 bus modis pacẽ eſſe opus cum Totila, alioquin ipſum incenſurũ urbem, & non
 relicturum lapidem ſuper lapidem. Sed Iuſtinianus nullis rationibus induci po-
 tuit ad ullas pacis conditiones. Tantum confiſit Belifaſij militaribus uirtutibus,
 & felicitate. Totila cogitationes Iuſtiniani non obſcure intelligens magna com-
 mouetur ira, præcipit omni populo Totila excedãt ex urbe, ubi habitare debeãt,
 indicat. Iuſſit deinde muros deiſcere & demoliri turres, & in omnibus partibus
 incendere urbem. Quibus omnibus factis ad animi libidinẽ, profectus eſt in Ca-
 labriam cõepit omnes undiq; urbes. Rauennã uero iam petebat, quæ adhuc Ca-
 ſareana erat. Interim adpulit ad Italiam cum copijs Caſarianis Belifaſius, perue-
 nitq; in urbem Romam apertam, & multis partibus deiectam & exuſtam, ſine ha-
 bitatore omnino, eam habuit loco caſtrorum. Incipit eam reſarcire foſſas imple-
 tas euacuat, muros reſcit, turres lignẽas erigit ad muros, munit cõpendio quo-
 cunque poteſt, hæc omnia adminiſtrantur militariter cum feſtinatione, menſisq;
 ſpacio perficiuntur, Romani ciues ad patrios lares confluxerunt. Nec Totila in-
 terea quiſcebat, ſed comparatis aduerſus Belifaſiũ neceſſarijs omnibus, feſtinat
 cum exercitu Romam, quam primo accuſu capere conatus repulſus eſt à Belifa-
 ſio. Sed Totila ad muros per omnia loca obſidioni apta diſponit præſidia quan-
 tumq; potuit, prohibuit ne inuehi poſſent alimẽta. Cum autem ſpes capiendi in-
 præſentiarum Romam non eſſet, diſceſſit à muris aliquanto longius, ita tamẽ ut
 commeatus inuehi non poſſet. Interea Belifaſius reuocatur Cõſtantinopolim, ut
 aut uocaretur effecit uxor eius. Belifaſius desperans de rebus Caſaris in Italia fa-
 cilis acquieuit, rediitq; relinquens Italiam Cõſtantinopolim. Poſt Belifaſij abitu
 recepit Totila omnia in Italia, Romãq; nõnihil reſtitutã; reuocauit igitur omnes
 ciues Totila Romam & reſtituit illis bona illorũ omnia. Multaq; beneficia in ur-
 banos contulit: itaq; nihil omiſit quod ad ornandam & augendã Romam face-
 re uidebat, ut appellatus ſit pater patriæ. Neq; enim mitis & benignus pater ad ſi-
 lium iuuandum procliuior eſſe poteſt, quã hic fuit in iuuandis & augendis ci-
 uibus. Idcirco meruit incredibile omnium ſtudium & amorem. Iuſtinianus uero
 grauiter ferens ſibi totã Italiam ereptam, aliumq; in ea pro rege haberi: miſit igi-
 tur in Italiam Narſetem uirum rei militaris ſcientiſſimum & animo forti. Totila
 aduentu eius cognito, periculum præſentiens, munit urbes, augetq; copias. Nar-
 ſes magnis præmijs ſolicitat Germanos, ſine quorum manu contra Totilam ni-
 hil tentandum præuidens. Collecta igitur robuſta Germanorum manu & recen-
 ti Narſes properat in Italiam, effecitq; ut in æquum campum cum ſuis deſcendat
 Totila, qui ſuorum militum uirtuti confiſebat plurimum, Pugnarunt igitur ali-
 f aliquot

quot diebus, sicut aliquādiu mars anceps. Sed tandē uicerūt ij qui nuper in Germania cōscripti erant à Narsete. Occisusq; est Totilas uir animis & corpore uere magnus. Gothi uero & Germani qui iam aliā naturam induerāt, tamdiu scilicet in caelo Italico morati; nondum prorsus fracti post Totila mortem, alium eligerunt regē Teiam, qui militaribus dotibus præclaris nobilis erat. Sed & hunc cum magna clade recens nouāue ex Germania manus adducta occidit. Post hanc stragem in qua Teiam occisum diximus, adeo debilitati sunt, ut pacem à Narsete rogarint. Huncq; habuit finem regnum illud quod à Dietricho de Berna auspiciatum durauit usq; ad Teiam. Fuerunt (ni fallor) anni sedecim. Pacis condiciones cum ijs qui supererant fuerunt eiusmodi, ut relinquerent Italiam, conferrentq; se domum, ibiq; colerent terram, nec unquam aduersus Romanum imperium acciperent arma. Quod iuramēto se facturos promiserunt. Narses tota Italia & Roma recepta, adificijs quæ potuit omnia decorauit. Magna quoque dona contulit in Germanos, quorū opera & uirtute tantas res cōfecerat. Iustinianus quoq; Cæsar absens fertur magnas gratias habuisse Germanorū fortitudini. Sæxiq; etiam Iustinianus foedus cum ijs Germanis qui in Gallia habitabant, qui Franci erant, cōcessitq; illis partes certas Gallia, ea nimirū lege, ut sicubi opus esset, armis suis Romanū imperiū defenderēt. Hæc superiora quæ tradidimus, cū omnia per Germanos sint gesta, aut certe quorū maxima pars Germani fuerunt, non intempere à nobis uidentur breuiter tractata. Opera precium uero est animaduertere quoties à Germanis capta & direpta sit Roma. Ab Alricho primū, deind à Genfericho. Mox à Totila, postremo iterum à Totila. Atq; hoc pacto imperium Iustiniani tempore industria Belisarij & Narsedis adiutum est. Maximāq; bella sunt feliciter gesta. Porro Germani quorum auxilio uicerat Narses, nullis stipendijs, nullis muneribus satari poterant. Videbāt enim sibi deberi uictoriā, se uictores se cōpisse Italiam, quare occuparunt quæ illis ardebant loca. Cæsaris mandata & preces contemnentes. Ab illisq; uidebat Iustinianus nouum periculum imminere. Iamq; regnum tenebant. Et muneribus quotidianis & pollicitationibus continendi fuerunt, ne latius occuparent, animūq; ad maiora adijcerent, pluresue ex Germania inuitarent. Ii regnauerunt in Lombardia ferē annis 300. Hic cogitandum prudenti lectori relinquo quid periculi sit alienam gentem inuitare in patriā. Narses interea Italia res administrabat, mortuo iam Iustiniano, cumq; se habuit Germanos quibus omnia debebat; Romanis autē nō omnibus placebat. Quare aduersus eum Iustino scribūt grauiusq; accusant eū, addūtq; nisi liberentur ab illius tyrānide, reddituros urbē hostibus. Post hanc accusationē statim aduersus Narsētā nō auditum missus est à Cæsare Longinus ex Græcia in Italiā. Narses Neapolis cū suis Germanis Longini aduētum expectabat. Sed cū primū intellexit cōtra se bellum à Cæsare decretū parari misit legatos in Germaniam qui adducant milites. simul scribit Alboino rege qui multos Pannonēs & Germanos sub se habebat, ut ueniat ad se in Italiam, promittit illi aureos mōtes, promittit illi Italię regnum, sub sole; sic enim uocabat, pulcherrimum. Sine omni difficultate Cæsarianos se electurum. Conatus Cæsaris interpretatur illi. His partium consilijs & conatibus cognitis, Pontifex Ioannes olfaciens periculorū magnitudinem, molitur rebus periclitantibus subuenire. Primum igitur inculcat duriter Romanos, quod hunc uirum odio & inuidia, suo magno damno præsentiq; & certa pernitie prosequantur, qui tam bene meritus sit de Republica Romana, ut meruerit nomen Patris patriæ. Item qui omnibus uitam donarit, nam aliquando omnium uitæ necisq; ius in manibus eius fuerat. Quiq; tot ornamentis urbem & Italiam decorarit. Tantum Pontifex hoc genus argumentis effecit, ut Romani cum lachrymis obtestati sint Pontificem, ut conueniret Neapolis Narsetem,

setem & eum illis placaret, deprecaretur culpam se obsecuturos Narseti cōsilijs & auctoritati. Pontifex proficiscitur Neapolim, agit longa oratione Romanorū causam, apud Narsetē impetrat quæ cupit. Adducit eū secū Romā, Romani suppliciter orant eum ut ignoscat, condonetq; culpam. Persuadentq; illi ut Alboino nunciet, ut cum Germanis suis in Pannonia maneat. In Italia iam nō esse quod agat. Sed Alboinus iam cōparatis copijs accinctus erat ad iter in Italiam, nec potuit retineri. Compositis igitur in Pannonia rebus, & qui præessent illis regionibus cōstitutis, Italiam petit cum magna multitudine. Habuit uero præcipue Sueuos multos & Saxones, quos etiā iussit liberos & uxores cōsequi, ut expulsis Italis nouū populum nouus rex in nouo regno haberet. Venit igitur cum innumeraibili multitudine armatorum, mulierum, liberorum & pecudū primum in Venetorum agrū, quorū omnia, præter Venetias urbem, capit. Posthæc Insubriā & Mediolanū capit, & sic deinceps omnia diripit, agros suis diuidit, quotidie sine intermissione ex Germania plures sequebantur, quibus omnibus possessiones dabantur. Multæ urbes clauas offerebant per sacerdotes & mulieres gratiam petentes. Longinus Cæsaris legatus missus contra Narsetem Rauennæ se continuit, & urbes quasdam præsidijs munit. Nec quiescebant ij Germani, qui à Narsete uocati in Italiam, sibi optimas sedes delegerant, proximis enim incursionibus uexabant. Atque ita Germani diuersarum partium tenebant Italiam.

Alboinus iam contentus ijs regionibus quas coeperat, quiescere in ocio cupiens ludis & spectaculis intentus est Veronæ quā regni sui primam sedem uoluit esse. Volens igitur laborum suorum aliquādo fructum percipere, indulget genio, commensationibus uacans. In quopiam igitur conuiuio Alboinus liberalius potus, coegit suam uxorem Rosimundam bibere ex sui patris cranio, quod ornatū erat auro. Nam Alboinus socerum suum occiderat quibusdam ex causis. Rosimūda uxor antea parum e qua marito propter patris mortem, sit longe inimicitiose animo in eum postquā coacta est bibere ex nefando poculo. Quare exasperata mulier cogitat quo modo interfici possit Alboinus, inuenit uiam, premit propositū, occiditur Alboinus per iuuenem cum quo Rosimūda adulterium commiserat. Germani funus procurant, adulterū, quem uoluit adultera regem, recusant. Ipsa cum magna uī pecuniarum confugit ad hostem Longinū, cui cum propter formam & pecuniam placuisset, complexus est eam reginamq; futuram, sed si sustulisset ueneno iuuenem quo cum consueuerat rem habere, cuiusq; opera interfece rat maritum suum Alboinum. Mulier ad quod uis facinus audax cōsentit Longino, & cum egredieretur iuuenis ex balneo, & ex consuetudine peteret poculū: exhibuit uenenum in potu, bibit, rapitur statim per calefactum corpus balneo ueneni uis, sentitq; mox mortem bibisse. Accipit extemplo quod reliquum erat in calice, nam non ebiberat totum, & per uim infundit scorto Rosimundæ. Sicq; iusto iudicio diuino ambo periire. Perueniuntq; ad Longinum hostis sui regij thesauri, sine eius studio & cura. Germani Italiæ optimas partes occupant, faciuntq; inter se leges & statuta, quibus pace & bello uiuant. Temporibus quibus supra dicta sunt gesta occuparunt Sueuū utramq; Rheni ripam, paulatimq; semper latius in Gallias extenderunt manus, ut non obscure uidere potuerint quid tandem aufuri essent. Quare maturè uenienti malo occurrēdum Franci censuerunt. Copijs igitur coactis bellum Sueuis inferunt. Sueui non asueti cedere hosti opponunt se Francis, aliquoties congressi uicti sunt Sueui, cessere igitur tandem, ripasq; Rheni Francis possidendas concesserunt. Quantum negocij fecerint Germani Exarchis in Italia refertæ sunt omnes historiæ, igitur diutius mihi hic immorandum non censeo. Erat etiam illis temporibus acres quædam contentio inter Francos in Gallia & Hispanos in negotio religionis, dierum obseruationibus,

præcipuè de paschatis die, quæ diem celebrabant Franci 14. Calend. Maij. Hispani uero festum paschatos agebant 12. Calend. Aprilis. Quam litem iudicarunt Romani Pontifices. Tiberius Imperator post confectum bellum Persicum, ducit copias in Lombardiam contra Germanos illic degentes, sed quicquid gloriæ & nominis sibi in bello Persico pepererat, hoc omne hic amittit. Fugatus est à Lombardis non semel tantum turpissimè. Clophis rex ab illis Germanoitalis electus post Alboinum, occupauit omnes ferè in Italia urbes, agros pro arbitrio diuisit, Gallos & Italos seruos fecit, Germanos agrorum dominos. Omnibus igitur in potestate redactis, obsidione Romam cingit, cumq; esset deditio proxima, peteretq; Roma iam cõditiones deditiois, ecce à quodam quo familiariter usus fuerat Clophis interficitur. Cõturbato igitur morte regis exercitu, respirare Romæ datum est. Mortuo hoc rege magna inter populum hunc fuit contentio de magistratu eligendo, alijs uolentibus regem, alijs aliud genus cupientibus magistratus. Nam hic rex ultimus Clophis in subiectos iuxta ac rebelles, in socios & hostes fuit durus & crudelis. Quare triginta elegerunt uiros quibus rerum gubernationem cõmiserunt. Qui prospere egerunt, & propter unanimitatem terrore fuerunt omnibus gentibus. Clotharius rex Fræcorum ex Germanis originem ducens, intelligens Germanos in Italia fortiores quàm ut quisquam contra Italiam cogitare debeat quicquã, ipse uero uidens alioqui Italiã diuturnis bellis debilitatam, ut sibi eam subijcere facile posset, si Germani eam relinquerent, quare frequẽtib; legationibus, missis donis quibus corrumpere præfectos, conatur efficere ut Italiã deserant, diuitesq; & onusti auro domum redeant, quod ipsis laudi & maximæ rei futurum sit. Sed illi nullis apte cohærentibus uerbis mouentur, potius quæ in Italia pacata non sunt componunt, quæ non in manibus habet capiunt. Campaniam horreum Italiæ excolunt. Quod uidens rex Clotharius magis muneribus aureis uel telis pugnare conatur, tãdem flectit animos eorum. Auri sacra fames, quid non mortalia pectora cogis? Sed nõ omnes ibant, erãt enim qui consilium regis Galliæ intelligebãt, quare magis irascebantur regi qui pecunia regnum Republicam uel Germanorum in Italia ita disturbasset. Ergo cum Lombardis & Italis inuadunt reges Galliæ uicinia, capiunt munitissima quædam loca breui tempore, præter alias urbes expugnant Taurinum ualidum naturæq; loci munitum oppidum, diripiunt multa eius loci loca, & multitudinẽ hominum infinitam trucidãt cum magna & præciosa præda reuersi sunt in Italiã. Itemq; Saxones & alij Germani profecti sunt in Italiã, & sedes quæsiuerunt feliciores q̃ in Germania habuerunt. Cum quibus Clotharius Galliæ rex pacem facit, promittitq; illis rex si uellent in patriam se effecturum, ut Saxones per Sueuos qui Saxoniam tenebãt, liberè domi habitare possent. Saxones igitur magno numero mulierum & liberorum & pecorũ domi eunt, sed Sueui nullis neq; precibus, neq; minis moueri poterant ut cederent Saxonibus, aut illis locum in patrio suo solo darent. At semel dicam, res deuenit ad arma, partes nullis æquis conditionibus conuenire poterant. Concurrunt utrinq; acies instruitur, manus conferunt, Sueui post longam pugnam uictores euadunt, obtinent agrum Saxonicum, Saxones expellunt.

Hinc adhuc hodie Sueuorum lingue & morum uestigia sunt non obscura
in Saxonia.

DE GERMANIS

LIBER SEXTVS



IBERII gener Mauritijs imperium Romanum uel potius Constantinopolitanū assecutus, anno 583. Quo tempore Longobardos & illos Saxones qui erant in Italia Sueuorum uictoria cōtra Saxones pessimē habuit. Quod uidens Dotrula unus ex triginta illis summis loco regis magistratibus, natione Sueuus, neque enim obscura odij in se signa dederūt, timens igitur peiora, desciuit à suis, Iunxit se Exarcho qui agebat Rauennæ. Cuius defectio totū eorum regimentum perturbauit, nam ille Sueuus optime nouit qua parte hæc regnandi ratio infirmior conuelli posset. Quamobrem aliam administrandi regnum suum rationem ineundam iudicarunt, elegerunt igitur Antharim filiū Clophis regis. Cum decē iam annis sine rege per triginta illos non malè administrassent Rempublicā pacis & belli tempore, Antharis ergo armis adoritur Dotrulam, qui per paucitatem suorum resistere nō diu potuit, breuēq; fuit illud bellum. Dotrula uincitur, sed effugit manus hostis. Aliquandiu inducias Longobardæ fecerūt cum Exarcho. Sed finitis inducijs bella magna & cruēta exorta sunt, inter Germanos & Casarianos qui & ipsi usi sunt perpetuo Germanis militibus. In his tumultibus bellorum ueneno extinguitur Antharis, a cuius morte uehementer controuersum est inter Italogermanos de rege, conuenit tandem ut esset rex cui demortui regis Antharis uxor Trudelina esset nuptura, Nupsit autem Agiulpho, fecitq; eum regem nuptijs suis. Qui seuerus uir fuit, inobedientibusq; durus. Magnaq; animo proponēs. Quod Mauritijs Imperator uidēs, occurrere conat. Nō uo igitur Exarcho, Romano nomine, facto, cui magnā uim pecuniæ, & exercitū infinitæ multitudinis dedit, quo eijceret Germanos & Lōbardas ex Italia. Quā prouinciam Romanus hic nouiter suscepit, capiens primo impetu multas urbes, quas tenebant Germani. Tandē tamen corruptus à quo uel qua re incertū mihi est, Cesaris exercitū prodidit, receperūtq; Germani omnes amissas urbes. Infelix prorsus fuit his temporibus status rerum in Italia. Nam Casariani maiori oneri erant suis, q̄ hostes, quare quotidie desciuerant occasione qualibet oblata, ad hostes. Huius Mauritijs Cōstantinopolitani Imperatoris ætate graues fuerūt dissensionēs inter Gregoriū I. Romanū Pont. & patriarchā Cōstantinopolitanæ ecclesie, cumq; mecū expēdo utriusq; animū & sententiā, uideo animi humilitate longē propius ad Christū accedere Gregoriū q̄ hunc patriarchā, qui nescio quid superbē spirabat in status inanibus titulis. Aetate Mauritijs ingentibus malis obruta fuit Italia. Id qd querit sape Gregorius, qui incidere in illa infelicia tēpora. Hic Lōbardæ inter sese intestina exercebāt odia, necq; em̄ omnes ij triginta principes agnoscebāt regē Agiulphū, præter em̄ expectationē quorūdā illi Regina nupsit. Illic rapinis & latrocinio implebāt omnia. Exarchi qui quoq; uno tēpore plures fuerūt. Atq; ita quicquid delirant reges plectuntur Achiui. His causis repleta erat Italia cadibus, incendijs, rapinis, quas pestes indiuiduus comes, sequitur famēs, quæ Italiā uehemēter afflixit istis tēporibus. Gregorius Pont. plus sperans equitatis et pietatis in Agiulpho q̄ Mauritijs homine auaritia pditissimo, tēporū statū apud Agiulphū deplorat, adhortatq; ut humanarū diuinarūq; rerū rationē habeat, ut de cet magistratū qui à deo est. Mauritijs humilioris animi homo pecuniæ inhiat, nihil curās regni fortunas, nullā publicarū rationē habens. Priuata tantū curauit. Quare & stipendiū militib. debitū nō soluit, facultates innocētibus eripuit p̄ uim et calūnias. Cū uero intelliogeret Agiulphus alienatā à Cesare Italiā,

Romam & Pontificem, ansam sibi oblatam existimauit totam Italiam sibi subiiciendi. Quare delectu habito hostem laceffere incipit, expugnauitque aliquot oppida, uenitque ad moenia Romanæ urbis, obsidetque Romam totum integrum annum. Mauritius auarior quam ut uelit exponere tantum pecuniæ in milites, ut Romam urbem liberet obsessam, & laborantem omnium rerum penuria, Gregorius Pontifex nec Cæsari nec Agiulpho in ulla re obsequit, ut sanguinis humani reus fiat. Nam uterque non saepe eius autoritate abuti conatus est. Professus liberè se operam daturum ne reus fiat mortis ullius hominis: se enim alium profiteri spiritum, seque sperare uas misericordiae domini. Mauritius studio pecuniæ insaniens, milites in hiberna mitti ad amicissimos cumque omni subiectione obediētes, quos hoc modo exhaurit. Porro ubi hic Imperator uidet de se actum esse in Italia, somniatque de futura sua nece esset admonitus, ut inuidia & odio suo satisfaceret commouet Lombardos & Germanos aduersus Romam, quam angue peius odit. Et quacumque uia potuit nocuit Romanis ciuibus. Ex hoc odio fecit quoque Ioannem episcopum Constantinopolitanum caput omnium episcoporum etiam Romanorum. Hac ætate Sigisbertus Francorum rex in Gallijs uidens motus uarios Italicorum, Imperatorisque ignauiam, in spem uocatur rei bene gerendae in Latio, cum magna manu uenit, sed cum magno dedecore repellitur à Germanis. Postquam Sigisberti regis fugam, uniuersam habuerunt sibi subiectam & audiētem Italiam Germani. Circa hæc tempora inceptum est Mahometicum illud regnum nunc longè potentissimum, à paruis exordijs auspiciatum, de quo ut pauca dicam liceat à Germania digredi parumper. Anno 630. Mahometh uir obscuris partibus natus, sed, ut re ipsa apparet, dolosus ingenio & insignis impostor se pro propheta & rege in Arabia apud Sarracenos aliosque populos ostentauit. Et creditum est illi incredibiliter. Et quis satis mirari potest hominem tam humilis loci & abiectum dementare maiorem partem orbis terrarum. Et quamquam in multis superstitionum generibus euidenter sit humanæ mentis cæcitas, tamen hic uel euidentissima est hominum cæcitas, quæ hominem animale & impurum ita colit, ueneratur & adorat, ut nulla religio iam latius pateat, plura hominum corda occupet. Sic illud Satan in cordibus eorum qui pereunt. Tanta est errorum efficacia. Euectus est autem quod testamentum utriusque nouum & uetus interpretatus est carni ut placuit, impiisque militibus adulatus est, qui libenter dulci errore impliciti crediderunt, & probauerunt quod palato sapuit suo, mendacisque seducti consolationem in peccatis habuerunt ad tempus, sed male tecta peccata super corda scripta diuino digito inuenerunt sine dubio in sine seductos miseros mortales. Porro crescendi in maius talis incidit occasio huic factioni. Agareni in Arabia erant ad bella & rapinas latrociniaque promptissimi, qui stipendijs Romanis meruerant in bellis, quæ diu durauerant, Persicis. Postquam autem stipendia huic perditio hominum generi negata sunt à Romanis ducibus. Coniurarunt per seditiones in Romanorum duces, estque auctus supra modum numerus illorum. In hac seditione euectus est Mahometh, nam elegerunt sibi hunc in regem, qui ingeniosus fuit ad fallendum & circūueniendum quoscumque libuit. Mahometh uidens multitudinem secum sentientium, cogitauit astute non posse in officio seruari sine religionis sancta quapiam superstitione. Quare primum omnium studet eos imbuere religionis opinione & zelo, efficitque ut in illum essent ceu magnam à coelo demissum prophetam. Igitur uidens apud quosdam Christum magnam, apud quosdam maiorem Mosen, utrisque satisfacit, scripturam pro animi libidine ceu mollem ceram fingens. Promittens illis benedictionem bonaque terræ, libertatem, beatam in hoc seculo uitam, aduersus hostes uictoriam certam. Etiam felicitatem & quietem pacis post hanc uitam. Damnans & refellens omnes sectas in religione. Omnia carnalia promissa proferens, Spiritus sanctificationem & carnis mortificationem dissimulans. Hac

Hæc erant carni grata. Omnes prophetæ qui hominibus student placere talia docent, ut studia carnis non damnent. Hoc propositum & hos conatus Mahumethis inuuit Sergius monachus qui ueram fidem abnegarat, uel potius nunquam gustarat. Qui multas in elementis constitutas ceremonias excogitauit. Vxores maritis plures concessit. Militibus qui occuberent religionem illam defendentes promisit futuras delicias in cibo & potu, & uenere, flumina olei, uini & mellis, lactis, ut rura paradysi sua sponte ferentia omne genus fructuum. Quo autem maior illi haberetur fides faciebat, comitialis morbus, quo sæpe cadebat spuma ex ore mittens. Prædicabat autem sic se à spiritu prophetico corripí qui eum doceret. Nec enim splendorem angeli & uocem dei incommotum se posse audire. Quoties igitur redibat ad se, recolligens se ex morbo conuocauit populum, exponens illis uoluntatem & mandata domini. Prædicabat autem quicquid ad populum in obedientia conseruandum facere putauit. Hoc sanè prudenter fecit: sic enim sæpe factitatum est à magnis uiris. Sic simulauit Romulus colloquium & commercium deorum. Nec enim possibile est regere homines nulla religione imbutos. His artibus creuit in admirandam magnitudinem. Primum Arabiam cœperunt, mox magnam partem Syriæ. In Damasco posuit sedem suam Mahometh: non longo post tempore totam subegerunt Aegyptum. Post expugnatam Aegyptum, deuicerunt Persas. Imperatores Romanos sæpe eo tempore superarunt, sunt & ipsi sæpe itidem superati. Antiochiam expugnatam miserabiliter diripuit. Sunt qui tradunt etiam illo tempore Hierusalem ab illis obsessam post annum expugnatam: nihil ausim hic affirmare. Hoc negari non potest, multas ab eo prouincias breui Romanis ereptas. Simulachra gentium, & Idolorum cultum ubique deiecit, imperans unum deum adorari & coli. Quo edicto multorum conciliauit sibi animos. Sed non uero cultu passus est coli deum cœli & terræ, qui quia magnus cum sit, prudenter est colendus. Mosem & Ioannem magnos prophetas iudicauit, nisi maiorem Christum, ut quem deus ex uirgine sine semine uirili nasci uoluerit ad seruiendum gloriæ diuinæ. Sed se secundum post Christum fecit prophetam. Hocque persuasit ferè toti orbi, ut nulla religio, nullumque regnum iam amplius potētiusque sit. Sed dominus cum illius sapientiæ uisum fuerit, finiet hanc bestiam: cum enim tempus adierit, euanescet sicut stipula rapta: ut à uento uehementi. Anno 870. iterarunt Saraceni bella cum Persis, neque enim res Persicæ unquam omnino fractæ fuerunt. Persæ Turcos uocarunt in auxilia, qui habitabant iuxta montem Caucasum, uocabanturque Tartari. Persæ igitur horum auxilijs uicerunt hostem. Posteris autem temporibus nunquam Turcæ reliquerunt Asiam. Sicut consueuit fieri cum aliena gens inuitat, Turcæ illi erant militares & equestres uiri nescientes alium quæstum, quam bella & rapinas. Itaque sunt facti domini in Asia, Saracenos sub iugum domauerunt, sed rursum Saraceni religione sua Mahomethis Turcas deuicerunt, sicque factum est ut nemo facile pronunciarit utrum Turcæ Saracenis, an Saraceni Turcis magis imperarint. Coaluerunt igitur hi in unum populum. Tanta est uis superstitionis. Creuitque imperium illorum paulatim usque ad Othomannum, qui uixit anno millesimo trigesimo, hic Imperator Turcorum magna gessit, dilatauitque fines regni sui supra fidem. Numerant adhuc hodie ab hoc Turcæ suam originem. Hæc Turcarum potestas Romanum imperium labefecit etiam totum in oriente: nam, ut dictum est in occidente iam olim perierat. Turcæ occupant omnia in oriente Aegyptum, Syriam, Asiam, Africam, Thraciam, Græciam, &c. Sed nimium longè fortasse digressi redeamus in Germaniam, sed nobis in itinere obuiam ueniunt in Italia Germani, quorum conatus & facta sunt paucis ostendenda. Luitprandus igitur rex Germanorum qui inhabitabat Italiã, multa sub iugum in Italia mittit, principales urbes expugnat. Iamque ab eo obsessa Roma magnopere laborabat. Pontifex operam querit non apud Leonem Imperatorem Romanum,

Romanum à quo peti primum decebat, sed apud Carolum Martellum, Francū Francorū in Gallia regem. Id fecit pontifex odio Cæsaris; nec non quod parum posse Cæsarem intelligebat. Carolus igitur rex Franciæ cum Germanis ueniens, multum ualuit apud Luitprandum auctoritate, & etiam pecunia auctoritate sp̄a auxit. Effecit igitur ut rex Luitprandus soluta obsidione discederet. Pontifici; Romano reddidit multa oppida, inter quæ fuerunt Narnia & Ancona in agro Piceno, & quæcunq; Lombardæ in Hetruria triginta iam annos possederant. Simul omnes captos reddidit sine precio. Fecitq; pacē cum Romanis decē annos. Hoc quoq; tēpore inuaserunt Turcæ Thraciam, & Armirathus summus eorum bellidux cum maxima classe adpulit Constantinopolim, quam mari & terra circumdat, & ab omnibus partibus oppugnat perpetuo triennio. Sed temeraria pertinacia Turcarū infinitos perdit; perire enim innumeri peste, fame, & frigore, & gladio. Classē penē totā oppidani igne absumperāt. Nam discedere coactis Turcis uix quinq; triremes supererant ex tribus milibus, quas secū adduxerant. Post diturnam illam obsidionē quam ciuitas hæc passa fuit, uenit pestis quæ uix tertiam hominum partem superstites in urbe reliquit. Leoni 3. studium & cura unica erat, qua uia possit pontificis Romani odium in se uleisci, qui regē Galliarum uocarat Romam, secq; eius fidei comiserat. Quare quā primum per Turcas & pestilentiam fieri potuit, misit cum copijs & necessario apparatu Romā Marinū, cuius fidem & industriā in militaribus negocijs spectatā habebat, ut captū Papam ad se adduceret, si posset; si non, ut occideret; si nec id posset, ut à Roma eijceret. Sed aliter uisum est domino, in itinere em tetigit manus domini hūc legatū. Post hunc cum eisdem mādatis est missus Romā Paulus Exarchus. Sed Papa admonitus, hospites hos excepit, sicut meruerāt, qui enim captū ueniebant eos capiti, multiq; ex his occisi sunt. Exarchus tamen euasit Rauennā. Quamquam Turcæ non cessarent iniurijs non serendis afficere Christianos. Et Barbari Italiam graui iugo præmerent; tamen Leo Imperator nihil aliud cogitauit dies & noctes, q̄ de supplicio sumendo de Papa. Nullis impensis parcat. Mittit milites & pecuniam ad Exarcho Rauennā, ut Pontificem in carcerē ducat, aut occidat, aut quoquo modo de gradu desiciat, aliū in locum substituat. Papa Germanos in auxiliū uocat, qui præsentem auxilium ferentes, Exarcho in itinere obuij eripiunt pecuniā magnam, & captū multos ex eius familiaribus. Epistolæ Gregorij ad Bonifaciū monachū euangelium in Germania prædicantem abunde testantur, hoc primū tempore Germaniā ad religionē Christi cōuersam. Quāquam enim quidam in Germania Christū professi sint antea, tamen cultus damoniorū adhuc uulgo in usu fuit, præcipue uero ad Rheni ripas Treueris, Colonia, Mogūtiæ, &c. In hanc enim sententiā scribit pontifex ad Germanos. Propterea ad uos nostrū sanctū fratrem Bonifaciū misimus, ut uos baptiset, & in Christiana fide erudiat. Adhortatur etiam idem Pontifex Saxones, ut Bonifaciū audiant, & doctrinæ eius obediant. Idcirco scribit quoq; Gregorius 3. Bonifacio illi Germanorū apostolo, ut omnem idololatriā abroget. Et in eadē epistola adhortatur eum ut doceat Germanos, ne ita fugiant pestilentiā, atq; si manus dei ab homine effugi possit. Scribit etiam Gregorius 3. ad episcopos Sueuiæ & Bauariæ, ut excipiant dignè hunc Bonifacium, & doctrinæ eius obsequantur, & omnes ritus gentiles abijciant. Laudatq; Pontifex hunc apostolum quod uerbū eius tam efficax in domino fuerit, ut conuersi sint eius prædicatione supra centum millia hominū. Hanc conuersionem quidā ascribunt Carolo regi in Gallia Francorū. Peruenitq; usq; in Pannoniam sua prædicatione, & constituit ubiq; diaconos & episcopos. Celebrauitq; aliquot concilia, quorū unum Augustæ fuit, in quibus multas ordinationes quibus uteretur ecclesia instituit. Præcipue uero ad orationes frequētes, & ieiunia & eleemosynas

elemosinas adhortatus populū scribitur. Et in primis laudauit hospitalitatē. Ferunturq; multi inuenti sancti uiri, qui relictis quę mūdi sunt uacant contemplationibus & orationibus, mortui mundo, consolationem in spiritu & contemplationibus habētes. Certe quales fuerint maiores nostri declarant ecclesiarū & monasteriorum aedificia & facultates. Quales fratres olim in monasterijs fuerint demonstrant bibliothecę. Declarāt quoq; eorum institutiones, quas si posteri aliqui eorum non ita prauaricati fuissent, nūquam dominus eos passus fuisset peruenire in tantum contemptum. Dominus dirigat nos in uias rectas.

Carolus Martellus Caroli Magni auus princeps Frācorum in Gallijs, sapius triumphauit uictricę hostes quā credi possit. Præter alias uero expeditiones quas obiuit maximas, ex Gallijs Rhenū transgressus est copijs nō minus instructis q̄ numerosis. Subiecitq; suę ditioni Sueuos, Saxones, Bauaros, breuiter totā Germaniam. Obliterauitq; quicquid reliqui erat de Romano imperio in Germania. Imperauitq; ita, ut populus Germanus, alio qui ad libertatē aspirās obedireq; nesciēs, uolēs imperio eius obsecutus sit. Eius tēporibus Turcę qui iam olim quaedam Hispaniæ loca occuparunt, latius propagare regnū semper tentabāt. Cuius morbi principijs obstādum prudentissimus rex existimauit. Comparatis igitur omnibus ad graue bellū & diuturnū necessarijs proficiscitur in Hispanias. Quo ubi uenit reperit hostes in uallo, & munitionibus manu factis & natura munitis, cum omni cōmeatus copia. Carolus & si dimicare in uotis habebat, tamen ueritus munitiones aggredi præsertim tanta multitudine propugnatorum repletas. Ex aduerso igitur munire iubet ex tempore castra uallo pedū 15. Fossamq; iubet fieri duplicem. Turres erigi imperat altiores turribus hostium, quo tela longius in hostem mitterentur. Hoc opus cum absolutū fuit fr̄mētatum longius mittit suos, sed multos simul, nā castrā eiusmodi erant ut a paucis defendi potuerint facile. Interim multos per dies procurrētibus utrinq; Turcis & Francis siue Germanis cōtendebatur, aliquādo longius alteri alteros insequēbantur, usq; ad castra. Item pabulatores alij alijs nō mediocriter detrimentū afferebant. Cum per multos sic inutiliter tererentur dies, & animaduertit Carolus hostem cōmeatu longē abūdantiore uti, posseq; diu obsidionem ferre, & sic propterea muniuisse castra. Nec locū eum claudi posse nisi maiore exercitu, mittit domū in Gallias & Germaniā, ut nouæ cōscriptæ copię maximis itineribus ad se uenirēt. Ipse interea lacessit hostē, quibus potest modis prouocat, hostes quotidie maiore numero erumpunt ex castris, Francos submouent longius. Stationes semper equitum dispositas habentes, qui suis laborātibus subueniant. Cognitis stationibus Turcarum equitū solitis. Carolus in arbutis insidias disponit, eodemq; sequenti die equites mittit, qui inducāt Turcas in insidias, circūuentosq; per dispositas insidias omēs aut occidunt, aut captos in castra perducunt. Irritati hostes sunt hac clade suorū, nam nec pauci & ex prima nobilitate perierant, & capti sunt multi. Ex his captis omnia hostiū consilia extorquet Carolus, quibus percognitis, sua consilia aliter atq; primū inceperat instituit, animaduertit hostes quidem diligentius stationes equitū disponere, sed audiores etiā nostros & immoderatus insequi. Quam obrem quotidie prælia cōmittuntur leuiora in cōspectu Turcarum, & Christianorum. Cum uero Turcę cognouissent alias nouas copias uenire, prauiderant obsessionem, quam in animo Carolus habebat, ergo nocte dimittunt atate prouectos & aliās infirmiores & impedimenta, mane luce orta armati instructa acie sequuntur impedimenta & cōmeatum, quos ultimo agmine insequitur Carolus nec paucos ita trucidat. Sed hostes iterū se recipiunt ante noctem in collem, ubi castra muniūt. Carolus è regione non paulo humiliore loco castris eligit locum, fossaq; circūdat ex tēpore facta. Hinc rursus leuioribus prælijs congregiuntur.

Erat autem ita auctus auxiliariis copijs nouis ex Germania exercitus Caroli, ut quantumuis ampla castra concludere obsidione potuerit. Quare statuit Carolus suis castris includere Turcorum castra, sed ipsi incommoda prouidentes quæ certa hinc erant futura, potius copiam pugnandi facere statuunt, quam expectare certam captiuitatē. Educunt igitur in latissimū campum qui subiectus collibus erat, & alacritatem animorū cupientium pugnam præbuerunt. Carolus suos cohortatus longa oratione, quid hostis animi habeat, quid futurum sit si uinceret, quanquā hoc non timendū, certam enim uictoriā se habere, hostem simulare illam animorū lætitiā, quam potissimū equites ostentabant. Iamdiu de fuga cogitare, inuitū ē castris exiuisse, sed peiora certumquē exitium timuisse. Quare deū illos in manus suas dedisse. In uirtutem illorū totius orbis qui Christū cōfiteantur fortunas positas. Explicans quantū sit in hoc prælio sitū. Videns autem ex uultu exercitus animos erectos et ad pugnam paratos, aduersus hostem exercitū ducit, habēs solis & uentorum rationē. Primū igitur equestre prælium cōmissum est, qui nullo modo nostros sustinere ualentes fugiunt pauciq; incolumes euaserūt. Hęcq; fuga facta in utriusq; exercitus cōspectu terruit uehemēter Turcarum perditatum, ē contra alios animauit. Concurritur igitur, pugnatur, sed Turcx in fugam primo impetu post unam atq; alteram horam uertuntur, sed usq; ad sequentes diei uesperā cadūt. Scribitur in historijs eo prælio supra trecenta millia Turcarum occisos. Ex copijs Caroli desiderati sunt circiter duo millia tantū. Hoc bello liberauit Hispanias à Turcis. Potuissetq; si libuisset sibi asserere Hispaniā uersam, tanta erat iam nominis eius uis. Tantus omnium erga eum amor & fauor. Confecto ex animi uoto bello hoc redit in Gallias, ibi Hedui & Sequani nefcio quid noui moliti erant, sed eos leui opera cōpescuit. Omnibus in Gallijs pacatis rebus, in Phrisios ducit copias, quos adhuc idololatrias ad Christianā professionem cogit, sed cruentis prælijs. Deiecit templa gentilia in quibus erāt simulachra dæmonum. Hoc est factum anno 725. Post hoc tēpus, iterū uiribus collectis Saraceni siue Turcx petūt magna, ut semper cōsueuerūt multitudine Hispanias, hostiliterq; omnia crudeliter omnia obuia trucidātes. Cōiunxerunt autē etiā se illis Gothi, qui multis annis habitauerant in Hispanijs. Has ob causas Carolus quā maxima manu in Gallijs & Germania coacta quam potest celerrimē occurrit. Nam cogitabant de tota Europa Turcx capiēda ea expeditione. Et nisi dominus per illum Carolū prohibuisset, actum erat. Ad eō reliqua omnia erāt propter dissentiones & in minutas partes, quæ iungi non poterant, diuisiones insummata. In Romanis Imperatoribus, qui nō tam re quam nomine Imperatores nominabantur ex ueteri consuetudine, nulla erat spes, nullum robur. Vt uno uerbo expediā illam expeditionē Caroli. Hosti quā primū occurrit, ne longius grassans omniaq; uastans, uires acquirat procedēdo, & tot mortales occidantur & capti abducantur. inuenit hostem paratū dimicare fidentē infinita multitudine, adoritur, uincit, maiore exercitus Turci parte occisa, reliquos fugat ita, ut nullus consistere ausus fuerit, donec uenerit ad naues, cū quibus se crediderunt mari. In his necessariō susceptis bellis omnium fructuū decimas in stipēdia militum & equitum contulit, cōsentientibus sacerdotibus. Hic uir natione Germanus nulli neq; Græcorum, neque Romanorum siue felicitatem & dexteritatem in rebus agendis, siue gestorum magnitudinem respicias cedit. Moritur autē anno 35. regni sui. Reliquit tres filios Carolomannum, Pipinum & Griphonem. Carolomanno & Pipino testamento dedit, quæ armorum belliue iure assecutus fuerat. Mater grauius tulit, quod pater testamento præterierat Griphonem, illum igitur incitat & impellit ad petendam æquam hereditatis paternæ partem. Petit instinctu matris æquam partem, illi negant, ius suum armis persequi conatur, sed duo fratres con-

iuncti

ſi fortiores uincunt, in custodiam Griphonem conijciunt. Deinde partiuntur di-
 uiones inter ſe. Carolomanno obuenit Germania, nempe Saxonia, Sueuia, & re-
 liquæ in Germania partes, & Gallia pars quædã. Pipinus pro ſua parte accipit
 Gallias & Phryſiam. Pipinus fratrem ſuum Griphonem ex custodia liberũ di-
 mittit, habetq; eum nõ uulgarĩ inter ſuos loco. Erat autẽ ſolũ ex patre frater, geni-
 tuſq; fuit Carolo ex cõcubina. Pipinus uero & Carolomãnus nati ſunt ex legi-
 tima. Liberatus ergo Gripho quoq; furgere cupiens, non contentus uita libera
 & nulla re egente, iungit ſibi temerariã militum turbam, & inuadit primũ ho-
 ſtiliter Bauariam, & Taſſillonem Bauarię principem ad deditiõem cõpuliã, atq;
 ducatum occupat. Pipinus iniquo ferens animo fratris ſui iniurias, quas intule-
 rat Taſſelloni cõfederatu ſuo: æterna enim inter Pipinum & Taſſillonem pax
 erat confirmata. Quam ob rem uicõto fratre & iterum capto, reſtituit principem
 Taſſillonem. Iterumq; libertate donauit fratrem ſuũ Pipinus, deditq; illi honeſtas
 & principe dignas poſſeſſiones. Sed mala hominis mens nata ad ſeditiones, con-
 fugit ad Aquitanã principẽ aliam ibi quærẽs copiam. Illic eſt hic Gripho inter-
 ſectus. Henricus Cornelius Agrippa ſcriptum reliquit, eſſe ex cõſilio & iuſſu
 Pipini interfectum. Atq; hoc modo regnum Gallia ad Pipinum peruenit. Cu-
 ius pater Carolus Martellus, de quo ante diximus, ſed de quo nemo ſatis dicere
 poteſt, effecit quicquid in quã conatus eſt. Vel hoc ſolo excelluit omnes qui an-
 te eum fuerunt, quod Germaniã ſubegit ſibi, quod nec Iulius nec ante eum Au-
 guſtus nec alius quiſquam unquam potuit. Maſſiliã ſemper inuictã urbem
 cepit. Toties Turcas ſuperauit quoties cum illis pugnauit, effectumq; eſt his re-
 bus, ut re Gallia rex fuerit, omnes enim omnium oculi in eum ſolum cõiecti fue-
 runt. Childerichus nomine rex fuit, mulierofus mollis, & uentri deditus nullius
 frugi homo, adminiſtrauit omnia regni negotia per cõſiliarios, omniſq; res age-
 batur ex cõſilio aliorum principum uirorum. In quorum numero primus fuit
 primõ Carolus Martellus, poſtq; mortẽ eius Pipinus. Cum igitur Childerichus
 cõtẽneretur ab omĩbus, eſſetq; ſummo loco inter ſuos Pipinus, Pipinũ multi ſti
 mulauerũt, ut ipſe regnũ aſſumeret, ſuper ea ſcribũt Romam ad Pontificem Za-
 chariã, accuſantes Childerichũ mollitiẽ. Pontifex intellẽgens animum Pipini,
 eſſetq; è re ſua talẽ habere ſibi obſtrictũ. Contraq; hoſtes eccleſia uidẽs egregiũ ſe-
 nactũ defenſorẽ, igitur approbat cõſilia Pipini aduerſus Childerichum inutilẽ
 eccleſia regẽ, ſuffragio Pontificis Romani accedente, eligitur Pipinus in regem
 Gallia. Childerichus reliquum uitæ priuatus in monaſterio tráſegit. Hoc Ro-
 manus Pontifex non abſq; magno iudicio fecit, nam illos poſtea habuit deditiſ-
 ſimos eccleſia, & ſi antea dediti fuerint Romanis Pontificibus. Pontifex autori-
 tate eccleſiaſtica ſua iuſſurandũ remiſit illis, qui Childericho obnoxijerãt, & in-
 elinarunt ſe ad partes Pipini. Bonifacius qui religionem Chriſtianam apud Ger-
 manos prædicauit miſſus à Pontifice Romano, unxit Pipinũ & coronauit in re-
 gem, ueſtiuit ergo Childerichũ habitu monachi, apud quem religioſa quædam
 opinio tantum ualuit, ut cum quiete cũ monachis uixerit, non reputans iniurias
 & contemptum. Hoc tempore Papa Zachariã effecit etiam ut Rachis Longo
 bardarũ rex relicto bello, cum uxore ſua & filijs uiſitaret Romanas reliquias ſan-
 ctorum, deſertaq; uxore cum filijs uitam monaſticã ingreſſus ſit. Huic frater Ai-
 ſulphus in regno ſucceſſit. Qui rex factus ſtatim inuadit Italiã, Reducitur cum
 copijs domũ pecunia data à Pontifice Stephano, foedus ineunt quadraginta an-
 nos, ſed quatuor tantum meſes ſeruauit foedus. Poſt quatuor enim meſes con-
 tra foedus Rauennam obſidens expugnauit, & ſub ſuam poteſtatẽ redegit. Pon-
 tifex ſcribit Conſtantino v. eius nominis qui habitabat Conſtantinopoli, ſigni-
 ficatq; illi per literas & legatos niſi ſubueniat Italiã ſtatim, actum eſſe. Niſiq; ue-
 niat

niat quàm primū cum ualida manu, alia auxilia inuocanda illi fore. Aistulphus
 nūciat Papæ, nisi dedant se Romani cum urbe, omnes perituros gladio, & hoc ita
 reirando confirmat. Papa concione habita præcipit ieiunia omni populo in sac
 cis & cineribus. Vidēs spei & auxiliij nihil in Cæsare Papa, mittit ad Pipinū Ger
 manum Galliarum regem, petit & obsecrat ecclesiæ in summo discrimine consti
 tutæ subueniat, nihil non pollicetur illi & cœlestium, & terrestrium honorū. Sed
 ipsum uelle ad Pipinū uenire promittit Papa. Carolus filius Pipini obuiā Pont
 fici proficiscitur usq; ad fines Galliæ, quod iter erat centum miliarium. Pipino
 uero obuius sit Pontifex tria miliaria ab urbe Carisiaco, descendit de equo, oscu
 latur pedes Pōtificis, & ducēs equū Pontificis capistro per pedes usq; in urbem
 Carisiacū. Promittit obsecranti Pontifici nomine sanctæ ecclesiæ, auxiliares ma
 nus, & iuramento interposito pollicetur omnibus suis publicis & priuatis facul
 tatibus ecclesiam defensurum. Quas ob causas unxit Pontifex Pipinum, quan
 quam ante per monachum Bonifacium quoq; in regem unctus fuerat. & filios
 uxoremq; eius Gertrudam, benedixit illis & posteris eorum, & excommunica
 uit omnes quicuncq; bella aut gererent, aut in posterum essent gessuri. Pipinus ti
 tūlis & benedictionibus multiplicibus à Pōtifice datis letus, & spe bona plenus,
 cum numerofo exercitu hostē petiturus procedit. Aistulphus angustias alpium
 præsidis munit, prohibiturus Pipinum ne possit trāsire montes, sed Pipinus se
 cum ducebat Germanos duos bello, asuetosq; ascendere rupes, &c. Cedere igitur
 coactus Aistulphus, recepit se Papiā. Ibi obsessum, & ad desperationem re
 ductum, coëgit dare quadraginta obsides, ne unquam negotium faceret Roma
 no Pōtifici seu ecclesiæ, & ut omnia oblata ecclesiæ restitueret, & damnum quod
 ab illo acceperat Romana ecclesia compensaret. His rebus ex animi sententia
 cōfectis, dedit Pipinus Pontifici equitatum & peditum aliquot millia, qui Pon
 tificem Romam tutō & honorificè deducerent. Porro ubi Pipinus cum suis co
 pīs, relicta Italia, domum uenit, dimisitq; exercitū, Aistulphus nihil eorum quæ
 promiserat seruat, sed inexpectatus ex improviso aduenit ad moenia Romæ iam
 omnia pacata & tuta putantis suburbana ædificia omnia exurit. Maiorē cladem
 eo bello accipit Roma quàm antea uix unquam. Pontifex iterum ad Pipinum
 mittit, rei indignitatem & perfidiam indicans & exaggerans. Pipinus festinan
 ter uenit maiore belli apparatu quàm prius. Cæsar moleste tulit cōtemptrum illū,
 quod Pontifex alieno auxilio uteretur, mittitq; statim exercitum in Italiam præ
 uenitq; Pipinum Cæsaris exercitus. Cum uenit Pipinus, petunt ab eo legati no
 mine Cæsaris, ut restituat Cæsari quæ bello acquisita Pontifici dederat, quorū ius
 ad Cæsarem pertineat. Respondit Pipinus non suo nomine esse hæc capta, necq;
 sibi uoluisse seruare, quod tamē facile potuisset, se nomine ecclesiæ bella illa gese
 sisse, donasse ecclesiæ, nec se unquam mutaturum, quod non temere fecerit. Hoc
 responso accepto discedit Cæsaris Constantinopolitana legatio. Pipinus secu
 do cogit Aistulphum, ut satisfaciat Pontifici, & restituat quæ ad Pontificem &
 ecclesiam spectabant, hæc q; omnia facere coëgit dum præsens in Italia fuit adhuc
 Pipinus. Dareq; coëgit obsides quos uoluit Pontifex. Et discedens Pipinus ali
 quandiu moratus est in montibus expectans an perfidus rex rursus res nouas
 moliri uellet. Sed Aistulphus mortuus est in uenatione morte subitanea. Quæ
 morbi mortisue causa fuerit incertum est. In cuius locum eligunt Desideriū, qui
 rex factus à Pontificis partibus semper stetit. Post hæc tēpora cum exercitu pro
 ficiscitur Pipinus in Saxones, quos prælio uictos, sed cruento prælio, etiam Pi
 pini exercitu uehementer afflictio, melioreque eius parte cæsa, uictos tamen in
 quam, fecit sibi tributarios, coëgitq; ut iurarent se facturos quicquid oneris impo
 neret, Præter alia exegit quotannis trecentos equos, quorum quilibet armatum
 equitem

equitem ferre possent. In Aquitania octo annis perpetuis bellum gessit Pipinus, antequam subijci potuerint, iugumq; ferre uoluerint. Scribunt historiarum autores septies graui bello petitos à Pipino, ultimo regem eorū occisum, & subiectos Pipino. Post hos sub manū suā redactos breui moritur Pipinus Lutetię. Post huius mortē multa multi fabulātur euenisse & apparuisse in aëre, & terra, & aquis. Ego quia nugas iudico nihil horū scribo. Anno 850. Edenulphus originem ex Saxonia ducēs rex Anglię quam maiore parte Saxones tenebant, collegit decimas omniū fructuū terrę & pecoris, tulitq; eas Romam, obtulitq; Pontifici Romano Leonī 4. Vouitq; in toto regno suo ex singulis domibus duos argenteos quotannis Romam se missurum. Quod hactenus ad nostrā usq; ætatem factitatum est in Angliā. Anno 851. erat inaudita omnibus retro seculis Germania famēs. Hominesq; in ædibus, & rure & uis mortui fame reperiēbantur.

DE GERMANIS

LIBER SEPTIMVS.



Aulō pluribus arbitror dicēdum, quod omnium rerum longē maximum est, qua ratione quandoq; Christi religio in Germania cœperit, quibusuē in itis creuerit. Anno igitur 720. uix decimus quisq; Germanorū hominū Christi ferebat nomen. Quidam de Christo quædam audierant, quare simul cum idolis colebant Christum, nihil de eo rectē sentientes. Nec ego usquam inuenio de ullo apostolo qui Germanis prædicarit, ante hunc Bonifacium qui à Pontifice Romano, ut antea quoque dictum est, missus fuit in Germaniam. Ante eum fama & rumore incerto auditum de Christo dubiū non est. Porro quo pacto religio & mores in Germania habuerint ante annum 75. satis arguunt epistolę Bonifacij apostoli per Pontifices Romanos in Germaniam missi, quas epistolās è Germania ad quatuor dedit Pontifices, nempe Gregoriū 2. & 3. ac ad Zachariam & Stephanum eius nominis 2. Rursum satis epistolę Pontificum ad Bonifacium prædicatorem indicāt qualis quod attinet ad religionem status tūc temporis in Germania fuerit. Qui hac plenius cognoscere studet, euolat bonę, meo iudicio, fidei scriptorem Nauclerum. In Bauaria fuit unus tantum pastor, cui fuit nomen Vnulo, qui tamen ante Bonifacium non fuit: nam Bonifacius cuius discipulus erat, eū in eum locū cōstituit. Ita hic primus & solus ecclesię præfuit in Germania: Post hunc alijs locis quibusdam alios ordinauit episcopos Erfurdiz unum. Deinde cōstituit Herbipolitanum antistitem. Quid officij functionisue illis cōmiserit facile quiuis cōiicit. Et planē seriō quæ docebātur Germani exquebantur, testantur tot pinguia monasteria & collegia spirituum tum mulierum, tum uirorum, qui sine dubio non pessimē primum uterūt. Bonifacius queritur in literis suis ad Romanos Pontifices, quod abusus infiniti in Germania magnopere sua doctrina impedimento sint. Animales, inquit, homines tempora quædam anni habent quibus insaniunt crapula se degrauantes & inebriantes, comestationibus totos dies & noctes uacantes, clamantes ferino more, saltantes & canētes cantiones obscenas quæ facile mores corrumpunt bonos. Mulieres se exponunt meretricio quæstu uenales. Hoc genus multa queritur ualde obstore suę prædicationi & bonis institutis Christi.

Item scribit idem Bonifacius ad Zachariam Pontificem, quod Carolomannus Francorum rex petat ab eo ut res ecclesię in Gallijs componat, synodo habitā nam iam tum uulpes subingressę fuerunt in ecclesiam in Gallijs. Ad quæ Bonifacij

nificij respondet Pōtifex: Omnibus modis occasionē corrigendis ecclesiasticis
 rebus & personis non negligendam. Et præcipuè admonet eum, ut sicubi inue-
 niat sacerdotes presbyterosue ecclesie, adulteros, quicq; plures habeat uxores, nō
 una contenti, uel qui milites & latrones sint, quicq; non animum ad orandum se-
 dulo & pascendū gregem habeant, qui non precationibus & ieiunijs uacēt, hos
 omnes officio priuet, alios probatos in eorum locum substituatur. Anno 742. cōci-
 lium in Gallia habuit Carolomānus, uir religiosus enim erat hic princeps, & ma-
 gnæ curæ fuerunt illi res religionis. Huic in Gallia cōcilio præfuit Bonifacius ille
 Germanorū apostolus, ad quod munus à Carolomanno rogatus fuerat. Hic Ca-
 rolo mannus post illam synodum relinquens regni gubernationem & curā alijs,
 ingreditur monasteriū, ueste monastica indutus à Pontifice. Ut paucis indicem
 quid decretum sit in eo concilio. Statuerunt ut in Gallijs quotannis congregata
 synodo res & personæ in ecclesia emendentur. Singulæ ciuitates suū habeant epi-
 scopū, super omnes uero archiepiscopus sit Bonifacius, cui omnes obsequi de-
 beant. Sacerdotes adulteri aut scortatores nō debeant de ecclesia uiuere, neq; mi-
 nistrare ecclesie. Cogendos uero & adhortandos ad pœnitentiā. Item spiritualem
 uitā professi, & ecclesiarū presbyteri non armati incedant, sed præ se ferāt toto ha-
 bitu pacem. Neq; militēt in bello, nisi qui à principibus & magistratibus eligun-
 tur, ut ministrēt in sacris. Statuerunt etiam ut rex Gallie semper in familiaribus
 suis habeat unū aut alterū episcopū cum diaconis. Item spiritualem uitā profes-
 sos non debere se immiscere negotijs secularibus. Ludis & uenationibus uacare
 non debere, sed iugiter semper orare pro populo. Nullus presbyter ad officiu ec-
 clesiasticū debeat assumi, nisi prius ab episcopo & synodo cōmuni sit probatus,
 scijs doctrinæ & uitæ spectata. Cauendū quoq; etiā atq; etiam ne ritus gentiles, à
 quibus auelli imperita & rudis plebs non poterat breui tēpore, in ecclesiam ire-
 pant. Quod planè caueri omnino nō potuit. Item q; deprehensus spirituale uita
 professus in scortatione, debeat in carcerē duci. Si fuerit presbyter, in carcere con-
 seruetur integrū bienniū, deinde flagellatus coram ecclesia dimittatur uiuatq; pri-
 uatus in labore manuū. Si autē clericus fuerit ter in anno, debet duriter uirgis ex-
 di, postq; annū dimitti, nec recipi in ministeriū ecclesie debet nisi pœnitentiæ ueræ
 clara signa specimenq; certū resipiscentiæ præbeat. His etiam modis monachos
 & moniales plectendos. Vestitusq; ab idiotis laicisue diuersus est in hoc cōcilio
 constitutus. Quid in hac synodo de matrimonio sacerdotum sit constitutum in-
 uenies in ijs scriptoribus, qui hanc synodum diligentius literis mandarunt. Con-
 stitutum est quoq; in hoc cōcilio, ut monachi suas professiones rigidè obseruent,
 nec à regulis quas semel uouerūt discedant, & belli tempore ieiunijs & orationi-
 bus consuetis addant orationes & frequentiora ieiunia. Item statuitur quod de-
 beant pecunia certa statuta multari qui aliquid sacrorum gentilium faciant. Hoc
 genus multis constitutionibus quæ uidebantur ad bonos mores, puramq; reli-
 gionem facere ordinatis. Carolomannus dat Bonifacio literas suo sigillo consi-
 gnatas ad omnes Gallie & totius Germanie principes & magistratus, ad quos-
 cunque uenturus sit, ut eum excipiant, tutoq; possit suum ministerium in eccle-
 siastico negotio exequi, defendant sicubi opus sit eum. Illū omnibus rebus qui-
 bus opus habeat iuent. Post multos exhaustos labores, multasq; peregrinatio-
 nes facit eum Archiepiscopum Mogūtinum Zacharias Papa, & Coloniensis ec-
 clesie præfecturam adiungit. Nam meritis in omne sua peregrinatione bene est
 de Romana ecclesia. Effecitq; ut multi Romam peterent cum oblationibus. Con-
 tra hūc apostolū missum à Pontificibus Romanis duo docti uiri insurgūt, nomi-
 nabāt hunc Bonifaciū adulatorē & mollem martyre, simul cum uita doctrinam
 eius

eius incubabant. Conferebantque cursum eius & uitæ genus ad apostolorum exempla. Quod odiosissimum erat. Bonifacius de his hæreticis Pontifici scribit, accusatque eos grauius, Pontifex excommunicat eos & omnes qui eis crederent aut audientes essent. Simul prohibet ne publicè doceant, aut in ecclesijs ullum locum habeant. Postquã Stephanus 2. electus ad Pontificatũ Romanũ est, scribit ad eum Bonifacius Moguntinus episcopus, quid Romanæ ecclesiæ sua prædicatione adiecerit, quid porro in animo habeat quod ad augendã ecclesiam pertineat. Præcaturque quoque suppliciter, ut eum discipulum sanctitatis suæ agnoscat, & offert se suamque omnia ad sanctitatis eius pedes. Subijcitque doctrinã suam & quam traditurus sit, & quam hæcenus docuerit iudicio Pontificis. In eadẽ epistola petit ut boni consulat quod tardius quã uoluerit ad eum scripserit: se enim pugnasle cum gentibus quæ ferè triginta ecclesijs labefecerint. Post aliquot episcopatus sui Moguntini annos eligit uicariũ quendam Lullũ in ecclesiã Moguntinã, ipse per Rhenum nauim descendit in Phrysiã ad prædicandam religionem Christianã. Ibi moritur, sunt autores inter quos Nauclerus est, qui dicunt ab incredulis occisum. Postea uectũ in monasteriũ Fulda, quod ipse suis impensis ædificarat, & rebus necessarijs instruxerat. Scribunt ubi funus monasterio appropinquauit, omnes campanæ solito melius sonasse, spõteque sua absque humana aut alterius animalis, aut rei ope pulsasse. Quod relinquo iudicandũ alijs an credendũ sit. Multa huiusmodi figmenta & somnia extant quæ etiã faciunt ut uera non credantur. Et in hoc cõfingit ingeniosus mille artifex Satan. Constantinus v. his temporibus pertinet ad imperium Romanũ, cui fuit uxor Hirenne Germana, principis Bauariæ filia. Hęc mulier & Constantinus maritus eius propter imagines letaliter inuicẽ oderunt, Cõstantinus enim imaginum osor omnia simulachra deiecit & fregit, illa aduerfatrix uiro magnis impensis restituit fractas imagines. Quas rursus contractas cõbussit Imperator. Mulier loco unius ablata reparauit binas imagines. Quod maritus ferre coactus ab uxore superba & fastu turgida, quia habuit secum sentientes omnes Romanæ ecclesiæ principes, & patrocinautes ei. Porro nõ dissimulandum arbitror alios scriptores aliter hæc habere, qui scribunt Hirenem illã fuisse uxorem Leonis 4. & hunc Constantinum 5, fuisse eius socerum. Cõstantinum autem 6, eius filiũ extitisse. Et quod hæc Hirenne soceri sui Cõstantini 5, cadauerẽ sepulchro eruerit, & exusti cinerẽ in mare misisse, propterea quod imagines deiecerit & cõbussit. & propter eandẽ causam crudelis mulier eruit oculos filio suo quem ipsa genuerat, & æterno carcere tradidit cæcum. Nullam aliã ob causam quã quod patris aduersus imagines animũ gerebat. Postquã hæc patrauit inhumana superstitiosa mulier conciliũ cõuocauit Nicenũ in quo fuerunt trecenti triginta episcopi, in quo est definitũ, imagines posse tolerari & literas nescientium libros esse. Postquam accessit huius synodi autoritas mulieris opinioni & uoluntati, impleuit omnia Cõstantinopoli & in tota oriẽte tẽpla simulachris. Post illa in Romanã ecclesiã officia sua Hirenne mittit ad Pont. Rom. legatũ suũ, qui ageret cũ põtifice ut Pontifex suã autoritatẽ interponendo efficeret apud Carolũ Magnũ Francũ ut eam uxore duceret. Dotẽ fore Romanũ Imperiũ, sicque Carolũ fore dominũ occidentis & orientis. Pontifex intelligens ère sua Carolum suum mancipiũ quã potentissimũ esse, agit diligentissimũ internunciũ, nihil omittẽs quod ad rem persiciendam putauit idoneum. Hoc Hirenne consilium & practicam illam rescieuit Nicephorus, Cõstantinopolitanosque commonit, quid hinc futurum sit explicat, oratio ne negotio & proposito suo cõuenienti, persuadet, captam Hirenem condemnatam ad æternos carceres in custodiam duci. Sunt qui scribunt in exilium missam sed captam. Dedit hæc suæ impietatis has pœnas. Alias sperauit nuptias, aliam cæca futuri que ignara mens aulam somniauit & expectauit.

His

His temporibus Huni peregrinus populus ueniēs ex Asia magno numero ob-
 ruit Vngariam, & Pannoniā. Sunt qui ab his uolunt dictam Vngariā, ante Pan-
 noniam nuncupatam. Hi imminentes Germaniā à Germanis sunt repulsi, sed
 non incolumes; perit enim in una pugna ferē totus exercitus. Quare experti Ger-
 manorum uirtutem, uertebant uim bellorum suorum in Cōstantinopolitanum
 regnum. Quotidieq; aliquid in oriente Saraceni sibi subiecerunt, quod erat im-
 perij Romani, iam fataliter em̄ ruebat, deuolvebatq; ad alios. Romani erāt in so-
 los Galliarum reges Francos intenti, qui indies crescebant. Tentarunt quidē ali-
 quando Cōstantinopolitani principes suam fortunam aduersus Turcas, sed fri-
 gidē, animus illis erat in patinis domi. Delicias & presentem luxum corporiar-
 ridentē præferēbant gloriæ ueræ & uirtuti quæ durat. Quare factum est ut tribu-
 tarij cum magna ignominia facti sint Turcis, Solamq; Thraciam reliquā habue-
 rint, imò non habuerint, sed in ea Turco seruerint, nam plus ferē tributū annuū co-
 gebantur Turco dare quàm ipsi acceperint. Et talis erat rerū status ut omnes pau-
 lo cordatiores prauiderint & prædixerint, nisi reges Galliarū cū Germanis rebus
 in extremo periculo cōsistentibus subueniant, omnia, cū uelit, in potestatem Tur-
 cæ fore. Sed principibus plerisq; & ecclesiasticis & secularibus, quos uocant, fuit
 gratius ociū in delicijs & pompa aulica, quam ut seruare uoluerint tot homines,
 regna tam eximia. Anno 760, moritur Aistulphus Longobardarū rex, de quo
 supra. Regnū igitur inuadit Desiderius princeps Etruriæ. Tam grauitè tulit Ra-
 chisus Aistulphi frater regnū ad alienos puenire, ut relicta uita monastica, nam
 in monasterio fuit monachus, cōgicq; exercitum quem ducit aduersum Deside-
 rium. Porro omnes Longobardæ fauebant & studebant fratri regis sui. Deside-
 rius inuocat Romanū Pontificem, promittit se et sua deuota futura Pontifici Ro-
 mano. Se omnibus suis facultatibus defensurū ecclesiā, Non se regem Longo-
 bardarū futurum sed Pontificem Romanum. Hac omnia iuramēto quàm po-
 test religioſissimo cōfirmat. Accusat multis nominibus apostatam monachū sic
 enim uocabat, nisi odiret & cōtemneret religionē non reliquisset, inquit uita ge-
 nus quod semel instituerat. Præterea fratrem exemplo esse quid debeat ecclesia ab
 illo expectare. Omniaq; quæ unquam Aistulphus in Romanos Pontifices fece-
 rat, cōmerando exaggerat. Pōtifex persuadet, scribit imperiosè Rachisio à pro-
 posito desistat, in monasterium se conferat, poenitentiam agat, si hoc facturū sit,
 se eum absoluturū, si non excōmunicaturū & persecuturū donec redigat, ut
 nesciat quo se uertat, & cætera hoc genus plura minatur. Moxq; appellat Deside-
 rium regem, & ungit eum. Eratq; tanta iam Romani Pontificis autoritas, ut Lon-
 gobardæ coacti ne hiscere quidem ausi fuerint cōtra regem Desideriū. Cum au-
 tem Pipinus Catoli Magni pater uita esset defunctus. Atq; etiā Papa Paulus la-
 boraret morbo à quo nō posse liberari uno ore præfagiet ant omnes Romæ me-
 dici, qd ubi cognouit Desiderius rex (nam eiusmodi res latere reges nō possunt,
 quibus sunt longissimæ aures & multi oculi) noua ex rei euentu cōsilia capit, no-
 uas magnasq; sumit spes, impiger natura ad res huiusmodi sic gerendas homo,
 mittit festināter principem cui præter alios fidebat plurimū, Romā cum muneribus
 & militibus, ut donis primum Constantinum suum fratrem Papam conare
 tur efficere, si dona hoc efficere non ualerēt, ui & armis extorqueret electionem
 fratris sui. sperabat autem per fratrem suum ad pontificatum euectum se fore Im-
 peratorem Romanum, & fratris autoritate & potentia magna gessurum. Consi-
 lio & conatui illi euentus respondet, suffragijs quorundam eligitur hic Cōstan-
 tinus frater Desiderij, & ui armisq; in pontificatu per fratris operā detinetur, con-
 tra Philippicū qui etiā electus fuerat, multiq; pluribus suffragijs, sed arma eum
 de sede deiecerunt. Romani uero molestē ferentes uim illam, Cōiunxerunt ergo
 se cardina

se cardinalibus & episcopis, & elegerunt Stephanum eius nominis tertium. Et fratrem Desiderij Constantinum cogunt ut pontificatum resignet. Desiderius uenit post has turbas Romam, simulat se harum rerum omnium ignarum. Electo Pontifici aduersus fratrem suum familiarissime & blandissime alloquitur, admissus ad oscula pedum gratias agit. Irascitur fratri Constantino quod tantam rem conatus sit contra patres quos regi spiritu sancto se credere affirmat. Iubet de instigatoribus & ijs qui illi autores Pontificatum petendi fuerunt sumere dignas poenas. Indignissime se ferre simulat, quod rem tantam celarit se. Sed non mirari neque enim fratrem nesciuisse quo animo tulisset Desiderius si de hoc proposito & ista ne phanda uel certior factus fuisset. Iurat quoque Pontifici se patrocinaturum omnibus suis opibus & uiribus sedi apostolicæ. Pacemque æternam cum ecclesia pollicetur se seruaturum. Aucturumque ecclesiam quibuscunque rebus posset, & eam religionem sibi cordi esse persuadere conatur, quicumque Pontificem offendat, offendere & ipsum deum. Hæc omnia ex falso corde procedere sciebant pontificij, neque quicquam credebant illi, qui antea satis rebus ipsis testatus fuerat animam suam malum in Pontifices. Desiderius uero intelligens se suspectum esse perfidei, nihilque illi credi in Romana curia. Contraque se aliquid parturire pontificios, aperte sit hostis Papæ, declaratque animam palam in Pontifices Romanos. Quicquid putauit Romano Pontifici nocere efficit, nulla impensarum ratione habita, tantum odium potuit in uiro alioqui pecunie studio insaniere. Preter reliqua detrimenta quibus incommodauit Romanam curiam, restituit Cæsaris Romæ præfectum Affiantam in pristinum locum & potestatem suam. Iussitque seruos ecclesiæ orationibus uacare. Quos a partibus Pontificis stare cognouit Romanos necauit, multosque suspectos tantum Pontificis fouere partes in exilium misit. Episcopis quibusdam exautoratis, qui scilicet Pontificem iuuant, alios hostes Pontificis elegit. Quasdam pontificiæ sedis urbes expugnatas pro suis possidet. Pontifex clam hæc omnia queritur apud Carolum Gallie regem, in quo omnes suas habebat spes positas, sed dum hæc per legatos agit in Gallijs, mittit ad Desiderium Abbatem cui in mandatis dedit, ut obtesteretur Desiderium humiliter, ut a proposito desistat, urbis ecclesiæ armis ereptas restituat, nempe (ni fallor) Fauentiam, Ferrariam, Comachum, Rauennam, Urbium, Eugubium, Senogalliam, Bleram, Oriculum. Hæc petit Papa non quod speraret aliquid a Desiderio, sed ut negligentiorum eum reddat, persuadeatque sibi nullum aliud quæri medium a Pontifice. Desiderius inflatus successibus, superbe & contumeliose responderet legato Abbati. Iubet Pontifici renunciare ut ipse ueniat, secumque præsens agat, alioqui se Romam uenturum hospes non commodus. Papa, hoc nuncio audito, munit præsidij urbem, claudit portas, procurat comeatum & omnia quæ ad bellum obsidionemque ferendam necessaria uidebantur. Precibus per frequentes legatos inuocat regem Galliarum. Desiderius ubi certior sit unde Pontifex speret auxilium, & Carolum conscribere exercitum quem ducat in Italiam. Iterum conatur per assentationem se insinuare Pontifici, sed frustra. Et Desiderij stupiditas magna sine dubio fuit, qui sperauit se fidem aut gratiam apud Pontificios reperiturum, qui toties perfidus contra fidem & foedus & iusiurandum egerat. Carolus igitur conscripto magno exercitu Germanorum & Gallorum perdetentim uerius Italiam ducit copias. sed mittit prius legatos qui uerbis agant cum Desiderio, ut ecclesiæ reddat possessiones quas occuparat. Pollicetur amicitiam, alioqui omnibus uiribus pontificiam sedem defensurum minatur. Vim præterea magnam se dare uelle pecuniæ ut res componatur, ne bello tam graui agendum sit. Desiderius quo ad equiores conditiones submittit se Francus hoc elatior, durior, & pertinacior sit. Velociter igitur claudit præsidij omnes uias in montibus, per quos iter erat ex Gallia Carolo. Carolus fretus milite Germano hostem in mon-

tis angustijs adoritur, quātumuis in locis iniquis. Difficultas fuit magna, sed maior militū uirtus. Per loca iter faciunt quæ non uidebantur accessa homini. Quidam cum præsijs in angustijs pugnantes præsidia deſciunt. Ita multitudine & robore militum per angustias irrumpit, hostem in fugam agit, qui multis amissis fugit in munitissimas Italiæ urbes, quas Carolus obsidens capit. Quamquam ferè omnes ultro obuiam uenerint, & se ante aduentum hostis in potestatem obtulerint. Quidam amicorum Desiderij Cōstantinopolim fugiunt. Carolus sine prælio totam ferè Italiam sibi subiicit. Reginam Desiderij uxore quoq; ad deditorem cogit. His rebus feliciter ex animi uoto peractis Carolus Romam uenit ad Pontificem Adrianum, qui erat tunc Papa, excipitur ceu obediens filius à patre. Carolus genibus flexis osculatur pedes Adriani. Benedixit igitur Carolū Pontifex liberalissima benedictione. Post benedictionem fertur inter se foedus æternū, interposito iuramento religiosissimo. Et tale foedus amicitiamq; qua arctior nulla excogitari potest. Quicquid Pipinus donorum & priuilegiōrum contulerat in sedem pontificiam Romanam, id omne filius eius Carolus non modo ratū habet, sed multipliciter liberalissime auget. Ingentibus muneribus condonat Romana templa. Hæc omnia iureiurando, literis & sigillo corroborat. Nondum autem Desiderius erat captus, aut è medio sublatus, sed obsessus Papiæ per partem regij exercitus dum hæc Romæ aguntur. Igitur coniungit Carolus exercitum quem secum habebat Romæ, illi quem ante Papiam reliquerat ad obsidendum Desiderium. Igitur Papiæ uehementi fame & crudeli pestilentia laborante, aucta ad moenia obsidione, dediderūt se urbani, in uincula cōiicitur Desiderius cum uxore & liberis, & in cathenis ducitur in triumpho in Gallias. Collocat præsidia Francorum ex Germania Mediolanum, Papiam, Veronam, sed quid nomina locorum cōmemorem. Omnia ferè oppida, omnia rura Francis complet, datq; illis habitationes per totam Italiam. Præuidebat enim fratrem Desiderij Algedisium, qui confugerat ad Casarem Constantinopolitanum, collecta quapiam manu conaturū recuperare fraternum & paternum regnum. Id quod accidit non multo post discessum Caroli ex Italia. Venit enim Algedisius cū maioribus quàm quisquā expectarit, copijs adiutus ab Imperatore Cōstantinopolitano. Qui q̄ primū attingit Italiā, exceptus est ab ijs Germanis, qui propterea erāt in Italia relictī à Carolo. Amissisq; copijs ferè omnibus, ipse Algedisius caput trucidaturq;. Itaq; Italia multis diuturnis bellis sine intermissione fatigata, beneficio Caroli Galliarū regis pace & tranquillitate fruitur. Adrianus post hæc cogit conciliū, adiutus à Carolo, in quo cōcilio datur plena potestas Carolo eligēdi Pontificē Romanū, nec licere statuitur ulli religiosorū aut seculariū, quos uocant, principū contra uel dicere uel sentire. Itē in eo cōcilio decernitur, ut omnes episcopi & archiepiscopi palliū à Carolo Germano Francorū regi cōparent. Quicunq; cōtra aut dixerint aut fecerint, ut excōmunicentur habet eadem constitutio. Hæc constitutiones multas cōtentiones pepererunt, anteq; posterī Pontifices à posteris Imperatoribus Romanis hæc priuilegia rursus extorserint. Ante hoc bellū, Carolus statim à patris sui morte armis Aquitaniā imperio suo adiicit, uicto & expulso Aquitanie principe, qui confugit ad regē Vasconia, quo cum amicitia & necessitudine ueterem habebat. Carolus minatur regi nisi reddat Hunuldū, nam hoc nomine uocabatur Aquitanie princeps, se omnem uim belli in ipsum translaturum. Qui cum cogitaret & deliberaret quid honestum, utile & necessariū esset, & nō statim humiliter faceret quæ petebat Carolus, inuadit armis regem Hunuldi hospitem, uincit, ambo dediderūt se, iureq; illo belli sit Caroli Aquitania & Vasconia. Interea moritur Carolomānus tota nobilitas elegit Carolum ut solus regnet, quoniam rarissimam felicitatem & dexteritatem in rebus potissimum bellicis uidebant in uiro

uitro. Post hæc tertium suscepit bellum, quod pater Pipinus post se imperfectum reliquerat. Nec difficiliter periculosiusue aut etiam magis diuturnum ullum bellum gessit. Erant namq; aduersus Saxones, qui sunt Germani & durilaboribus assueti, nec dum erant Christiani, cum ijs bellum triginta annis gessit, & cruetum bellum. Sepe uictus discedere coactus est, sæpe uictor composita conditionibus pace discessit, sed à discessu nihil obsidibus datis, nihil promissis, nihil iuramēto, nihil literis consignatis mouebantur, descuerunt sæpe. Carolus diu inops consilij quid ageret cum hominibus barbaris, qui nulla ratione & uia in officio retineri poterant, tandē huic malo mederi uolens incolas educit ex ædibus suis, alijs in eorum agrum missis, dispersitq; Saxones per Germaniā, & Gallias, quosdam in Latium ad colenda rura misit. Hæc ratione domuit, qui nullis armis, minis & cedibus domari poterat. Factus autem eorum dominus Idolorum cultum & ritus gentiles detestandos sustulit, coegitq; eos ad Romanæ ecclesiæ ceremonias, quibus diu repugnantes uix asuefacti sunt. Multis occisis propter ritus suos gentiles, à quibus auelli tam difficile poterant. Erant constituti Scabini quos nominant, quibus erat potestas laqueo suspēdendi, aut gladio interficendi omnes qui gentiliter sacra faciebant, aut ecclesiasticas ceremonias contemnebant, contra facientes uel etiam loquentes. De ijs scribit Aeneas Syluius. Saxonibus omnino sub iugum missis, Turcæ iterum in Hispanijs multa uastarant, abductis incolis, ipsi sedes & possessiones occuparant, semperq; latius sua propagarant. Carolus igitur à Pontifice & Hispanis inuocatur, maiorum suorum quoq; exemplo inuitatur, parat igitur profectionem in Hispanias aduersus Turcos, qui maioribus animis & copijs quam prioribus temporibus illud bellum susceperant. Venit Carolus, Turcæ intelligentes regem cupidum pugnandi, uidentes simul suorum alacritatem & animos spe uictoriæ futuræ plenos, descendunt in planiciem, ad prælium paratos se ostentant, Carolus suos pro tempore adhortatus est, & in memoriam reuocat, quàm sine Christianorū sanguine Pipinus pater suus illos uicerit. Iamq; multo potentiores se pluribusq; instructos copijs. Dissimulans maiorem Turcarū multitudinem. Hæc cum multis & eloquenter, fuit enim facundus, dicit, equitatus utriusq; exercitus concurrunt, Turcæ leuioribus suis equis cedunt, incertum an de industria, an impetum nostrorum nō potuerint ferre, nostri incautius sequuntur fugientes usq; post peditatum Turcorum, quo circumuenti ad unū omnes sunt partim occisi, partim capti. Sicq; perit equitatus ferētus, in quo multum spei habebat Carolus. Pauci qui circa regem manserāt apud exercitum supererant, sed ij pauciores quàm ut magno usui esse possint. Hic uero erant tam propinqui exercitu ut referre pedem non liceret. Alioqui consiliū fuisset intra munitiones reducere exercitū & reparare equitatū. Confusus igitur Carolus, cogitur inuitus pugnare, & si uideret suorum animū iam dudum in pedes delapsum, post scilicet equites amissos, in quibus magna erat pars uictoriæ. Turcæ gestientes animis cursu citato in nostros irruunt, qui diutius acriusq; pugnauerunt, quàm prudens harum rerum iudex sperasset; sed tamen post tres quatuorue horas in fuga salutem quærunt, quæ paucis saluti esse potuit, pauci incolumes euaserunt, cum equitibus qui reliqui erant Carolus euasit. Quantus terror Italiæ & Galliæ illam Caroli fugam secutus sit, uerbis consequi non est possibile. Saraceni enim persequiebantur fugientes usque ad fines Hispaniæ. Carolus animo non fractus suos consolatur, deum sic passum suos tentari, sed non prorsus abieciisse. Pollicetur breui rerum mirabilem uicissitudinem. Nec hoc factum uirtute Turcarum, sed temeritate equitū qui præcipitarint se cum essent uictores in certam mortem; iam enim uictoriā in manibus sibi fouisse, si illi caute insecuti fuissent

fuiſſent hoſtes fugientes. Iam hoſtes elatos uictoria ſua hanc uirtuti aſcribere, omnia negligenter adminiſtratuſos. Mittit extemplo nuncios in Germaniam & Italiam, qui cogunt exercitum quam poſſint maximum, omnes ubique parati ſunt commune periculum depellere. Conuenit exercitus ex Germania, Gallijs & Italia quantus uix hominum memoria fuit eodem tempore congregatus, mira uelocitate, non credibilibus itineribus obuiam ueniunt hoſti, iam omnia uicta putanti. Carolus quam arctiſſime cogit copias quo ſpeciem paucorum præberet exercitus, donec hoſtes ſe demiferunt in æquam planiciem. Vbiq; uentum eſt ut neuter exercitus ſine perniciæ in caſtra redire poſſet. Imperat ut equites laceſſant Turcarum equitatum, laceſſiti accurrunt, impetum uero noſtrorum non ferentes, uel ut quidam iudicarunt, ex composito fugientes uertunt terga, ſed noſtris præceptum fuerat, ne cupidius perſequentes eos circumuenirentur, in medio igitur curſu ſiſtunt equos. Cum igitur eo deducti eſſent ut neutris liceret in caſtra redire, pugna deuſitata, diducit Carolus ſuum exercitum qui ſpiſſiſſime ſteterat, & aciem inſtruit. Quam multitudinem hoſtis uidens, intelligensq; propterea coactos fuiſſe in anguſtias, quo ipſe in harenas descenderet, timorem diſſimulare ita non potuit, quin daret clara ſua formidinis ſigna. Carolus ſuos alloquitur, certum ſe habere oraculum à deo, hoſ ſibi in manus datos. Iam animo uictos, cit cumſpicere fugam, &c. Scribunt hiſtorix de comite Palatino Colando Germano, quod ante prælium comiſſum ſingulari prælio equeſtri, quod paribus conditionibus comparatum erat, Turcã nobilem in re militari inſolita ſtaturæ utrum uicerit & interfecerit. Sed ita feſſus in ea pugna fuit, & ſiti conſectus, ut & ipſe correptus febre mortuus ſit. De illo uiro & alia inſignia facta referuntur. Singulari alio certamine uicit principem Marſurũ. Cohortatus milites, ut iam dixi, Carolus ſignum pugnae dat, concurrunt, acerrime pugnatur, equitatus noſtri pars in fugam actum hoſtilem equitatum ſubmouet longius, & diſſipatos quos conſequi poſſunt interficiunt noſtri. Reliqua pars (nam in duas partes diuiferat equitatum) hoſtilem ordinem perſumpit. Perturbato ordine conſiſciunt ſe in pedes, uertuntq; terga, quibus obuij noſtri equites uictores, qui diſſipant imò deleuerant Saracenoſum equitatum, interficiunt ſine numero multitudinem hoſtium. Detentosq; hoſtes per equites noſtros peditatus aſſequitur: occiduntur igitur & capiuntur incredibili numero. Recuperatis ergo omnibus in Hiſpania, hoſtibus ſubmotis uſque in Africam & Aſiam. Carolus dimittit exercitum, redit triumphans ad ſuos. Non diu poſt hoc bellum feliciter ad ſinem perductum, Princeps Bauiarum ab uxore ſua (quæ erat filia Deſiderij regis de quo ſupra, & odio propter patrem Deſiderium habuit Carolum) irata perſuaſus Carolo indicit bellum. Quod conſilium uxoris illi ceſſit qualem plerunque mulierum maxime ira commotarum conſilia euentum habere ſolent. Boemos igitur & Vngaros contra Carolum euocatos ſtipendio & promiſſis ampliſſimis conductos. Quos cum conſcriptos uno atque altero menſe aluiſſet, inciperentq; deficere neceſſaria, incipiebant Vngari & Boemi reuolare in patriam. Hocq; plures fecerunt quod Caroli nomen aduenientis terruit eos. Bauarus diſceſſu militum, quibus ſe & fortunas ſuas crediderat conſuſus, à Carolo petit pacem & gratiam. Detestans ſe qui tam ſtultus fuerit, ut ſtulta uxoris conſilia exequi conatus ſit. Carolus uocat Bauarum Taſillum, nam hoc principi nomen erat, ad ſe Vuormaciã, ubi forte erat cum, ibi pax ſit, dantur à principe regi obſides 12. addito religioſe iuramento. Carolus firmam exiſtimãſ pacem proficiſcitur in Gallias, dimittens copias. Vxor principis filia Deſiderij patris calamitatum quas à Carolo acceperat non oblita, ira obſcãcata non ceſſat maritum, à quo amabatur, incitare aduerſus Carolum

Carolus, rursus igitur infans iratae uxoris consilijs & precibus inductus, contra foedus & iuramentum regi praestitum agit. Quare à Pontifice Romano excommunicatur, & tribus locis contra eum mittit Carolus tres exercitus, quorum minimus erat ualidior multò Bauaro principe. Erat autè ipse rex in exercitu eo qui ab ea parte uenerat ubi est Augusta Vindelicorum. Venit ergo Princeps desperatis rebus suis, ad Carolum ante eum in terram prociðes, suppliciter gratiam & misericordiam petens, & utcunq; excusans resellensq; quaedam obiecta. Carolus magnam semper laudem putans uictis & supplicibus ignoscere, & multa condonare, iraq; non obedire, ignoscit, renouare iuramentum & obsidibus prioribus addere filium ex Principe legitimo thoro natum, imperat. Hæc fiunt, Carolus consolatum & admonitum quod boni uiri officium sit, dimittit ad suos, ipse in Gallia regnum reuertitur. Porro cæcus erga uxorem amor, & cæca uxoris ira manebant. Vxor non desinit secum reuoluere patria sui miserias, & in quo loco posset esse nisi hic Carolus fuisset, quotidie repetit uetera suã cantilenã apud maritum, à quo amari impensius se sciebat. Multa quibus Carolus posset minui excogitat. Saxones expectare occasionem iamdiu, qua iugum Caroli abijciant. In Italia res nouas plerosq; Principes uiros & ecclesiasticorum & secularium optare. Neminem usquam gentium esse qui Caroli potentiam nõ imminutam uelit. Iam iam enim futurum, ut omnibus Principibus ceu mancipijs, ad nutum illi seruiendum sit. Exprobrat etiam subinde quod facile uideat se nõ amari, qui ita patris sui iniurias negligat. Hoc genus figmētis iterũ uincit mariti amore languentis animum cæcum. Sed accidit illi quod omnibus cõtingit qui mulierum (nam omnes stultæ sunt, linguacitate faciunt quaedam quidem ut non cordatis uideantur prudētes, cum sint cæteris ut nequiores, ita stultiores, quare natura diuinaq; lege uiros sequi debent ceu uir deum quocunq; uocat) consilia sequuntur. Iterũ enim accusatur apud Carolũ de perfidia, quodq; res nouas molitus sit cõtra Carolum. Carolus mittit ad eũ, expostulat, minatur illi. Ille petit se presentẽ presentẽ excusare. Carolus iubet uenire, uenit, conatur se excusare, sed non potuit accusatoribus exaduerso respondere quod esset ad excusationẽ satis. Extabant exemplaria literarum quibus in Italia commouere uoluerat quosdam Principes. Extabant eius facta & dicta quæ negari non poterant. Damnatur ergo læsæ maiestatis crimine. Orabatq; solum pro tempore quo possit peccatorum suorum penitentiam agere ante mortem. Carolus donauit illi uitam, clausit uero illum & filium eius in monasterium, ut illuc penitentiam agerent. Reliqui omnes eius profapia in exilium mittuntur.

DE GERMANIS

LIBER OCTAVVS.



M igitur Bauariam suam fecisset iure de quo dictum, causas bellorum dederunt uicina Pannonia & Ungaria, aduersus quos octo bella gessit annos, in his bellis sæpe pugnatũ est, Marsq; dubius modò in illam modò in aliam partẽ inclinauit se. Sed maior potẽtia, maiores opes & copiæ Caroli tandem superiores euaserunt. Sed tantũ sanguinis prius effusum est, ut in multis oppidis ne unus quidẽ uir inueniri potuerit.

h 3 nam

nam pertinacia eorum tanta fuit, ut se dare noluerint donec ad eam raritatem redacti sint, ut nulla reliqua spes esse posset. Omnis nobilitas in Vngaria & Pannonia perit in ijs octo annis. Bellū in quo plus sit effusum sanguinis uix fuit unquam. Inexhaustos thesauros reperisse dicitur Carolus apud Vngaros. His spolijs & his thesauris multas ecclesias et monasteria edificauit rex Carolus, amplissimeq; donauit sacerdotum collegijs quæ ex hoste consecutus erat. Multas diuitias ecclesiarum & monasteriorum collegia acceperunt ab hoc rege. Sed dissimulandum nō est, quod summa cura studuerit cauere ne personæ irreligiosæ illa bona consumerent. Voluit enim ocium cōtemplandi & orandi illis facultatibus fouere, uoluit educari bonos & doctos uiros ad pietatem qui alios erudire ad iustitiam ualerent. Ita non minus religione quam bellicis rebus magnus fuit. Cuius quidem uirtutes & triumphos, pace & bello res gestas consequi non possumus uerbis, nam fortitudine & singulari industria Galliarū regnū à patre susceptum ita dilatauit, ut quātumuis amplū, duplum tamen reddiderit. Acceperat enim hæreditate à patre eam partem Galliarū quæ inter Rhenum & Ligurim fluuiū, Oceanumq; & mare Balearicū sita est. Acceperatq; eam partem Germaniæ, quæ inter Saxoniam & Danubium & Salam fluuium, qui Sorabos à Thuringis separat, et regionē quam incolēbāt Alemanni & Boioarij. His à patre acceptis adiecit armis Aquitaniam, & Vasconiā, totūq; Pyrenæi montis iugum usq; ad Iberū amnē, qui apud Nauarros scaturiens fertur per fecundissima Hispaniæ rura iuxta mœnia Dertosa urbis Balearico mari in fluit. Adiecit quoq; Italiam totam usq; in Calabria minorem, ubi sunt Græcorum & Beneuentanorū cōfinia. Adiecit etiam Saxoniam citra & trans Albim magnam Germaniæ partem. Adiecit & Pannoniam & Vngariā, & regiones sitas in altera Danubij ripa, Daciā scilicet, Istria & Liburniam Dalmatiamq;. Adiecit etiam barbaras illas gētes quæ intra Rhenum ac Vistulam fluuios, Oceanum mare & Danubium degunt, quæ Germanis annumerantur, quanquam moribus & habitu dissimiles sint, lingua autē non multum uariant. Accedit etiam ad gloriam huius Caroli, quod omnes non modo finitimi reges, sed etiam in extremis terris habitantes eum ceti dominū suum honorarint, munera miserint, multis modis animum suum erga eum declararint beneuolum. Aaron rex Persarū potentissimus misit ad Carolum hūc legatos, anno domini 807. qui ferebāt illi amplissima munera, planeq; digna quæ à tali rege ad tantum regem mitterentur. Erant autem tria tentoria uario colore distincta faberrime, inusitata magnitudinis, omnia byssina tam tentoria quàm funes eorū. Misit etiam per eosdem legatos dono pallia serica multa in quibus ars materiam quātumuis preciosam uincebat. Et preciosissima unguenta ac balsamum, & horologium ex auro miro artificio compositum, in quo 12. horarum cursus ad Clepsydram uertebatur, cum totidem æreis sphaerulis quæ ad completionem singulorum horarum decidebant, & casu subiectum cymbalum tinnire faciebant, habebat quoq; horologium duodecim equites, qui per duodecim fenestras completis horis exhibant, singuli singulis horis exeuntes fenestras singulas cludebant, quæ apertæ erāt, sicq; cum die cludebātur omnes fenestræ, inerat præterea mirabilia alia in horologio illo quæ enumerandi locus hic non est. Imperatores quoq; Constantinopolitani frequentes ad eum miserunt legatos, amicitiam eius expectantes, uel, ut uerisimilius est, timorem suum declarantes. Quibus & si sciuit non posse charum, tamen propter communem pacem & uitanda scandala cum illis societatem & pacem seruauit. Quanquam non ignoraret Græcos Francorum potentia inimicos esse, & Constantinopolitanis Imperatoribus in ore & corde esse illud frequens *τοῦ φράγκου φίλον ἔχει, γείτονα δὲ δ.*

Carolus

Carolus multa loca regnorum suorum ædificijs exornare, maximè ecclesiarũ fa-
 bricas curæ habuit. In his operibus eius eximium est, templum Aquisgranum extru-
 ctum mirabili magnificoq; opere, ad cuius ædificationem à Roma & Rauēna mar-
 mora & colūnas aduexit. Imperauitq; ubiq; in regno suo abbatibus et episcopis,
 prælatiq; alijs ecclesiarũ, ut honestè ædificent, ne pecunia in luxum uictus consu-
 meretur. Monasteria quoq; scribunt fundasse, ut ita loquar, secundum numerum
 alphabeti literarum, in singulis monasterijs singulas aureas literas posuisse. Suis
 quoq; impensis pontem Moguntie fecit transrhenum quingentorum passuum.
 Qui tamen incendio cõsumptus est anno ante mortem ipsius. Quod prælagij de
 morte eius loco est habitum. Et palatia operum eximiorum ædificauit, unũ non
 longè à Moguntia iuxta uillam Ingelheim, in qua uilla natus ex Pipino patre &
 Bertha uxore eius. Aliud palatium Nouimagij super Vahulam fluuium cõstru-
 xit. Et redeamus ad bella ab eo gesta, non multũ post deuictos Vngaros & Pan-
 nones de quibus paulo ante diximus, cum copijs Carolus misit filium suum Ca-
 rolum in Daniã septentrionalem contra eius populi regem Gotfredũ, qui quo-
 tidianis excursionibus Saxones & Phrysijs uicinosq; alios deuastabant. Cumq;
 hic rex Gotfredus in animo haberet maius aliquid gerere, essetq; in exercitu ma-
 iore quàm unq; antea habuerat, interficit à suo ipsius filio, propter repudiatã ma-
 trem suã, & aliam à patre ductã. Dani alio mox elegerunt regem, qui cũ Carolo
 cõponit pacẽ. Atq; utrinq; dimittitur exercitus. Sunt autores quoq; qui scriptũ
 reliquerunt, post hæc omnia dicta, ab eo petisse auxiliares copias & consi-
 lium Constantinum Constantinopolitanum Imperatorem, aduersus Turcam.
 Ipsumq; Carolum collecta undiq; ex Germania, Gallijs, Hispanijs, & Italia ma-
 nu, in Asiam profectũ, Turcos frequẽtibus prælijs uictos profligasse, & in ea ex-
 peditione usq; Hierosolymã peruenisse incolumẽ incolumiq; exercitu, multas il-
 lic secum adportasse reliquias, quæ adhuc hodie in quibusdã Germaniæ & Gal-
 liarũ ecclesijs maioribus ostentantur. Vbi redijt ex Hierosolyma in regna sua ex-
 ceptus est cũ omni quæ ab hominẽ excogitari potuit reuerentiã. Vxores habuit
 primam Hirmigardam filiam Desiderij Longobardorũ regis, quã post primum
 statim annum repudiãuit. Causam iustam scribunt fuisse, sed nullam audio. Post
 hanc repudiatã duxit nobilitate & forma incõparabilem è gente Sueuorũ puel-
 lam nomine Hildegardem, de stirpe Gotfredi ducis Sueuorum. Hæc fecit Caro-
 lum tribus filijs parentem, quibus imposita sunt nomina hæc: Carolus, Pipinus,
 & Ludouicus. Mortua autem est Hildegardis, anno domini 783. Calend. Maij.
 Post hanc duxit filiã Rudolphi comitis de Francia orientali, nomine Fastradam,
 ex qua genuit filias duas Theoderatam & Hiltrudem. Habuit autem ex Hilde-
 garde etiã tres filias, nominibus Rutrudis, Bertha & Gisela. Anno domini 794.
 moritur Fastrada, hac defuncta, Lutgardam duxit uxore, quæ sterilis apud eum
 mansit. Post mortem Lutgardæ usus dicitur cõcubinã, primum Gersuinda ex
 Saxonã quæ illi peperit filiam, quæ nominata est Adeltrad, Deinde aliam habuit
 concubinã Reginã: sic enim uocabatur, quæ genuit ex illo Drugonẽ & Hu-
 gonem elegantes puellios. Postremo concubinã habuit appellatã Alindam,
 ex qua natus est Theodoricus. Variant in his non parũ autores, hæc mihi omnia
 diligenter expendentĩ uero propiora uisa sunt. Tres uero solum ex legitimo
 thoro suscepisse filios, abundè testari mihi uidetur testamentum quod post mor-
 tem seruandum ordinauit. Sic enim ad uerbum sonat: In nomine patris, & filij,
 & spiritus sancti. Imperator Cæsar Carolus rex Francorum inuictissimus, &
 Roman. rector imperij pius felix uictor ac triumphator semper Augustus omni-
 bus fidelibus sanctæ dei ecclesiæ, qui sub nostro imperio constituti sunt. Sicut
 omnibus uobis notum esse credimus quomodo diuina clementia cuius nutu ad
 occasum

occafum tendentia fecula per fuccelliones generationum reparaciones generantur, tres nobis dando filios magno nos miferationis ac benedictionis fua ditauit munere, quia per eos fecundum uota noftra fpem noftram de regno cofirmauit, & curam obliuioni obnoxia pofteritatis leuiorem fecit. Ita & hoc uobis notum fieri uolumus, quod eofdem per dei gratiam filios noftros regni a deo conferuati, & coferuandi regni uel imperij noftri haeredes relinquere, fi fic diuina maieftas annuerit optamus, non ut cofufe atq; inordinate aut sub totius regni iurgiu, uel litis cotrouerfiam eis relinquamus, fed trina partitione totum regnu diuidentes qua quifq; illoru tueri uel regere debeat describere & designare uolumus, eo uidelicet modo ut fua quifq; portione cotentus iuxta ordinantione noftra & finis regni fui qui ad alienigenas extendatur cum dei adiutorio nitatur defendere, & pacem atq; charitatem cum fratre custodire. Diuifiones uero adeo conferuati & coferuandi imperij uel regni noftri tales facere placuit, ut Aquitaniam totam atque ualconfoniam excepto pago Turonico, & quicquid inde ad occidentem atq; Hispaniam refpicit, & de ciuitate Niuernis, qua est fita fuper fluuiu Ligerim cum ipfo pago Niuernensi, pagum Analenfem atq; Alfenfem, Cabillonenfem, Maifconenfem, Lugdunenfem, Sabaudiam, Tarantafiam, montem Cinifitu, uallem Segufianam ufq; ad Clufas, & inde per terminos Italicoru montium ufq; ad mare, uel ufq; ad Hispanias continetur, hoc est illam portione Burgundia & prouinciam & Septimaniam uel Gothiam Ludouico dilecto filio noftro confignauimus. Italia uero qua & Logobardia dicitur, & Boioariam ficut Taffillo tenuit exceptis duab. uillis quaru nomina funt Ingoldeftat & Lutrahahof, quas quondam Taffillo beneficio noftro tenuit, & pertinet ad pagum Nortgouue, de Alamaniam parte qua in Australi ripa Danubij fluminis est, & de ipfo fonte Danubij currenti limite ufq; ad Rhenum fluuiu in cofinio pagorum Cletgoue & Hego ue in locum qui dicitur Auge, & inde per Rhenum fluuium fufum uerfus ufq; ad alpes quicquid intra hos terminos fuerit, & ad meridiem uel orientem refpicit, una cum ducatu Cunefi, et pago Durgoue Pipino dilecto filio noftro ordinamus. Quicquid autem de regno noftro extra hos terminos fuerit, id est Franciam & Burgundiam, excepta illa parte qua Ludouico dedimus, atq; Alamaniam excepta portione quam Pipino dedimus, Auftriam & Neuftriam, Thuringiam, Saxoniam, Frifiam, & partem Boioariae qua dicitur Nortgoue dilecto filio noftro Carolo concessimus, ita ut Carolus & Ludouicus uitam habere poffint in Italiam ad auxilium ferendum fratri fuo fi ita neceffitas extiterit. Carolus per uallem Auguftanam qua ad regnum eius pertinet, & Ludouicus per uallem Segufianam, Pipinus uero & exitum & ingreffum per alpes Noricas atq; Curiam. Hec autem tali ordine difpofuimus, ut fi Carolus qui maior natu est prius quam ceteri fratres fui obierit, pars regni quam habebat diuidatur inter Pipinu & Ludouicu, ficut quondam diuifum est regnum inter nos & fratrem noftrom Carolomannum, eo modo, ut Pipinus illam portione habeat, quam frater nofter Carolomannus habuit. Ludouicus uero illam partem quam nos fufcepimus. Si uero Carolo & Ludouico uiuentibus, Pipinus debitum fortis humanae compleuerit. Carolus & Ludouicus diuidant inter fe regnum quod ille habuit, ut ab ingreffu Italiae per Auguftam ciuitatem accipiat Carolus Vercellas & Papiam, & inde per Padum fluuii termino currente ufq; ad fines Regienfium, & ipfum Regium & ciuitatem no uam atq; Mutina ufq; ad terminos S. Petri, has ciuitates cum suburbanis territorijs, & quicquid inde Roma per Genua est ad la uam una cum ducatu Spolontino accipiat Carolus. quicquid autem a praedictis ciuitatibus Romam eunti ad dextra iacet de praedicto regno, id est portione qua remanet de regno Tranfpadana una cum ducatu Tufco ufq; ad mare Australe, & ufq; ad illius prouincia Ludouico

uico cedat. Quod si cæteris superstitionibus Ludouicus fuerit defunctus eam partem Burgundie, quam regno eius adiunximus cum prouincia & Septimania siue Gothia usque in Hispaniam Pipinus accipiat, Carolus uero Aquitaniam atque Vasconiam, quod si filius cuilibet horum trium fratrum natus fuerit, quem populus eligere uelit, ut patri suo succedat in regni hereditate, uolumus ut consentiant patri ipsius, & regnare permittant filium fratris sui in portione regni paterni. Placuit etiam inter predictos statuere atque precipere propter pacem quam inter eos perpetuo manere desideramus, ut nullus eorum fratris sui terminos uel regni limites inuadere presumat, neque fraudulentè ingredi ad conturbandum regnum eius uel marcas muniendas, sed adiuuet unusquisque illorum fratrem suum, & auxilium ei ferat contra inimicos eius iuxta rationem & possibilitatem, siue in patria, siue contra cæteras nationes. Neque aliquis illorum homines fratris sui pro quibuslibet causis seu culpis ad se confugientes suscipiat ad intercessionem pro eis faciendam, quia uolumus ut quilibet homo peccatis & intercessione indigens intra regnum domini sui, uel ad loca sancta, uel ad honoratos homines confugiat, & inde iustam intercessionem mereatur. Similiter uolumus, ut quem liberum hominem qui dominum suum contra uoluntatem eius dimiserit, & de uno regno ad aliud profectus fuerit, neque ipse rex suscipiat, neque hominibus suis consentiat, ut talem recipiant, hoc non solum de liberis sed etiam de seruis fugitiuis statuimus obseruandum. Quapropter precipimus ut post nostrum discessum unusquisque accipiat beneficia in regno domini sui & non alterius ne forte per hoc si aliter fiat scandalum possit aliquid quod accidere, hereditatem autem suam habeat unusquisque illorum hominum absque contradictione in quocumque regno hoc eum legitime habere contigerit. Ut unusquisque liber homo licentiam habeat post mortem domini sui se commendandi inter hæc tria regna ad quodcumque uoluerit, similiter & ille qui nondum alicui commendatus est. De traditionibus autem & uenditionibus quæ inter partes fieri solent, precipimus ut nullus ex his tribus fratribus suscipiat de regno alterius aliquam traditionem uel uenditionem à quolibet homine rerum immobilium, hoc est terrarum, uinearum, syluarum, suorumque qui iam cassati sunt, siue cæterorum quæ hereditatis nomine cæsentur ex auro & argento, & gemis, & armis ac uestibus, necnon & mancipiis non cassatis, & his speciebus quæ proprie ad negotiatores pertinere noscuntur, cæteris uero liberis hominibus hoc minimè interdendum iudicauimus. Si causa controversæ inter partes propter terminos aut confinia regnorum orta fuerit, quæ hominum testimonio diffiniri non potest, uolumus quod ad declarationem rei dubiæ iudicio crucis dei uoluntas & rerum ueritas inquiratur, nec unquam pro tali causa cuiuslibet generis pugna uel campus ad examinationem indicatur, si uero homo de uno regno hominem de altero de infidelitate contra fratrem domini sui apud dominum suum accusauerit, mittat eum dominus eius ad fratrem suum, ut ibi comprobet quod dixit. Super omnia autem iubemus ut ipsi tres fratres curam & defensionem ecclesiæ S. Petri simul suscipiant sicut quondam ab uo nostro Carolo & beate memoriæ Pipino rege à nobis postea suscepta est, ut eam cum dei adiutorio ab hostibus defendere nitantur, & iustitiam suam quantum ad ipsos pertinet, & ratio postulauerit habere faciant. Similiter & de cæteris ecclesiis, quæ sub illorum fuerint potestate precipimus, ut iustitiam suam & honorem habeant, & pastores atque rectores uenerabilium locorum habeant potestatem rerum, quæ ad ipsa pia loca pertinent in quocumque de his tribus regnis illarum ecclesiarum possessiones fuerint. De filiabus autem nostris iubemus, ut post nostrum discessum licentiam habeat unaquæque eligendi sub cuius fratri tutelam se conferre uelit, & quæcumque ex illis monasticam uitam elegerit, liceat ei honorificè uiuere. Quæ autem iuste & rationabiliter à condigno uiro ad coniugium quaesita fuerit, eique coniugalis uita placuerit

placuerit non ei denegetur à fratribus suis si & uiri postulantis & scemina consen-
 riētis honesta & rationabilis fuerit uolūtas. Postremo statuimus ut quicquid ad
 huc de rebus ac cōstitutionibus his nostris decretis addere uoluerimus, sic à præ-
 dictis dilectis filijs nostris obseruet, sicut ea quæ in his iam statuta sunt ac scripta:
 Hæc autē omnia ita disposuimus atq; in ordinem firmare decreuimus, ut quādiu
 diuinę maiestati placuerit hanc corporalem agere uitam, potestas nostra sit super
 à deo cōseruatum regnum atq; imperium istud, sicut hæcenus fuit & ut obedien-
 tes habeamus prædictos filios nostros, atq; deo amabilem populum nostrū cum
 omni subiectione quæ patri à filijs & Imperatori ac regi à suis populis exhibetur.
 Amen. Hoc Caroli testamentum ascribere uisum est propter eos, qui non satis
 diligētes in historijs quiduis in qualibet charta inuentum credunt literis, ceu cer-
 tum, mandant. Quod genus ingeniorum in causa est, quod ita uariāt, ut in infi-
 nitis alijs rebus, de huius Imperatoris filijs; est enim magna contouersia quæ ex
 uxoribus, quicq; ex concubinis Carolo nati sint. Dissentioni causam dedit uxo-
 rum cōcubinarumq; quas multas habuit, & ex illis prolis diuersitas. Quoniā autē
 duo filij Pipinus & Carolus immatura morte abrepti sunt, Quorum alter nempe
 Pipinus quinque filias & unum filium Bernardum ex se genitos reliquit. Caro-
 lus senex mutat necessariò testamentum, solūm igitur Ludouicum instituit hære-
 dem consortemq; imperij, Bernhardum autem nepotem ex filio Italia regem fa-
 cit. De thesauris suis regiaq; pecunia omnia diligēter ordinauit, & quæ ad eleemo-
 synas, & quæ ad filios filiasq; heredes suos peruenire uoluit. Hac ergo ratione fa-
 cultates omnes suas partitus est. Partibus tot factis quot opus erat ad institutū,
 ex omni genere supellectilis, cuius precium supra fidem fuisse ferunt. Largitio-
 nes erant ab illo constitutæ illis ecclesijs, Rauennæ, Mediolanensi, ecclesia quæ
 est Forumiulij, illi quæ erat Gradi, item ecclesiæ quæ Colonia erat, item Mogun-
 tinæ, item quæ Iuanianæ erat, quæ uernacula lingua nominatur Salizburg, item ec-
 clesiæ quæ Treueris est, itē illi quæ apud Senones est, quæ est Vesontij, illiq; quæ
 Lugduni est, itē quæ est Rothomagi, quæ Remi est, illiq; quæ est Arelate, ecclesiæ
 Viennensi, ecclesiæ quæ erat Tarctasia, illi etiā quæ Ebroduni est, itē quæ de Bur-
 degalæ, item ecclesijs apud Turones & Bituriges. Constituit etiam liquidò quid
 hæredum quisque accipere deberet contouersia post mortem exoriretur. Quid
 pauperibus elargiendum esset. Quid seruis in aula, quid uiduis, quid pupillis,
 quid nubilibus uirginibus pauperibus donandum esset omnia religiosissimè or-
 dinauit. Quæ & quāta & qualia quibusq; dederit, cum longius sit enumerare &
 in alijs obuium sit scriptoribus, breuitati studens in præsentiarum prætereo.
 Anno domini 810. Princeps Hunnorum Cacānus conuenit Carolum, petens
 sibi cōcedi habitare iuxta Carnotum, quoniā propter incursiones Sclauorum,
 in pristinis sedibus suis durare nequeat. Cui Imperator Carolus omnem huma-
 nitatem excipiendo ostendit, quicquid petijt concedens illi, donaturq; liberali-
 ter muneribus regijs iussit habitare ubicunq; circa Carnotum uellet. Hunc Ca-
 canū quia Christianus erat, sedulo cohortatus est ad ecclesiarū curam, in eumq;
 usum infundendam dedit ei pecuniam non modicam. Propter quā largitionem
 hoc hic recēsuimus. Quoniā autem in Caroli rebus impliciti sumus, quicquid
 inciderit & quocunq; forte iter duxerit illac eamus, ut expediamus hinc nos. In
 liberis & nepotibus erudiendis liberaliter diligentissimus fuit: nec enim desidia
 & ignaui oio perire passus est, quenquam suorum. Hæc minem enim ocio sum
 male cogitare, & Satanæ huius aëris ante rerum renouationem domino obno-
 xium esse, & eius tētationibus expositū, non ignorabat. Quam obrem magnum
 illi studium fuit, ut studio disciplinarum mares essent occupati, & femina lanifi-
 cio & alijs mulieribus artificijs semper essent occupatæ. Vtrique uero imprimis
 pietate

pietate & sanctimonia insignibus personis uiris & mulieribus (qui tum in mona-
 sterio plurimi inueniebatur) erudiendos & instituendos in religionis negotiis tra-
 debat. Neque enim satis esse genuisse prolem, nisi excultam utilem educando & eru-
 diendo redderet. Hinc factum est ut tot honesta uirtutum uiriliu & muliebrium
 exempla prodierint ex huius familia. Hospitalitatem diligenter, sicut ex sacris li-
 teris doctus fuerat, coluit. In excipiendis & alendis peregrinis tam largus fuit, ut
 non modo aulae sed toti regno oneri esse calumniati sint quidam ex familiaribus
 & oeconomicis eius, qui uidelicet animales ratione ducti, spiritu diuino destituti,
 non cogitantes, quod mirabiliter dominus impleat omnia cum uelit benedictione,
 cumque claudit manum omnia egeant. Non cogitantes quantum numerum Chri-
 stus aluerit quinque ordeaceis panibus. Sed non ita tantum sic putarunt: totus enim
 mundus lumine uultus dei carens sic putat. Nonne quotidie audimus, nisi peste
 aut gladio multitudo hominum e medio tollatur, annonae uilitatem non expectan-
 dam. Cum contrarium clarissime dominus quotidie declarat. Videmus enim in
 familiis quae non numerosae sunt festinantes ex nocte in noctem in re quarenda,
 tamen semper egere & mutuo accipere & non reddere. Cernimus rursus alias quae
 numerosissime cum silentio & quiete nihil festinant, sed opus suum facientes cu-
 ram in domino reicientes, abundare omnibus rebus, alijs dare mutuo, & multa
 largire pauperibus. Item cum irascitur, ut sic dicam, dominus post infinitam pe-
 ste consumptam multitudinem sequitur quandoque maxima fames, et plenis horreis.
 Et contrarium apparet etiam cum benedicit dominus quatauis enim multitudo
 hominum sit, & horrea uacua, tamen annona ad extremam uilitatem peruenit. Sed
 ad Carolum redire tempestiuum est. Fuit corpore eufarco & quadrato laborum
 patiente, statura iusta, oculis splendebus & praegradibus, naribus paulo oblon-
 gioribus, uultu lato & puro, sanguine suffuso, incessu uirili magis quam super-
 bo. Brachijs, manibus & pedibus proportionem reliqui corporis mediocribus. O-
 ce clara, & facundia non uulgariter erat enim copiosus & memoria rara. Nec unam
 tantum calluit linguam, latinam linguam ita didicerat, ut ea prompte uiua uoce
 usus sit, eleganter autem scribendo. Graecam intellexit, sed in colloquio uti parum
 quirit. Gallorum linguam & Italorum ferè aequè nouit atque maternam Germani-
 cam. Artibus liberalibus earumque doctis professoribus magnum honorem ma-
 gnaque praemia praebuit. Doctos quos fama commendabat ad se uocauit, aut ut in
 celebribus locis docerent honestis conductos stipendijs curauit. Ipse usus est pra-
 ceptoribus Petro Pisano in literis Graecis, in dialecticis & rhetoricis, & astrorum
 scientia mathematicisque omnibus usus est praecipue Britanno Alcuino Diacono.
 Scribunt autores, quod hic Alcuinus a rege Angliae legatus missus sit ad Ca-
 rolum de magnis regnorum negotijs, & sic alter alteri cordi fuisse, ut manserit Al-
 cuinus apud Carolum. Est etiam mandatum literarum monumentis. Illis tempo-
 ribus duos Scotos ex Bedae discipulis Claudium & Ioannem nomine uenisse ex
 Hibernia in Galliam, uiros in literis sacris & disciplinarum omni genere supra mo-
 dum doctos. Qui in ciuitatibus per plateas clamabant, si quis sapientiae cupidus
 est ueniat: loquebantur autem non de humana sapientia, sed ea quae a deo est. Fa-
 ma de his permanat ad Carolum, qui uocauit eos, dicitque se uerae sapientiae cupidum
 esse, uenalem ne habeant. Respondent uenalem habere, sed ijs quibus non est pe-
 cunia gratis dare se. Rex auditis eis per aliquot dies probauit spiritus eorum, iudi-
 cavitque bonos, quare gratias egit deo quod miserit illos ad se. Rogauit igitur eos
 quid nam pro sapientia postularent. Responderunt, ingenia & animos capaces philo-
 sophiae, & locum aptum ad philosophandum, & in quo se ex rustico questu iumentorum
 & seruorum operis, & suis etiam operibus, quantum satis esset sapientiae exercitij cor-
 poralis. Nam habere debere modum corporis exercitium. Illorum ergo alterum

præfecit pueris nobilissimis quos putauit ad rerum gubernationē aliquādo per-
 uenturos. Magni enim referre iudicauit sapiēs rex, rectē & sapiēter institutos eos
 qui alios regere deberent. Alterū uero nempe Ioannem in frequens monasteriū
 ordinis S. Augustini iussit ire, & in eo monachos ad pietatē erudire. Ab hīs uiris
 & Alcuino Anglo habuit initium Parisiensis schola. Carolus nullum unquam
 intermisit diem, quo nō aliquid in historijs, uel in sacris literis, uel alijs disciplinis
 legerit. Tamen corporis exercitationem nunquam omittens, quo in negotijs pa-
 cis & belli laboribus corpus sufficeret. Neq; enim ocio torpida corpora uere ui-
 uere dici possunt, sunt enim ita dissoluta ut mors non multū mutet in illis. Et in-
 feliciter uiuunt, nec enim delicatus cibus & potus quantumuis bene preparatus
 sapit illis. Et quid potest non esse infelix quod contra naturā uiuit? Carolus igitur
 sapienter uictus rationem ordinatā obseruans exercuit se equitādo, & uenan-
 do mittendis telis, cursu nonnunquam. Oblectatus est etiam lauacro calidarum
 aquarum, propterea Aquisgrani ædificauit regias ædes ibiq; libenter uitam egit.
 Fuisse scribitur modici potus, cibi paulō liberalioris. Inter comedendum lectio-
 ne historiarū, aut quæstionibus philosophiæ oblectatus est. In iuuantis pauperi-
 bus se ipsum uincit, neq; enim ulla uirtus in eo præstantior fuit. Misit elemosy-
 nas trans mare in Syriam, Aegyptum, Africam, Hierosolymam, Alexandriam,
 breuiter in omnia loca ubi cognouit pauperes Christianos degere. Regibus trās
 marinis pauperes sæpe commendauit, quod quo diligentius facerent, amicos &
 socios habuit, opemq; eis in necessitatibus pollicetur. Minatus contra non semel
 regibus gentilibus si pergerent Christianos persequi, se ultorem uenturum. Idq;
 aliquoties fecit, nec enim semel tārū propter eam solam causam bella suscepit.
 Pauperū uero in regno suo præcipuā rationem habuit. Admonitusq; aliquando
 a quopiā familiari ne quibusuis petentibus etiam indignis daret. Respondisse
 fertur: Et qua charitate nos tulit hæcenus pater cœlestis, ad cuius legem nos col-
 lati sumus ipsa impuritas & iniustitia, latrones & fures? Religionem Christianā
 religiosissimē excoluit, multas horas diei, multas noctis in orationes collocans.
 Ieiunijs etiā cum periculo ualeitudinis exercuit corpus. In ecclesia uoluit omnia
 serio maximāq; honestate & grauitate agi, idq; a personis spectatē uite in morum
 puritate, Pfalendi, orandi & cantandi ritus in ecclesia instituit, ut animis deo de-
 uotis omnia fierent uoluit. Scribitur & a Nauclero ecclesiæ Tubingensis præpo-
 sito, bonæ fidei autore, quod Carolus cuidam nobili adolescenti episcopatū con-
 tulit, qui mox actis regi gratijs, letus discedens & ante palatium in sellam equi si-
 bi adducti è terra insilijt gestiens. Carolus diligēs personarum probator ecclesiæ
 sticarum hoc cernēs per fenestras, iussit adolescentem reuocari. Dixitq; illi, uideo
 ex moribus & gestibus tuis te bello aptiorem q̄ episcopatū, ubi oportet esse ui-
 ros pietatis & bonorum morum exemplaria. Tu igitur mecum ibis cōtra hostes
 militatum. Alij magis idoneo imponemus munus episcopi, moxq; contulit alijs
 episcopatum. Imperatq; illi ut præsens in exercitu sit, die cōstituto. Legitur etiam
 de eo quod quoq; aliās non dubitauit non modo uerbis reprehendere & consu-
 tare episcopos, sed ex ecclesijs eijcere propter mores pastore indignos. Quæ iam
 olim scripta suis locis præstat, opinor, legi, q̄ hoc tēpore reperi. Cum autem senti-
 ret se senio grauari & impediri à necessarijs regnorū functiōibus, habitis omnium
 principum comitijs Ludouicum filium imperij regnorumq; omnium hæredem
 & uicarium dum superstes esset instituit. Bernhardum autem nepotem ex Pipi-
 no filio uita defuncto Italiæ Principem constituit, appellariq; regem & unctio-
 nem regibus debitam à Pontificie petere iussit. Hæc rata ubiq; habuerūt omnes
 amici. Et hæc ordinatio consensusq; omnium hostibus terrori fuit magno. Ita re-
 bus ordinatis & pacatis, in liberale ocium se contulit, quod orando, legendo, au-
 diendo,

diendo doctos viros, uenando non raro, & suos ad iustitiam, animi robur & modestiam, fortitudinem adhortando, praua in regno corrigendo consumpsit. Hæc cum adhuc aliquot annos in senectute non tristi, bonaque bene actæ uitæ conscientia egisset, correptus est febre qua per medicorum consilia & abstinētiā mitigata, non nihil conualuit, sed reciduo febris redit comitante eam pleuritide septimo die psallens & orans in domino obdormiuit septuagenarius, & cum omni reuerentia regaliter sepultus est Aquisgranī non sine magno in plurimis locis planctu. Numerantur prodigia quæ eius mortem præcesserunt, solis defectio, lunæ eodem anno tres defectiones. Sphæra quæ in apice templi apud Aquisgranū erat fulmine deiecta, in eodem loco porticus qua ex ædibus Palatinis ad templum uia erat corruit. Et pontem quem ipse Moguntia insignem construxerat conflagrasse antea diximus. Diutius fortasse immoramur in hoc Carolo describendo, & recensemus quæ uideri possunt cuiuspiam alieniora ab instituto, uerum cum per hunc tantopere Germania sit ornata & exulta, de qua ex professo scribimus, nihil de illo nimium uideri debet. Quare nihil morati morosorum calumnias etiā alia eius gesta narrabimus, quæ hæcenus non satis diximus. Gessit etiā bellum non uulgare cum Saxonibus & Anglis, gessit autem per militaris disciplinæ peritissimum uirum Adolphum. Erat belli suscipiendi causa, quod seditiosorum Britannorum & Saxonum turba magna communem pacem turbabant in Anglia, eratque regnum ita turbatum, ut honestis moribus nullus locus esset. Quibus igitur pax & rerum tranquillitas erat cordi, petebant contra seditiosos illos auxilium à Carolo, qui ante sæpe alias apud alias nationes iustitiam perentibus, & iniuriam patientibus contra iniustos communem societatem turbantes auxilium tulit. Hoc enim uere regium, hoc Principis Christiani iudicauit quam plurimos bonos iuuare, minimeque multos ledere. Cum igitur suppressas leges, religionem, omnes bonos, audiret, mittit suum ducem bello maximum Adolphum cum exercitu satis ad hostes magno. Nauigat igitur secundis uentis cum copijs in Angliam, cumque non procul ab Angliæ littore abesset. Ecce Angli & Saxones qui de belli apparatu diu ante certiores erant facti, Adolphum cum suis egredi nauibus prohibebant, nouoque tormentorum genere quibus magnos mittebant lapides in naues, multosque sic perdidērunt. Adolphus inductus erat in magnas difficultates, naues propter pondus reduci à littore non potuerunt. Desiliendum è nauibus erat omnino militibus, quibus erant loca ignota, & in aqua fluctibusque cum hostibus dimicandum, loco prorsus iniquo, nam Saxones & Angli ex arido aut parum admodum in aqua consistentes expeditissimi, locis notis pugnabant, & telorum noua genera coniciebant mira densitate. Quibus difficultatibus quidam in exercitu milites non mediocriter perterriti sunt, & studium alacritatemque dimicando consuetam sicut in cæteris pugnis non ostenderunt. Sed Adolphus magnæ uocis oratione fortiter suos allocutus. Primam coitionem esse acriorem, magno animo ad littus contenderent, hostes in fugam spem habere, nobis (inquit) aut uincendum cum gloria æterna, aut ignominiosè in aqua pereundum, uidetis enim ipsi nullum locum fugæ. Pollicetur que uictoribus magna præmia & primis militibus millibus, qui in aridum perueniant singulis mille aureos clara uoce promittit, & addit qui mauult turpissimè suffocari, quam fortiter uincere cesset, ego faciam quod mei est officij, & cum hoc uerbo iniecit se in medios hostes, tum etiam cunctantes, partim exemplo, partim oratione, partim præmiorum spe commoti anteuertentur ducem, & quisque prorumpit media hostium tela, ut littus attingat, consequatur hos mille aureos, statimque hostes referre pedem coacti sunt parum, tantum tamen ut Adolphus

in sicco iam cum maiore parte exercitus consistens pugnaret. Diuꝫ sic acerrimè est ab utrisq; pugnatum. Angli & Saxones non parum desponderunt animum cum uidissent impares se fuisse hosti cū adhuc esset impeditus in fluctibus, multo minus iam resistere posse colligebant, cum æquum locum essent assecuti hostes, quare uehementer perturbati sunt. Animis uictis, nulla est reliqua in corporibus exanimatis spes. Quam ob causam cū Adolphus cum suis omnibus in terra sicca constitit animi omnium sunt erecti, hostium uero deiecti, quare tergum uertentes fugæ se commiserunt. Adolphus parum tutum ratus per ignotam regionem longius insequi hostem, ueritus necubi essent posita in hunc euentum insidia: neque enim sperare potuit ita hostem uictum antequam ingrederetur Angliam, quam liberandam uenerit. Iubet igitur eos bono esse animo, maximum & difficilimum belli confectum, hostes territos. Castra muniunt in aditioe collo, naues reparant & in altum reducunt, uulnerati medentur, exploratores mittuntur, ubi nam hostes constiterint scire petunt. Nomina militum conquiruntur, qui primi littus attigerant in superioris diei pugna. Ibi uero ingens sit contentio, nam quinq; millia petunt præmium, quorum quisque primum se fuisse conatur probare: Ipse dux Adolphus omnino existimauit fidem seruandam sibi propter auctoritatem & nomē suum, hactenus enim nomine suo bono fretus feliciter exercitui imperauerat, quod opus est unicuiq; qui imperare hominibus quocunq; modo cogitat, siue pueris, siue maioribus natu, ubi enim in contemptum uenit quispiam & futilis leuis uē habetur, nemo audit eum, contemptoq; capite mēbro rum reliquorum nullum suam functionem obit. Adolphus igitur qui suis oculis præsens uiderat simul uno tēpore plures audacissimè perrupisse hostes, & in aridum littus peruenisse, ut ergo cernerent fortiter factis præmiū apud eum esse, & quoq; liberaret fidem suam, & ad reliquū belli haberet paratiores (nam quantum superesset difficultatis scire nondum poterat, neq; enim adhuc ad eum delatum erat quid hostibus animi uel spei superesset, quid molirentur ubiq; constitissent) addit illis decem millibus quos promiserat aureis alia aureorum quadraginta millia, diuisiq; eam pecuniam in eos qui præmium petebant, iuste autem plerosq; petere sciebat. Quam pecuniam optimè collocatam demonstrarunt difficiles casus, & necessitates ancipitesq; pugnae sequentis tēporis. Interea redeunt exploratores, referūt, hostes castris munitis in colle, uiduo arboribus, inter duas syluas sito castra muniuisse, & muniendo adhuc occupari. Adolphus ex exploratorum uerbis hostium timorem conijcit, quamobrem ocyssimè, præsidijs ad naues tuendas relictis, properat ut ex recenti fuga territos adoriatur. Vbi uenit, locum diligenter perspicit, aggreditur expugnare castra ea parte, qua minus firma uidebantur, & suis minimum noceri possit telis & tormentis, quo genere armorum plurimum fidebant hostes, relinquens simul liberum hosti ad fugam exitū, nam propterea iuxta syluas castra locasse uidebat, ut haberent quod se expugnatis castris reciperēt. Hic erat uidere quantū uirium & animorum, illa aureorum 50. millia addidissent militibus, quisque enim ex illis quinq; millibus uoluit probare non collocatum præmium in indignū. Potissimum uero illi qui quibusdā putabantur non meritos accepisse, factis audacibus usq; ad extremā temeritatē hanc à se suspicionē amouere nituntur. Reliquus uero exercitus nititur declarare non animum & fortitudinem defuisse, aut uirtute illis inferiotes esse, sed locum illis ereptum, neque enim tantum loci fuit, ut omnibus simul possibile fuerit capere littus. Ita illa honestissima contentione, ascendunt uallum, irrumpunt in castra per media hostium, sed ex fuga priore confusorum, tela, Angli & Saxones eijciunt se ex castris quā fugæ patebat locus, diffugiunt in syluas, sed magno numero occisorum ad castra relicto, Ex captiuis cognoscit Adolphus quanto terrore hostes

hostes confusi sunt, apertè enim inter eos dici una omnium uoce, non homines esse Gallos aut Germanos, sed deos aut daemones in specie hominū. Verèq; erat quod dicebant, quanquam non qui fieret sciebant. Deus enim per homines de illis supplicia sumebat, & dei manus uere pugnabat contra eos. Conuocatis suis post expugnata hostium castra Adolphus prædicat uirtutes militum, & gratias agit, laborum præmium pollicetur. Diuidit spolia quæ in castris nacti erant: erunt autem spolia uaria & magna. Disceditq; hinc paululum propter cadauerum fœtorem. Mittitq; leuioris armaturæ milites circa & in syluas qui hostium uestigia secuti explorent quidnam agant. Læti per nemora quærunt hostem, cum peruenerunt eò ubi hostes lassique uenerunt, uix com essent quingenti, hostium esset iustus exercitus, attoniti spectabāt ex arboribus quid hostes agerēt. Iamiamq; subducere se clanculum parabant, ecce hostium exercitus, qui totus illic cōuenerat ex fuga, conspectis illis conijcit se in pedes, fugitq; nō aliter atq; ouium grex conspecto lupo. Qui igitur ad explorandum missi erant, sequuntur, sed tardioribus pedibus, ubi uenerunt ad eum locum in quo hostes quieuerant, inuenerunt relicta posita in arboribus plurima arma, inuenerunt & multa alia ex impedimentis relicta, hic igitur unam atq; alteram horam morati, admirati sunt formidinem hominum, deinde reuersi onerati hostium armis & alijs spolijs ad suos quæ acciderunt & quæ uiderunt referunt. Postera luce ueniunt ex tota Angliā legati ciuitatum, se suaq; offerūt Carolo regi Francorum & Galliarum: Inquiunt se iam tranquillitatem Angliæ sperare, gratias agunt, &c. Quos consolatus Adolphus bene sperare iussit, se propterea à rege suo missum, ut florētissimum regnum liberetur, bonisq; locus & ocium honestum sit, leges & imprimis religio floreat ad honorem & gloriam omnipotentis dei. Hostes igitur superati, omniq; spe erepta, miserunt legatos eodem tempore, & ad Adolphum, & ad Carolum in Galliam, humiliterq; petunt gratiam & pacem, & sedes in Angliā, se legibus & religioni obediuros, obsides quotquot & quoscunq; uellet duros, & quæcunq; Carolus imperasset cum omni obediētia promptè facturos. Adolphus ubi cognouit etiam legatos hostium apud regem esse, nihil respondet, expectatq; regis sententiā & uoluntatem. Carolus uictis ignoscit, peccata cōdonat (quod illi peculiare fuit.) Iubet ut Adolphus quam longissimè distitas sedes præbeat ijs qui in castris & in conitoratione fuerunt, quò distincti minus seditionem denuo excitare possent. Adolphus mandata exequitur, pacem, leges & religionem in Angliā tota iuxta Caroli præscriptum statuit & firmat, obsidesq; ab illos acceptos ad se recipit. Redditum igitur ex Brittanica apparans naues reficit, imponit copias, soluit eas. Ecce subito improuisa tempestas cooritur, & classis in diuersas partes maris disijcitur, nauesq; per totam eam obscurā noctem anchoris iactis dispersæ in mari stant, fluctibusq; æstu maris excitatis obruuntur, miserèq; affliguntur. Fitq; ingens exercitus perturbatio. Redire igitur coacti sunt ad portus Angliæ: naues enim plurimæ ad nauigandum inutiles factæ sunt. Magno studio & cura adiuuarunt eos in reparandis nauibus certatim omnes Britannicæ ciuitates, paucisq; diebus in reficiendis nauibus consumptis, nacti serenitatem & maris tranquillitatem iterum se crediderūt æquori, prospereq; in Gallias usq; nauigatione usi sunt. Atq; ita est hoc bellum finitum, quod in Angliā status felix pacatusq; consecutus est. Animiq; gratitudinem omnes singulatim ciuitates uarijs muneribus missis declararunt erga Carolum regem Galliarum, qui illis hæc ocia fecerat.

DE GERMANIS

LIBER NONVS.



QUOD de conspiratione Pipini filij in Carolum patrem suū pro-
 pter nouercam Fastradam quæ fuit legitima uxor Caroli scribi
 tur mihi nō coherere uidentur, malamq; subesse fidem suspicor.
 Anno 793. si hystoria nō fallunt, uisitauit omnes terras sibi subie-
 ctas, præsertim Franciam Orientalem in Germania. Conciliūq;
 Franckfurdie celebrauit, multis episcopis, monachis, & sacerdo-
 tum præpositis illic congregatis. In eo concilio damnata est Felicianorum hære-
 sis, & opinio eorum qui imagines in templis non ferendas putant & docent. An-
 no 796. Leo Pontifex Romanus 3. Carolo Magno clauis S. Petri misit, & uexil-
 lum Romanæ ciuitatis. Quæ dona accepta & grata fuerūt incredibiliter Carolo,
 Pontifici igitur pro his reddidit magnam uim auri & argenti, quam in Vngaria
 nactus armis, deposuerat apud principem Henricum Foroouliensem. Præterea
 edixit Romanis, qui nondum omnes per omnia Papæ obediebant, ut iureiuran-
 do promitterent se facturos quicquid Papæ cōstituisent, mandassentq; aut man-
 darent, aut etiam in posterum mandaturi essent. Iusurandum hoc sine tergiuer-
 sione coacti sunt Pontifici iurare. Quanquam inuiti pleriq; fecerint. Sed tantum
 Caroli autoritas ualuit. Quam autem inuiti iurarint, Pontificibusq; ita se manci-
 parint, declarant ea quæ postea Romæ acciderunt. Anno namq; secundo post iu-
 ramentum, nempe anno 798. conati sunt in libertatem se asserere, & Reipublicæ
 Senatūq; ascribere quicquid Cæsaris erat. Quibus exordijs omnia essent orta &
 postea peruersa allegantes, & se ita defendētes. Hoc intolerabile uisum est Leo-
 ni 3. Pontifici, qui iura Romæ Cæsaris ipse sperabat. Apertè igitur contra Roma-
 norum conatus fecit & dixit, quibus rebus in se cōcitauit iram omnium Roma-
 norū. Leo cōtemnens iram illorū, in processione igitur quadam & pompa nihil
 expectās malī omnia tuta putās, seditione à Romanis ciuibus facta, de equo abij-
 citur, Pontificio ornatu exiit, pugnis colaphisq; cæditur, semimortuus in car-
 cerem trahitur. Tantaq; hæc acta sunt crudelitate ut omnes cardinales exanimati
 fugerint, & tota curia exterrita diffugerit. Verū ut nihil rectè curari potest in po-
 pulo, qui in partes diuisus dissentit, habuit & suos amicos inter Romanos, qui
 debant Cæsarianis & Pontificijs rebus contra Rempublicam, à quibus paucos
 post dies è carcere liberatus est, & confugit ad Principem Spoleti. Romani ergo
 ubi audiuerunt Papam è carcere liberatum, sa uierunt in omnes suspectos crude-
 liter, etiam in Palatium Pontificium & domos eorum, quorum opera putabatur
 liberatus. Leo ad Carolum Magnum in Gallias festinauit, opem & auxiliū qua-
 rens, Romani ad eundem mittunt suos legatos, se excusantes refellentesq; ponti-
 ficiam accusationem, grauiteiq; rursus accusarunt Leonem. Carolus uero clau-
 dit aures ad Romanorum accusationem contra Papam, patrocinatur Pontifici.
 Romani hoc cernentes tristes redeūt, ad Senatū omnia referunt, senatus nesci-
 re quid agat, quo se uertere debeat, sciens potentiam & in rebus gerendis Caroli
 successus, omnes se purgare, dicere nunquam placuisse audax impassibilēq; faci-
 nus, adulari Pontificijs, aduersam factionem damnare. Quidam qui primū auto-
 res fuerāt, fugere. Quibus scilicet excusationi nullus locus, erat. Carolus Leonē
 Pontificem Romā remittit cum equitatu forti, comitatibus eum quibusdam epi-
 scopis, sequitur eum Carolus cum copijs. Romā ubi uenit Pontifex obuiā pro-
 cedentes omnes ecclesiasticæ personæ eum excipiunt honorificentissimè cū pom-
 pa maxima, processerunt autē illi obuiam usq; ad pontem Miluū. Carolus post
 pauculos

pauculos dies sequitur quoque uenit Romam qui excipitur omnis generis instrumentis musicis, pulsatisque omnibus campanis. Octauo die post aduentum eius, sedit auditorus seditionis & tumultus causas, ex Romanis etsi uiderent iudicis animum inclinari in diuersam partem, & aufugissent autores, tamen inuenti sunt qui cum periculo magno ueritatem non dubitarint proferre. Præfati igitur que ad propositum & regis animum uidebantur apta, nefanda & capitalia scelera Leoni obiecebant, & omnia probabant argumentis quæ conuelli non poterant, cumque essent excalefacti in media accusationis oratione, iussi sunt tacere, cardinales, episcopi et abbates, qui una sedebant cum Carolo causas audituri, clamabant: Sedem Romanam ecclesiarum omnium caput, iudicandi ius habere omnes, à nemine uero debere iudicari. Propter hanc ecclesie auctoritatem noluit Carolus iudicare in hac causa, relinquens iudicium sanctitati pontificie. Nauclerus hæc scripta habet. ubi si quis cupit legere inueniet. Post hæc cogitauit Leo 3. quibus rationibus efficere posset, ut sedes Romana haberet defensorem, si quid tale aliquid accideret. Quandoquidem Cæsares Constantinopolitani non satis uiribus & opibus pollerent ad defendendam Romanæ sedis dignitatem, & hæcenus in seditionum & tumultuum, civiliumque bellorum motibus Romam deseruissent. Quas ob causas in Occidente opus esse Imperatore qui hæc curet. Multa autem ob merita nemo inueniebatur dignior Carolo rege Galliarum. Primum ob tot officia ab eo collata in ecclesiam Romanam, & tot priuilegia concessa Pontificibus Romanis. Deinde quod esset fortiter factis clarus per totum terrarum orbem, tantaque auctoritatis, ut solus nomine solo plus posset quam multi alij cruentissimis bellis, qui Italiam & Hispanias ab hostibus sepe liberasset, Turcosque superasset multis maximis prælijs. Postremo ob eadem merita & beneficia in Romanam ecclesiam maiorum suorum, quorum egregie facta ad astra essent sublata apud omnes gentes. His ex causis Pontifex cum consensu suorum Cardinalium & episcoporum appellat Carolum Magnum Galliarum regem Imperatorem Romanum in Occidente. In die natiuitatis Christi cum Missam celebrauit Pontifex, uertit se ad populum, & pronunciauit Carolum Romanum Imperatorem in toto Occidente. Omnis populus apertis tibijs clamarunt, Deus Carolo inuictio Augusto Imperatori largiatur pacem, uictoriam contra hostes, incolumitatem, & annos uitæ longissimos. Alij clamabant, Dominus omnipotens fortunet omnes gressus omniaque consilia eius. Et statim auream gemmis distinctam, preciosissimam coronam imposuit illi Pontifex. Atque ita peruenit ad Germanos à Græcis ius Romani imperij. Scribunt autores totum regnum Caroli nuncupatum regnum Francie, Germaniam usque ad Ungaros uocatam regnum Francie Orientalis, Gallias & Phrysiam regnum Francie Occidentalis nominatum. A Carolo autem rege regnum Francie uocatum est, nam Carolus Germanus Francus fuit. Multa sunt apud uarios autores quo pacto imperium à Græcis translatum sit ad Germanos. Huc etiam facit Canon de consec. dist. 1. in qua aperte dicitur, quod Romanum imperium à Græcis ad Germanos deductum sit. Item alijs locis scribitur, quod Romanum imperium in persona Caroli ad Germanos sit translatum. Legimus etiam in speculo Historiali, quod Carolus natus sit Germanus, maternaque illum habuisse linguam germanicam. Et Germanica nomina mensibus & uentis Carolum hunc primum imposuisse. Fuit enim ingenio felici, & literis uarijs culto, quæ dotes illi etiam ab iniquis conceduntur. Et profecto non uulgaris ingenij fuit illa nomina imponere mensibus & uentis Germanico sermone quæ habet. Lingua Germanica etiam locutus in Gallia tempore Caroli, testatur munimenta multa ueterum. Hoc Beatus Rhenanus notauit, uir in omni genere literarum excellenter doctus & uere philosophus, proptereaque uere beatus suis contentus sine ambitione uiuit rex, & quod ad nostrum propositum facit, historiarum omnium seculorum

scientissimus & iudex acutissimus. Quem uirū si pluribus describerem, nō pos-
 sem dici non respexisse libri titulum, uidentur enim tales magna pars Germaniæ.
 Lotharius Ludouici Pij filius testatur omnes liberos Caroli Magni etiā Germa-
 nicè locutos, nempe natos Francos. Fuitq; magna linguæ Saxonum & Franco-
 rum similitudo propter commercia & bella inter eos assidua. Porro nihil tam cer-
 tum quod non inter mortales, ad mentiendum & fingendum ingeniosos & incli-
 natos, in controuersia uocetur, quare etiam inuenti sunt qui negare ausi sunt Ca-
 rolum hunc Magnum Germanū fuisse, Germaniæ maximū uirum inuidentes.
 Quod autem Germanus fuerit abundè satis magno testimonio sunt eius uestes,
 uxores, & liberi. Irenicus probat hoc ex maiorū eius genealogia, quam recenset
 à Clodoueo usq; ad Carolum Magnum lib. 3. cap. 17. Est & in Decretis compro-
 batum, Baldus testatur, Flauius Forliuiensis, Otto Frisigensis, Urbanus 2. Plati-
 na in uita Adriani, & Gotfridus Viterbiensis, & reliqui autores, quos enumera-
 re longum est, omnes consensientī uno ore dicunt hunc Carolum Magnum in
 Francia Orientali natū. Nauclerus, Luboldus Bambergensis, Eginhardus Can-
 cellarius ipsius Caroli, cui tutò credi potest, addunt etiam locum in Francia Ger-
 mania in quo est natus, nempe Ingelheim. Marlianus dicit, Carolū natū in pa-
 go Lupilia nomine, & scribit omnes eius maiores, cognatos, & liberos fuisse Ger-
 manos. Cui subscribit Ganguinus. Eginhardus cancellarius eius scriptum reli-
 quit, Carolum Germanica semper pro sua peculiari lingua usum. Plerūq; apud
 Germanos uersatū, nisi urgētibus regnorum negotijs, & bellorum tumultibus
 nunquam Germania egressum, tantopere scilicet delectatum patrio solo, patriæ
 moribus, cœli, sub quo natus erat, dulcedine. Et per totam suam ætatem non ali-
 ter uestitum, quàm cōsuetudine & more Germanorum. Præter bis Romæ, roga-
 tu Pōtificis Adriani, & Leonis tertij uestitu Romanorū more usum, propter con-
 ciliandos sibi morū uestiumq; similitudine Romanorū animos, sed egressus ur-
 be mutasse & Romanū habitum ceu onus deposuisse. Quanquā quid opus est
 probare rem clarissimā, nos tamen hæc pauca ex pluribus addidimus, ne quis du-
 bitet, illorū qui incidunt in eos qui audent hoc in dubiū uocare, aut etiam impu-
 denter negare, quos missos faciamus, neq; enim digni sunt qui aut legantur, aut
 nominis eorum ulla mētio fiat. Iis uero autoribus, quos citauī, nemo dubitet cre-
 dere, fidei enim maiorem rationē habuisse animaduerto, quàm dictionis elegan-
 tiæ, idq; laudo, neq; enim in historia aliud æquè requirimus aut expectamus atq;
 certā fidem. Suos etiam filios & filias & uxores à Germanorū cultu nihil differ-
 re uoluit. Filiosq; in armis & exercitationibus in ocio & uenationibus ad cōsue-
 tudinem Germanorū assuefecit. Exercuit autem eos à prima adolescentia nō se-
 gniter, quo indurati sufficerent serijs rebus bello & pace. Porro qui dicunt impe-
 rij Romani ius primū per Carolum ad Francos translātū, & postea à Francis ad
 Germanos deductū per Othonem 1. ij toto errant cœlo, ignorant enim Francos
 Germanos, putant Gallos Fracos esse, cui errori occasionem dedit, id quod su-
 præ dictū est, regnū Gallix etiam uocitatū regnū Franciæ (quod nomen ad no-
 stra tempora obtinet) propter reges eius ex Frācia Germaniæ. In his qui dubitat
 idem clara luce cœcutit. Loquunturq; contra paulò ante citatum decretū. Et con-
 tra Canonem in cap. Venerabilem. quibus locis satis est cōprobatum, imperium
 Romanū in persona Caroli primum ad Germanos uenisse. Quanquā postero-
 ribus temporibus Pōtiffices Romani & alij sæpe tentarint hoc ius Germanis eri-
 pere. Propterea quod Germani Cæsares quidam non uoluerunt mancipia esse
 quorundā, & non omnia ad nutū quorundā implere sanguine. Et plane, quan-
 tum ego ex omnibus rerum circūstantijs conijcere possum, nullæ fuerūt aliæ cau-
 sæ, quod quidā ita ad Berengarij & Hugonis Arelatensis, & aliorū quorundam
 ocij

bej & pacis cōmunis turbatorū tyrannidem conniverunt, imò & clam iuuerunt
 ad imperiū et cōmunem mortalibus salutarem almam pacem turbandā. Quo-
 rum malorū quæ adhuc hodie orbem afigunt, causæ sunt apertiores q̄ ut inue-
 hendum sit mihi in autores bellorū. Nec est nostri propositi aut cōsiliū perstringe-
 re quenquā. Reuertar igitur ad Carolū, cuius æquitatem cum ubiq; tum potissi-
 mum in Italię rebus ordinādis uideamus. Lōgobardis enim uictis sedes tribuit cir-
 ca Mediolanum & Papiā, & in his locis quos hodie adhuc uocāt Lombardiam.
 Exarchatū Rauēnæ nominauit Romanolam, ut quæ Romani esset Pontificis.
 Græcos omnes eiecit ex Italia, Siciliā & Neapolim cōcessit propter pacem Con-
 stantinopolitanis Imperatoribus, quas facillē sibi subijcere potuisset, nisi maluis-
 set rerum tranquillitatē. Reliquā totam Italiam imperio Occidētali adiudicauit.
 Paxq; facta est inter Hirenem & Carolum, & cum Nicephoro, ea conditionū le-
 ge, ut Veneti suis legibus uterentur, essetq; ciuitas libera, neutri neq; Occidentis,
 neq; Orientis imperio obnoxia, hoc factū esse traditur anno 803. Nō longo post
 tempore in Germaniā uenerunt ad Carolum Imperatorē princeps & episcopus
 Venetiārum cum magnificentissimis muneribus, petentes ab eo priuilegiōrū & li-
 bertatis donatæ confirmationē. Ad quam eorū petitionem Carolus Augustus fa-
 cilis plura q̄ petierunt concessit. Sed uoluit ut etiam his à se concessis priuilegijs
 accederet Pontificis cōsensus & autoritas. Ea fuit Carolus modestia, & erga Ro-
 manam sedē obseruantia. Veneti autē breuī post tēpore beneficiorū Caroli non
 satis memores egerunt, nescio quid, aduersus Carolum, egerunt autē tantū cōtra
 tra eum, ut illis indicto bello in eos miserit Pipinū cū exercitu, Pipinus ubi cum
 Germano milite appropinquat Venetiārum ditioni. Ex agro passim Veneto & ex
 urbibus etiam munitioribus fugierunt in urbem Venetiārum. Idcirco Heracliam
 nouam urbem, & Equiliū uacuas reperit Pipinus. Totamq; eorum in ea parte in
 Italia scilicet ditionē cepit Pipinus, nullo resistēte. Nicephorus in hoc bello suas
 similtates cū Carolo dissimulare non potuit, contra enim fœderis leges & fidem
 misit Venetis auxilia, & illos cōcitauit aduersus Carolum. Conatus & alios eo-
 dem tempore excitare. Quæ res Carolum nō mediocriter cōmouit. Quare auget
 copias, maiorēq; urget bellum animo & apparatu. Profuit autē non parū, quod
 Venetorū quidā Principes Carolo fauebant. In urbe igitur nihil solide discordes
 proponere poterant, & erant debiliores Nicephori manus q̄ expectarāt, Caroli
 autem copiarū indices crescebant, ex quibus causis factū est, ut Veneti despōderint
 animū, petierintq; pacem, adeoq; ut se facturos quicquid iustū & equum esse iudi-
 caret ipse Imperator Carolus. Igitur nouū fœdus inter Carolum & Venetos est
 factum. Cuius hæ præcipuæ cōditiones erant, primò, ne unq; mitterent Constā-
 tinopolitanis principibus auxilia, neue ab illis peterent auxilia, & nihil prorsus
 cōmune cōmertiūm q̄ cum illis haberent. Secundo, ut sicubi necessitas exigeret,
 ut Carolo opus esset nauibus, ut certū numerū nauium bonarū darēt. Et certam
 summam pecuniæ cōtra Turcos cōferrent. Tertio, ut quando cunq; usus postu-
 laret, ut illi loca eorū & portus omnes paterēt etiam Venetiæ ipsa urbs. Hæc sunt
 literis & sigillis, iuramentisq; corroborata. Porro Veneti cū sint ferē omnes mer-
 catores, aut si qui sunt quibus nullo amplius quæstu est opus, ex mercatura has fa-
 cultates sunt cōsecuti, non diu igitur illam iacturam facultatū ferunt, uident enim
 aut mercatura rem quærendā, aut deserendā patriam mutandumq; locum. Neq;
 enim uineta in mari cōserere, aut æquor arare poterant. Ob has causas cum Prin-
 cipibus Cōstantinopolitanis iterū cōtra leges pacis redeunt in gratiā. Neq; enim
 mercaturam exercere possunt, nisi amici sint Cōstantinopolitanis. Quapropter
 cum Turcis tam diuturnā pacē nostra memoria seruauerūt. Nec diu possunt du-
 rare in ea populī frequētia, nisi amico utātur Turco, qui transmarina ferē omnia

loca sub suo premittit imperio, ex quibus ad nos per Venetos apportantur merces. Quã obrem si quando incidit cum Turco belli causa, breue solet esse bellũ. Pacẽ enim emunt magno, quã pecuniã ex Europa quã eius frui mercibus large recipiunt. Hanc defectionem Venetorum nõ laturus Imperator Carolus, multo quã prius apparatu belli ampliore inuadit eos, duce Pipino. Venetorũ subditi ut antea ex oppidis & agris passim se intra moenia Venetiarũ recipiunt. Pipinus omnia habitatoribus & omnibus rebus uacua facillẽ in potestate redigit. Erat autẽ consiliũ & spes Venetorũ, nõ diu cum tãto exercitu permanere posse in castris. Ipsi uero habebãt omnia necessaria in urbe uberrime, & libere nauibus per mare quo uolebãt inuehere poterãt, neque enim nauali facultate Pipinus pollebat. Ipsi uero classem habebãt magnam & bene instructã, & qui eam regebãt peritissimos, ad pugnamque nauale expeditissimos. Cũ igitur Pipinus aliquãdiu sic in castris tẽpus frustra tereret, Venetique nullũ deditiõnis aut timoris signũ præberent, sed se intra moenia cõtinerent, intellexit eorũ spem esse breui discessurũ. Erat primũ consiliũ Pipini, captũ agrũ & urbes aduenis habitatoribus tradere, fortibusque uiris ex Germania, & Italiã reliquã illis iungere, ut quando Veneti post exercitus discessum recipere conarentur, unã cõiuncti resisterent. Sed Carolus iubet eum nullis impẽsis parcere, classem quoque parare, qua etiã ab usu maris prohibeantur. Pontifex in classe parãda & tota Italia iuuat eum. Postque circumdedit urbẽ mari & terra, pontẽ ab arido usque ad urbẽ, magnũ opus, facere instituit, cum autẽ penẽ erat ad urbem perductus, igne à Venetis miro artificio & materia factõ, correptus media nocte totus cõflagrauit, perijtque ea nocte magnus militũ, qui in ponte erant, numerus. Classem quoque eius incẽdere conati, sed Itali qui in ea erãt cauerunt, sed Naualis pralio congressi cedere coacti sunt Pipini naues, una atque altera amissa. Quibus rebus non parũ cõmotus est ira Pipinus, sed quo magis cupit ulcisci, hoc minus spei est fieri posse. Videt enim inexpugnabilẽ urbẽ, uidit obstinatos ciuiũ animos. Pudet sic discedere, rebus infectis. Imperator Carolus subornat Pontificem, ut se interponat & qualẽcunque possit pacẽ faciat. Pontifex ad Venetos mittit legationẽ episcopũ uirum facundia & prudẽtia insigniter dotatũ. Qui ubi uenit ad Venetos & Pontificis uoluntatẽ & postulata de pace exposuisset. Responderunt, se nullis rationibus posse mercaturã qua ciuitas ceperit & in eam magnitudinem creuerit & hactenus cõseruata sit, relinquere, nisi uelint et cœlum mutare. Sed ad impossibilia promittẽda adactos à Carolo, quã seruare ullis legibus nemo cogatur. Quare aut libertatẽ suã uelle retinere, aut extrema omnia tentare, si Carolus uelit eis integrũ relinquere cum Constantinopolitanis & etiã cum Turcis mercaturã exercere habiturũ amicã ciuitatẽ, & quã officia iusta nunquam sit negatura. Interea Pipinus reparare naues, simulare se alios milites ex Germania expectare, moliri maxima quaque. Veneti respondẽt Pontificis legato si possit efficere, ut in quiete possint statum ciuitatis cõseruare, salua libertate, maximi beneficii loco habiturum. Donat præterea munuscula nõ uulgaria legato, qui horũ respõso audito ad Carolum proficiscit in Germaniã. Agitque apud Carolum Venetorum causam, & exponit Pontificis uoluntatẽ de faciẽda pace, quasi ignarus, quod hoc Carolo magnopere placuit taciturnitas & fides Pontificis. Venetorũ causam serio agit, quod tueri statũ urbis sine Græcorũ & aliorũ exterorum cõmercio non possint. Si ex agricultura aut pactione uiuere uelint urbem relinquendã necessitate coactos, inuitos cõtra Cæsareã Caroli maiestatem egisse. Caroli uirtutes à plurimis Venetiarũ principibus uiris prædicari cãdidissimẽ. Nihil æquẽ cupere quã à Carolo occasionẽ præberi quo animum ciuitatis erga eum declarare possint. Petere pacem, sed cum libertate cõiunctam, sed in qua urbis status possit durare, sed possibilem

bilem seruatu, cōtractū quā non cogant uelint nolint, agere. Carolus à Pontificis
 legato episcopo placatus & Venetis beneuolus redditus totus. Respondet se ma
 iora Pōtifici nō negare aut posse aut debere. Venetis ignoscere & quacūq; ad au
 gendā ciuitatē faciant cōcedere. Episcopū multis officijs collatis, dimittit, cupitq;
 arbitros Pontificē et hūc legatū de cōponenda pace cū Venetis, fit pax, sua omnia
 recuperant, libere cum omnibus cōmertia agunt. Dimittit exercitus. Hoc pacto
 hoc est finitū bellum. Graue quoq; cū Boēmīs gessit bellum, contra quos cum
 copijs Carolus Magnus misit suū filium Carolum. Qui cum Boēmīx appropin
 quasset, obuīā illi Boēmī uenerūt, utile putātes hostē in fines suos nō admittere.
 Collocarunt igitur p̄sidia per omnia loca montium & syluarū per quā hostem
 uenturum putabant. Vno uero loco cōgregatus est exercitus, qui in animo habe
 bat excipere hostem p̄lio. Quibus Boēmorum rationibus cognitīs Carolus,
 suas ex illorum rationibus moderator. Ergo iter tenuit per quod uēturum expe
 ctabāt, quādū potuit, & paruis itineribus iuit per aliquot dies. Hostes colligunt
 maximas uires suas in unum locum & bene muniunt castrā, & obstruunt ma
 gnīs laboribus uias. Simulat ergo se parare ad perrumpendā omnem eam mu
 nitionem per hostes, sed acceptis uiarum peritis ductoribus sub crepusculum no
 ctis iubet omnes se cibo reficere, promittit laboris p̄miū, iubet ut cogitent,
 quam paruis itineribus hactenus sint ducti, totos dies saepe iam quieuisse, ut una
 hac nocte sint animis parati rogat, sine omni discrimine ducturum in mediū ho
 stilem agrū, sed hac nocte festinandū. Incenditq; ignes adiecta materia qua ignes
 per totam noctē durent, p̄beantq; speciem manentis exercitus, taciteq; properē
 abducit exercitum per loca quā minime à Boēmīs expectabatur, inuenit tamen
 ea quoq; p̄sidijs munita, sed infirmis, ijs igitur partim captis, partim occisis, par
 tim fugatis, peruenit sine negotio in hostilem regionem. Erat autem ea nox stellis
 & luna clara. Luce orta Boēmī mirantur insolitū silentium, exploratores nuntiat
 hostes nusquam apparere, subito timēt ne illud sit, quod erat, nempe altam uiam
 ingressos, tamen discedere non audent, metuunt enī insidias. A meridie nun
 ciatur illis in castris ut aduolēt hostes uastare omnia. Boēmī properāt ad suos pa
 rētes senes, uxores, charos liberos & focos defendendos. Eo die hostē consequi
 non possunt, sed ueniunt ad uastata & incendijs consumpta ædificia, nouā & de
 plorandā patriæ faciem. Festinant igitur per totam noctem eam & sequentē lu
 cem cōfusi dolore & ira, eo uesperu ueniūt in hostiū conspectum. Qui castris mu
 nitīs quiescunt laboribus & longis itineribus fatigati. Boēmī ceu irrationales irri
 tati animantes, fessi & fame debilitati ad castrorum uallum inexpugnabile currūt
 magno clamore, repulsi igitur aliquoties, multis amissis, alio loco non minus fir
 mo tentant, & sic per totā noctem frustra oppugnant castra, amittuntq; magnā
 copiarum multitudinem. Luce orta uidens Carolus non cōpotes mentis, cōsi
 lium ex tempore capit, nempe uidens aut omnes sine suorū iactura oppugnādo
 casuros, si uelint pergere, ut ea nocte sine ratione fecerāt, aut discessuros ut quiete
 & cibo se reparent. Quare equitatū paratum iubet ad portam expectare, ut cum
 primum signum datum illis sit erūpant, & extremum agmen abeuntium carpāt,
 alio loco in eundem usum etiā expeditos leuis armaturæ pedites constituit, qui
 signum expectent erumpendi. Boēmī ubi uident multos lassitudine & fame defī
 cere, & expugnari castra non posse. Collem qui aberat circiter quingentos pas
 sus occupaturi se in pedes cōficiūt, sed fatigati tardius festinare cogūtur. Emis
 si equites, & peditatus magna pars à Carolo non extremum agmen carpunt,
 sed uniuersas penē copias obrutas contrucidant, pauci effugiunt. Atque ex ca
 ptiuis cognitum est totius Boēmīx uires hīc fuisse collectas. Carolus mouet tri
 duo post p̄liū castra, expugnaturus urbes. Boēmī mittunt qui pacē petant, qui

obsides daturos, qui quicquid iubeat facturos, polliceant. Prorsus enim erant fracti & uicti: nam etiā perierat in oppugnandis castris Princeps eorū Lechon. Carolus imperat obsides, cōditiones fœderis præscribit. Quid singulis annis Carolo Magno tribuere debeāt statuit, et reducit exercitū incolumē, tot hostibus occisis quod mirabile rarumq; auditu est. Porro cum tam multa hæctenus dicta sint de Francis Germaniæ, non est quod quisq; miretur: est enim magna pars superioris Germaniæ, & ante Carolū eiusq; maiores clari, præter alios Germanos, fuerunt bellicis laudibus, Valerianū à suis finibus repulerūt, Drusus Germanicus expertus est illorū fortitudinē. Post eum Caius armis eorū cedere coactus est. Vitellius quoq; eorū roboris testis est. Domitianū si quis roget respōdebit quales fuerint in bello. Traianus, qui inferiorē Germaniā subiecit sibi, ad fines Francorū usq; à Frācis abstinuit. Aurelianus apud Moguntia uicit eos prælio, sed minimè inultos. Probus sæpe uicit in superiore & inferiore Germania, sed à Francis accepit detrimētū plurimū. Valentinianus & Theodosius etiā Frācos cedere Romanis coegerūt, sed non ex agro Frāciæ cesserunt, fortiter à suis focis hostē quātumuis potentem repulerunt. Quæ autem prima sit Francorum origo multi fabulantur multa inuulter. Frācos esse superiores Germanos clarissime ex Strabone autore optimo, probari potest. Qui tēporibus Augusti uixit, & cum Romanis in militia sæpe uersatus est. Hic autor disertè Francos uicinos facit Vindelicis. Quos attingunt una parte adhuc nostra ætate. Hac occasione autē euecti sunt in tantam potentia. Gallienus Romanorū Imper. appellatus, Romæ in omni genere luxus uixit, parū curās imperij res, uenit igit in cōtemptū ignauus ueter. Erat aut in Germania dux, dotibus multis boni Imper. ornatus, nomine Posthumus, q ab exercitu cui præerat appellatus est Imper. Quod ubi ad Gallienū uenit, homo irasci, amicos cōuocare, auxilia eorū inuocare exercitū q; potest per facultates maximū cōscribere, cōtra Posthumū mittere, graue pōdus auri polliceri q caput ad se ferret Posthumi, quasi esset in uado si modo haberet caput Posthumi, mentis inops ueter purauit, nō cogitās se despici, & p fœmina scorto haberi. Audiēs uero hæc iram Gallieni & cōtra se mitti exercitū (quanq; nihil inexpectatū illi erat) ex Roma, Posthumus copias suas auget Germano milite & præcipue Francis, qui tum propter bellū, præter alios, laudi bene audiebāt. Maxima igitur Francorū multitudinem in exercitū assumit, expectat duces mollis hominis Gallieni sine sollicitudine, putat enim delicati principis seruos quoq; delicatos. Nimis ita cōtemnēs hostē, cōferens uirtutē sui exercitus ad adueniētis Romani robur. Cōfusus igitur militū uirtuti nihil periculi timet, quare per proditiōnē facile occidit. Præcipue tātō occisorī præmiō statuto. Posthumo igitur interfecto, Francorū copiae non propterea statim dissoluūtur, sed cū essent satis cōtra potentissimū hostē magnæ, unanimes statuūt persequi bellū, & nō propter unicū hominē Posthumū domū uacuos redire. Deliberāt igit qua potissimū parte Rom. imperiū sit aggrediendū illis. Alij primo alio loco aggrediendū censebāt, tandē uincit sentētia eorū qui se qui Rhenū cōsulebant usq; ad Treuerim, & apud Treueros trāsire Rhenū, Galliasq; inuadere, & sedes illic quarere sub feliciorē & tēperatiore cœlo. Postq; hæc diligēter deliberarūt, sine cessatione uia propositā arripiūt. Omnia usq; ad Treueros quæ in itinere erāt Romani imperij populant. Treuerim expugnata in potestatem suā redigunt & Galliā ferè totā capiūt, sedes in ea eligūt, de qua re est in superioribus quoq; dictū. Ex his Frācis nobilioribus fuit prosapia Caroli Magni. Nō desunt q uolūt eam regionē subiectā illis fuisse, quā iam comes Palatinus habet. De magnitudine animi & fortibus felicibusq; factis Caroli maiorūq; eius nīmū fortasse cuipiā dixisse uidemur. Quare multa apud alios obuia omittimus. Maximū quod in hoc uiro præcipue laudibus uehendū iudico est, quod nō satis habuit

habuit genuisse prolem, nisi etiā educaret rectē, & ut mortalibus usui esse posset. Quod non satis putauit regna acquirere, nisi bonis legibus, moribus, & recta religione instituta in pace liberali ocio locus esset. Quapropter ubiq; locorū tot cōcilia celebrarit, tantā adhibuit diligentia in personis, qui & religione & Reipub. præessent. Eas ob causas tot scholas, ut loquuntur, fundauit, ad discendas bonas artes, bonos mores, Christianam doctrinam imprimis. Autor est eius uniuersitatis quæ est Bononiæ, & eius quæ est Papiæ, eiusq; quæ Luteciæ est. Nec alio proposito tot fundauit monasteria, nisi ut iuuetus bene in illis instituta utilis esset exemplo & doctrina hominibus, & qui in illis cōsenescere mundi stultitia & pompa contempta cōtemplationi & orationi se tradentes statuerent, docerēt morum probitatem, ueramq; religionē populū. Multa de hoc eius nunquā satis laudato studio sunt apud autores, nos uno teste adducto satis habebimus. Sic igitur ferè ad uerbum est scriptum apud Nauclerū: Carolus pro suo religionis studio Vlmam regiā uillam abbati & cōuentui Augiæ maioris dedit, qui ecclesie iura, decimas, tributa, pensiones, per præfectos suos inde accipiebat, sed Vlmenses iam ad libertatē suā nō sine maximo, ut legimus incōmodo redierūt, donationē suā Carolus literis confirmauit, quarū hic exēplū habes: In nomine sancte & indiuidue trinitatis Carolus diuina fauente gratia Imp. Augustus. Si sanctorū monasteriorum loca, ne labantur frequenter sustentamus, sustentādo ditamus non solū deū per hoc nobis placamus, sed etiā nostri totius regni statū corroboramus. Quapropter omnium præsentium ac futurorū comperiet industria qualiter Vlmam nostram regalem uillā pro animæ nostræ ac parentū nostrorū remedio ad monasterium quod constructum est in insula quæ in Alamania partibus sita Sindleohesana nuncupat, ubi uenerabilis præsul Hetto spirituali turmæ præest cum omnibus appendicijs suis, & locis adiacentibus, tradimus atq; trāsfundimus, ut fratres ibidem regulariter subsistentes, & diuino operi die nocteq; iugiter insudantes, dum à nostris sumptibus alacriter procuratur assiduis eorū precibus deū nobis propitium facere dignent, ut cum prædictus Hetto cum fratribus suis monachis uidelicet atq; clericis in præfata insula exterioribus uiris remotis deo seruire liberius atque securius insistere ualeat cum ipsius abbatis desiderio suorumq; monachorū rogatu Adelbertū cognatū nostrū in supradicta Vlma aduocatū ac defensorem cōstituiamus, & eundē quia quales futuri homines sint ignoramus, ne statuta nostra uel quisq; suorū successorū trāsgrediat in præsentem cum iuramento tenaciter eligamus. Hac de causa nostræ placuit prouidentia eodē Adelberto defuncto in præsentia abbatis suorumq; successorū ac fratrum uidelicet monachorū hoc perpetua ponere potestate, ut sapientiū usi cōsilijs ex his quos inter potētes nouerint, & inuenerint meliores seculi & æquitatis amatores eligāt huic loco sicut & in ceteris locis suis cōpetenter aduocatos & defensores, eo tamē tenore ut quādoquē sui cōmissi præuicator, aut in rebus uel hominibus quod uulgo Balmūdē dicit existat, statim sine mora, sine iudicio aduocatiā perdat. Qui aduocatur & omnes sui successores quale seruitiū in præfata uilla Vlma ab Augensi abbate eiusdemq; ministris deinceps percepturi, uel qualē iustitiā ipsi abbatibus sint facturi breuiter hic determinauimus. Statuimus ergo & præcipimus si præsens Adelbertus aduocatus uel quisq; suorū successorū in prædicta uilla placitare uoluerit, quādo uel qualiter aut quotiens hoc fiat, in abbatis arbitrio pendeat, & ab eo disponatur, ut non compluribus quàm 30. equis ad placitandum ueniat, & tale seruitiū quale tunc reperitur, & quod prædictæ militū & equorū multitudini congruat & sufficiat, eidem aduocato prælibato abbas deceret & honeste exhibeat. Et ut hoc nūc & in futuro cunctis pateat regali nostro imperio sancimus & confirmamus, ut nullus aduocatus in præfata uilla maius seruitiū ab Augensi abbate, uel à suis ministris

ministris quasi ex debito exigat, aut adhibitū sibi statuatur ipse siue quasi ex iure ultra statutum quicquam usurpare sibi uel uendicare audeat. Insuper statuimus atque iubemus quicquid placitando ibidem acquirat tertia parte sibi retenta duas abbati reddat, & nullum aduocatū uel exactorem præter se sine abbatis permissione cōstituat. Addimus quod nihil priuati muneris uel seruitij in eadem uilla, uel à quolibet locorum illuc pertinentiū, siue à cellarijs quasi ex debito & statuto sibi iure exigat ac mansiones uel pernoctationes uspiam frequentare audeat. Quod si præsens aduocatus uel quisquam suorum successorum hæc nostra statuta transgrediatur, sine iudicio & absq; spe recuperationis iubemus, ut aduocatus statim priuetur, & alter fidelior ac iustitix amātor sano consilio in eius locū subrogetur. Et ut hoc scriptum nostrū atq; decretum ab omnibus firmiter obseruetur & obnoxius annali nostri signo sigilliq; impressione firmari iussimus. Datum anno salutis 813. Sed satis sint hæc de hoc incōparabili uiro, cuius memoria deletari prolixiores fuimus, quis enim nō cupiat perpetuo esse cū huiusmodi uiris.

DE GERMANIS

LIBER DECIMVS.



Natiuitate Christi anno 815. Caroli Magni Imperatoris Romanorum, Galliarum, Francorumq; regis filius Ludouicus regnorum imperijq; assumpsit habenas, propter summa in religionē obseruantia, & singularem pietatem clementiamq; Pius dictus. Quāprimum audit patrem Aquisgrani uita defunctum, illic properat, iusta patri persoluit, studium & curam omnem ad administrationem imperij & regnorum conuertit, nullis laboribus abstinuit, quo omnia in tranquillo felicitq; statu perseverarent. Nam maxima in rebus administrandis prudētia & cura est opus post magnorū principum mortē, solent enim tum multa moueri, multi res moliri nouas. Ad quam pestem excludendam impiger fuit hic nouus Imperator Ludouicus. Primū ergo legationes quæ ad patrem uenerant, quæ multæ erant & de rebus maximi momenti, patienter audiuit, & respondit; Comitij mox habitis magnatum, ad leges custodiendas & pacem communem conseruandā legatos in regnorum omnia loca mittit. Paucis post mensibus uenit ad Imperatorem in Gallias, qui tum agebat in Aurelianis, Pontifex Romanus Stephanus, qui Leoni successerat, de publicis ecclesie cōmodis stabi- liendis, & seditionibus tollendis acturus. Pontifex cum omni, qua potuit fieri, reuerentia est exceptus ab Imperatore. Et non minore cura & sedulitate res ecclesie curat Ludouicus Pius quā Pontifex ipse. Noluit enim suorū maiorum ue- stigia deserere. Hoc autem præcipue dicitur Imperatori Pio placuisse in Pontifice, quod orauerat pro suis persecutoribus, & illis Romanis qui in causa Leonis Pontificis in exilio erant. Solennibus postea sacris ex more celebratis Pontifex Stephanus corona imperiali Ludouicum coronauit, Romanorumq; Imperatorem salutat. Rebus igitur ecclesiasticis ex animi uoluntate ordinatis, dimittitur Pontifex Romam, Eo anno ecclesia Reatina uacante, ut sic loquar, Pontifex noluit electum episcopum cōsecrare nisi ab Imperatore Pio obtinuisset prius licentiam. Habetur in Decretis 63. dist. c. Lectis. Ex quo satis clarum est, tunc inuesturas episcopis præstitisse. De quo Imperatorum iure, prius est dictum. Leo Imperator Constantinopolitanus, hoc anno legationem misit ad Ludouicum Pium, qui petant confirmari & renouari foedus, quod inter Carolum Magnū & Constantinopolitanum Principem fuit, Quod facile impetrarunt ab eo Principe cui nihil

nihil antiquius pace & rerum tranquillitate. Eo quoque anno moritur Stephanus
 Pontifex, in eius locum eligitur Paschalis Romanus natione. Hic, quonia electus
 erat non accedente Imperatoris Ludouici calculo seu autoritate, sine mora lega-
 tos ad Imperatorem mittit, qui proueniant accusatores & antequam animus eius ir-
 ritatus propter laesam maiestatem aliquid apud se contra electionem statuat. Ve-
 nitunt ergo legati antequam ulla fama de ea re ad Pium permanisset. Exordijs mu-
 niunt sibi uiam, tractant oratorijs artibus Principis animum, tandem huc euadunt,
 paratum se deponere, si displiceat Imperatori, pontificatum, imò non assumptum nisi
 autoritate eius confirmetur. Culpamque reijciunt in clerum & populum, sed propter
 probitatem uitae & pietatem tantopere fauisse omnes illi, neminem digniorem in-
 uentum, non ambiuisse, ministerium ducere & onus, quod inuito imposuerint,
 paratum si iubeat Imperator alij cedere. Qua oratione Caesar persuasus, ratam ha-
 buit eius electionem. Sed ne posthac fieret se inscio edixit, in quibus populo & cle-
 ro maiorum instituta, leges, & pacta esse seruanda, in posterum impune non lae-
 suos maiestatem, quare cauerent, nec haec sua facilitas & clementia eos audacio-
 res redderet ad leges prauaricandas. Itaque dimisit, ut simul facilem & seuerum uirum,
 sineque leuitate clementem Romae praedicarent. Posthac apud Aquisgranum gene-
 ralem habuit synodum ecclesiasticorum & secularium procerum, in quo de uitis ex
 ecclesia tollendis, de reformandis, quae in deterius labebantur, multis ecclesiasticis
 rebus & personis, de scholis instituendis, de probandis personis in ministerium ec-
 clesiae assumendis, de personis in monasterijs alendis, de rationibus tenendae pacis,
 de ritibus ecclesiasticis, de psallendo & cantando non ore tantum, sed & corde,
 de alijs ad societatem & uitam felicem mortalium facientibus, est tractatum. In
 eo quoque consilio tres habuit filios, quos illi Hirmegarde peperit legitima uxor,
 quorum Lotharius in imperij consortium admittitur, futurusque pronunciat Caesar.
 Ludouicus Boioarix rex creatur, Pipinus Aquitanix rex declaratur. Nam il-
 la fuerunt filijs nomina. Porro Lotharium imperij consortem, in Italiam legauit,
 ut eius res quod ad imperium attinet gubernaret, sed prius iussum proficisci Ro-
 mam, ut a Pontifice Paschali diademate coronatus plus autoritatis & iuris acce-
 deret. In superioribus est dictum Ludonico Caroli Magni filio fuisse duos fratres
 germanos, nempe Pipinum & Carolum, qui ambo uita sunt defuncti ante mor-
 tem patris. Sed reliquit Pipinus filium nomine Bernhardum, qui ius regni Italici ad
 se pertinere uoluit, pater enim eius Pipinus ab Imperatore patre suo fuit rex con-
 stitutus super Italiam, & mortuo Pipino, Italiae regnum ab eodem Carolo Magno
 auo suo est traditum Bernhardo Pipini filio. His causis contra patruum suum Ludo-
 uicum, & filium eius Lotharium arma parat, copias cogit, omnes in alpibus, qui-
 bus uenturus putabatur Ludouicus Imperator, uias praesidijs firmis occupat, ex-
 ercitus quotidie auget, urbes munit, se Pontifici insinuare nititur, sollicitat ad de-
 fectionem quosdam. Haec omnia nunciantur Carolo cum adhuc esset congregata
 synodus Aquisgrani, Ludouicus causam suam in comitijs agit, nullis praesentibus
 qui nomine Bernhardi ex aduerso illi responderent, quanquam fuisse dicuntur
 qui causam Bernhardi iustam iudicarent & percognitam habuerint, tamen nemo
 contra mutire, nemo non praesenti Imperatori adulari, omnes nepotem eius Bern-
 hardum crimine laesae maiestatis condemnare, hostem communem imperij iudi-
 care, omnes polliceri auxiliares manus aduersus seditiosum laesaeque maiestatis reum.
 Imperator milites per totam Germaniam & Gallias conscribit, & cogit copias lon-
 ge, quam opus fuisset, maiores, properat Italiam uersus ubi uenit ad alpes, Bern-
 hardus ueritus ne magis commoueret animum patrum Ludouici, si resisteret, praesi-
 dia deducit quibus obstruxerat in alpibus uias. Intellexit enim contra se totum im-
 perium uno omnium consensu conspirasse, suasque copias ad Imperatoris collatas
 I omnino

omnino impares, Imperatoremq; bellū posse producere, si opus sit, in multōs annos, se uix pauculos menses, Cōfidiūq; ueniā & gratiā se inuenturū apud Imperatorem qui studeat clemēs & pius haberi, illi q; nominibus iam per totū orbē benediciat, & apud patruū suum propter sanguinis coniūctionem. Quare ad Imperatorem patruū suum confugit, genibus i. exis ante eum procumbēs in hanc sententiā in eum affatur. Se ausum accedere ad eum apud quem sciat maximis delictis ueniā, quemq; sciat propter charitatē Christi etiā hostibus non solū ignoscere, sed & benefacere. Pietate illa cōsiliū deprecari culpam, agnoscere stultitiam suam puerilem teneritatem, & tatis errori ignoscat, posthac reueriturū se maiestatem cum omni debita obseruatione. Non sua malicia factū, sed impulsu quorundam factū, sese fortunāq; suas in illius manū & uoluntatē ponere, cū pace ratum habiturū quicquid eius bonitas statuatur. Admonuit simul eū unitatis sanguinea. Volūtatē Caroli Magni, mentionēq; nō tempestiuam imprudēter fecit iuris sui, in fine orationis putauit, opinor, animū ad cognoscendā causam paratū. Ludouicus Imper. patruus, offensus, ut creditur, orationis sine, qui de iure Bernhardi regnum Latinū fuit, Nepotē adhuc admodū adolescētem & tres episcopos (quorum instinctu potissimum tantam rem conatus fuerat) scilicet Theodolphū Aurelianensem, Valfredū Cremonensem, et Anshelmū Mediolanēsem secū Aquisgranum captos duxit, multis tamen prius qui studuerant Bernhardi partibus in Italia anteq; discederet iugulatis uiris. Cōcilio Aquisgrani habito, in quo omēs, ut fieri cōiueit, assessores prius q; cōsulerent aut sententiā ferrent, diligenter explorauerūt quā esset animi Imperatorij sententiā & uoluntas, quā cognita rogati eam ferebant sententiā, quā maxima placitura uisa est principi. Horum igitur iudicio damnatus Bernardus rex nepos Imperatoris capite luit pœnas. Episcopi, propter religionem qua non licebat eos occidere, sunt in exilium missi. In hac synodo putant quidā eorum locorū Italix ius ab Imperatore Ludouico pontifici sedi donatū, de quo Volaterranus lib. geograph. Nam in eo concilio definitum esse quid iuris Pontifex, quid Cæsar habere debeat in administrandis rebus imperij. Item declaratū esse per quas regiones & facultates, census & uectigalia Romana sedes sustētari honestē debeat. His rebus ex uoto Principum dispositis, incidit grauissimum bellum cum Saxonibus, qui, ut saepe aliās, ab imperio defeecerant, Viromacho duce & defectionis autore, qui affectauit regnum, proptereaq; hanc seditionem excitauit. Ludouicus igitur Cæsar opibus & copijs præpollens multis regibus, nedum Saxonix uni parti Germanix, adoritur Saxones, Viromachus suā factiones turbā cōtra ducit, sed Saxonix urbes & magistratus etiam illi qui Viromacho promiserant eandem cum illo fortunā laturos, ueniūt ad Imperatorem se excusant, petūt ut per eum in pace uiuere possint, hunc turbatorem pacis Viromachū ē medio tollat, secum inutilem ociosorū colluiem hominū habere, quosdā coactos metu eius castra sequi. Et negāt cōmeatum passim ij quoq; quos maxime suos putauit. Quod cum uident paulō cordatiores in castris Viromachi, suum cōsiliū repudiant & desperatis rebus castra deserunt, domū se recipiunt, purgāt se alius aliter, quidā dicunt se coactos ab eo, alij dicunt nefandum & temerarium eius propositū cōtra imperium nesciuisse, aliudq; nescio quid, se uoluisse agere. Contra hostes fidei susceptam expeditionem putasse. Sic igitur socijs, amicis, cōmeatu, comilitonibus præcipuis destitutus Viromachus facile est uictus, & interfectus, eiusq; morte est bellum finitū, redijtq; Saxonix in uia. Ecce alio loco alia tempestas. Erat Angliæ princeps Normānus nomine (sunt qui & illum ex maioribus Saxonem fuisse) qui bis aut ter foedisragus uictus a Francorum regibus toties gratiam & ueniā consecutus est, iam iterum contra datam fidem res cōtra imperium nouas molitur, & coacta nebulonum magna multitudine

dine occupat magnam Britaniæ partem, & turbat totam eam insulam, ut neq; le-
 gibus, neq; religioni esset ullus locus. Contra quem ubi misit copias suas Impera-
 tor, idem ferè accidit illi Nortmanno quod iam diximus Viromacho contigisse.
 Et solet plerisque accidere qui turbæ multorum nebulonum nituntur, contra
 leges, ut uno uerbo hoc bellum expediam, Nortmannus uincitur, obtruncatur,
 alma pax Angliæ redditur. Mox ab alia plaga è regione alia exoritur atra tempe-
 stas, in inferiore Pannonia, in ea enim regione quidam nobilitatis primæ Linte-
 uintus nomine, contra Romanum imperium magnam multitudinem excitauit,
 quasdam etiam urbes ea factio habuit quam cum indies crescere intelligeret Im-
 perator, maturè occurrit crescenti seditioni. Mittit enim ex superiore Germania
 militum selectissimorum sufficientem multitudinem contra quantasuis copias.
 Linteuintus suas cõstituit in urbibus aut alioqui munitis locis expectare, ut aut
 cogerentur locis iniquioribus secum dimicare, aut producto bello tandem disce-
 dere infectis rebus. Sed consiliũ fefellit eum, copix enim Imperatoris occupa-
 runt omnia per totam Pannoniã & Vngariam loca beneq; præsidis munierunt.
 Linteuintus suos diuisos tribus habuit partibus, qui cū uiderunt omnia ubiq; ho-
 stem in manu habere, seq; obsessos adeoq; captos, longè numero inferiores esse
 etiãsi collecti essent omnes, non posse autè cõuenire uidebãt, hostem uero per fa-
 cultates posse bellũ, si sit necesse, ducere in multos annos, quare desperarunt, acce-
 debat maximum incõmodum nempe ita erant obsessi, ut alij non potuerint scire
 quid alij agerẽt, aut cum illis ageretur. Duces exercitus etsi uiderunt hostem in ma-
 nibus suis esse, tamen cupientes quã primũ negotiũ expedire. Eam partem op-
 pugnare occipiunt, quæ uictu facilior uidebatur, sed nihil proficiunt, nisi uoluiss-
 sent perdere multos fortes milites, maluerunt autem tempus terere longius quã
 expugnare castra cum iactura tot militũ. Ergo aliud tentãt. Induunt ergo milites
 prorsus quali habitu uestitos uiderunt illos quorũ castra oppugnare conati erant.
 Præmittuntq; equites ouantes ad illos qui alias partes duas obsidebant, & iubẽt,
 ut præparent se ad expugnationem illorũ alios esse trucidatos omnes præter pau-
 cos captos, primũ quidem non crediderunt, sed mox cum uiderunt uenientes tin-
 ctos qui erãt induti uestibus similibus sociorum suorũ, stupefacti nihil amplius
 dubitauerunt, pacẽ hostes & misericordiã petunt, facturos se quæ imperet Impera-
 tor promittunt. Facta deditiõ, æquas cõditiones pacis cõsecuti sunt. Leges sunt re-
 stitutæ, & quietus status in Pannonia & Vngaria. Contra Vascones misit filium
 suum adolescentẽ Pipinũ, sed datis illis senioribus consiliarijs qui eius iuuetutis
 feruorẽ temperarent, superatur bello hoc Vascones, & iugũ imperij illis imponi-
 tur, redijt uictor triumphans Pipinus. Eodem tẽpore uxor Ludouici Pij Hirmo-
 gardis regina moritur. Anno post eius mortẽ proximo duxit Guelphi comitis
 filiam Iudithã quam ex multis forma & nobilitate præstantibus uirginibus ele-
 git. Hæc peperit illi filium qui uocatus est Carolus Caluus. His temporibus Mi-
 chaël Cõstantinopolitanus, qui Leoni in imperio oriẽtis successerat, misit Ludo-
 uico Imperatori maximi precij munera, inter quæ fuerunt libri diui Dionisij de di-
 uinis nominibus, & de coelesti hierarchia latinitate donatos. Anno à natiuitate
 domini 822 Lothariũ filiũ misit in Italiã ad suscipiendam regni Latij gubernatio-
 nem. Lotharius ergo Romã profectus gratia cõsequendi quæ putabat ad regem
 futurũ necessaria. Igitur in Basilica S. Petri ungitur, & coronatur à Paschali Pon-
 tifice, appellatur & salutatur rex à toto põtificio qui tum aderat populo. Sed Ro-
 manæ urbis magna pars & per Italiã multæ ciuitates & principes regem recusa-
 runt, multa aduersus eum intolerabilia faciẽtes: quare Lotharius cogitur adire pã-
 trem, ut auxilio & cõsilio eius adiutus Italiã obedientem reddat. Ecce in itinere
 nondum Italiã egressus è Roma sequuntur nuntij qui significant, Theodorum

Romanæ ecclesiæ primiceriū, & Leonem eius generū in patriarchatu Lateranēsi primū oculis crudeliter effossis, postea decollatos, idēq; perpeffos nulla alia causa q̄ quod Imperatori & regi Lothario ex animo fauebant, neq; dubiū ullū erat Lothario hanc causam fuisse, quod tam atrocibus supplitijs affecti erant illi duo summi amici Imperatoris. Est etiā uulgò creditū Paschalē Pontificē huius facinoris cōscium fuisse, atq; etiā iussisse fama erat. Multæ concurrebāt, quibus uerisimile fiebat, causæ, tamen Imperatores Ludouicus & Lotharius adduci nō potuerunt, ut hoc de Pontifice crederent. Neq; enim probabile illis uidebat̄ ex sede apostolica tantū profectū facinus. Curiēsem igitur Comitē nomine Hunfredū, & quosdam alios quorū prudentiæ & fidei fidebāt, Romā mittunt inquire di gratia ueritatē, cōmittūtq; illis ut nihil omittāt quo illā causam p̄cognoscāt. Pōtifex Paschalis, audito oratorū Ludouici patris & Lotharij filij aduentum, triginta cōuocatis episcopis, quos sciebat contra se nihil facturos aut dicturos, admissis etiā oratoribus Imperatorū, innocentia suā iuramento testat̄, nam alijs argumentis difficilis purgatu erat. Etiā occisos pronunciauit iure cæsos tanq; maiestatis reos. Ipsosq; interfectores qui latere nō poterāt, quicq; erant familiares Pontificis, de familia uel delictet S. Petri, absoluit, beneq; de Repub. meritos iudicauit. Quibus planē iudicijs tā suspectū se multis Paschalis reddidit, ut nihil prorsus dubitarint eius iussu scelus perpetrātū. Legato igitur abeūt, re satis explorata, Paschalis cū animaduertet uiris se suspectū, eosq; dolere casum interfectorū, ueritus ne apud Imperatores liberius dicerēt de hoc facto, mittit simul cū eis suos oratores qui causam suā apud Imperatores agerēt. Qui unā perueniunt ad Imper. Hunfredus uir liber animo & lingua, & ueritatis amicus enarrauit omnia ordine. Amicos illos interfectos Ludouici & Lotharij Imperatorū fuisse dubium nō erat, quare putauit grauius laturos Imperatores. Subridēdo iram indicās dixit: Pontifex iureiurādo suā innocentia purgauit, sunt ex familia eius qui latrociniū perpetrarūt, Pōtifex non tantum absoluit eos, sed & magnifice meritos de Repub. iudicauit. Quæ iudicia cui nō sunt certa indicia, quo nō solum dissimulante, ut prius suspicabamur, sed iubēte hoc sit factū. Postero die audiunt Pōtificij oratores, hi excusant Paschalē, multa in trucidatos dicūt, sed mortui nō respōderūt. Quanq; nō obscura erat tota res, ut nullo cōtradicante, res ipsa satis negotiū manifestarit. Ludouicus Pius hic multis nimīū Pius uisus est in Pontificē Paschalē, nā duos Cæsaris amicos, quibus Romæ nullos habuit synceriores, credebāt tam miseris modis quibus dictū est iam, necatos Paschalis cōsilio & iussu, nulla alia ex causa q̄ q; nimīū cōfidenter resistēter Pōtificijs conatibus cōtra imperatoriū ius. Sed Ludouicus intētus in sanctitatē Pōtificiæ sedis, memorq; quomodo erga eā affecti fuerint maiores sui, cauendum putauit, ne aliquid nō paternum daret. Semel namq; proposuerat omnibus uiribus Romanæ sedis dignitatē defendere & augere, id q; per omnia imperij sui tēpora diligenter executus est, neq; eū ullus Pontificū, quorū dum ipse regnauit fuerunt quatuor, nō usus est eius opera, auxilia, & sudoribus: saepe autē eius adiūmēto opus fuit illis in seditionibus Romanorū, & aliorū hostium ecclesie. Hoc tēpore, autore nō indiligente rerū scriptore Bibliothecario, clarius definit uir Ludouicus q̄ in Italia ciuitates imperio, quæ ecclesie iuri subiectæ esse debeāt. Imperio autē ascripsit in Hetruria Aretū, Clusium, Pistoriū, Volaterras, Florentiam à Carolo Magno restauratā, Lucā urbē, Pisas, Perusiā. Reliqua omnia in Hetruria Rom. ecclesie attribuit. Præterea in Vmbria adiunxit Tudertū, ultraq; Appēninum Romaniolā, et totum Rauēnæ urbis Exarchatū. Et quo in Imperatoris liberalitate Pōtifex nihil desiderarēt, Ludouicus totū ius eligendi (si creditur ijs quæ literis sunt cōmissa) Papam cōcessit Romanæ curiæ, episcopis, abbatibusq; & reliquis sacerdotū principibus, cum antea, ut est supra dictum, sine calculis

ealis Imperatorū ius nō haberēt episcopū Romanū eligēdi. Hoc enim ius Adria-
 nus Papa fecit Carolo & successoribus eius. De hoc tex. est 63. dist. Ego Ludouic-
 cus. In quo loco tamē hoc iuris sibi et se sequētib; Imperat. cōseruatum uoluit;
 ut creatus & cōsecratus quilibet Papa statim legatos suos ad Imper. mittat, q̄ for-
 dus & pacē inter Pontificē & Imper. renouent & stabiliet. Quod ius Frācorum,
 hoc est, reges Gallia ad nostrā usq; atatē putāt ad se pertinere. Alij uolunt Impe-
 ratoribus hoc ius datū. A natiuitate Christi tēpore Ludouici Pij, anno 823. in co-
 mitijs Francofordiā celebratis uenerūt ad Ludouicū duo fratres quorū uterq; ad
 se pertinere iure contēdebat, regnum Vuilzorū, quare litis iudicē & arbitrū com-
 muni consensu elegerunt Imperatorē, ut quicquid ille iudicaret uterq; haberet ra-
 tum. Venerūt autē & alij legati de regno Vuilzorū, ex quibus cū Ludouicus intel-
 lexisset, iuniorē natu gētem optare, meliorisq; indolis ipse uidisset eū esse, statuit
 ut iunior regnū gubernaret, sed fratrē eo loco haberet quo deceret. Cūq; uideret
 periculū ne discordia fratrū euaderet in tragicū quempiā finē, non dimisit eos do-
 nec uidit placatū maiorē, quē suspēdit magnis promissis, liberalissimeq; ambos
 donauit muneribus Imperatore dignis, & iureiurādo sacramētoq; cōcordia inter
 eos facta, cum pace dimisit. Venerūt & alij magni principes qui sententiā & cōsi-
 lium petierunt huius Imperatoris. Missa sunt & illi magna à magnis regibus mu-
 nera, & à ciuitatibus magnis. Haftenus fuit Ludouici imperiū felix, tempestates
 ortæ sine magnis tumultibus sedata fuerūt. Sed sequētib; annis eo regnāte, inte-
 rinis odijs & bellis omnia miscent magno hominum malo. Et externi hostes in-
 Christianos sauerunt. Prodigia quoq; accesserūt tot, ut fatalia hæc infelicia tēpo-
 ra sint credita. In Germaniā quibusdam locis terræ motus euerit multa ædificia.
 Grādines magnitudinis tātæ quales prioribus seculis nunq; uisæ sunt, ceciderūt,
 homines & pecora interemerunt. Narrant præter ea multa qui prudens omitto,
 quia pleriq; nullā his rebus fidē habent, & certe plerūq; sunt uana. Mortuo Pa-
 schali Romāo Papa, creat Eugenius in locū eius Pont. 101. qui regnauit Romæ
 annis tribus, ubi accepit Lotharius imperij cōfors patris sui Ludouici Eugeniū
 factū Pontificē, Romā petit, ut cōmuni uoluntate, cōsilio & sententiā cum Pon-
 tifice statum Romæ urbis & totius Latij reformaret, erāt enim uarij motus, fomē-
 tes bellorum, & mutua principum uirorum odia in urbe ipsa & per reliquam Ita-
 liā. Et Lotharius Eugeniusq; scribūtur magnā tum rebus in Italia uacillantibus
 opem & salutē attulisse. Tunc temporis, testimonio Blondi, primum Lotharius
 Imper. & rex Italia, magistratus in urbe Roma constituit, qui populo ius dice-
 rent, & causas cognoscerent interq; partes litigantes sententiā ferrent. Ex quo pa-
 tet ante libertate usos, sed per dissentiones & seditiones libertatē amiserunt: neq;
 enim regnū in se diuisum durare potest unquā. Hoc tempore Saraceni iterū inua-
 dunt Hispanias, magnā hominū & pecoris multitudinē abducūt, & multa loca
 populantur, urbes direptas incendio cōsumunt. Quam ob causam Lotharius ad
 patrem Ludouicum properat coniunctis uiribus statuunt quā primum duce-
 re copias aduersus hostem Turcam, conscribitur exercitus per Germaniā, Gal-
 lias, & Italiā, conscriptæ copię ducuntur recta in hostem, qui numero infinito
 erat & omnibus rebus bello necessarijs instructus. Et, quod nostris plurimum
 attulit difficultatis, loca in ijs regionibus bello ducendo omnia apta præoccupauit.
 Fuitq; omnino necesse nostris aut redire unde uenerāt, hostemq; grassari pa-
 ti, aut cum hoste cōserere manus iniquioribus locis. Redire domum, intacto ho-
 ste non conueniebat, erat enim res plena turpitudinis, ignominia, & periculi &
 damni. Reliquum erat tentare fortunā in quantauis loci difficultate. Primum igitur
 castella quædam oppugnare uisum est, sed quæ non aperta erāt & uacua, erāt
 præsidijs ualidis, & multiplicibus cōmunita, quare nequicq; oppugnare conati
 sunt.

sunt. Iacturaq; maxima fortium uirorum erat coniuncta cum oppugnationibus illis. Igitur ubi uidet non esse consilium tempus consumere & perdere bonos milites & nihil tamen efficere in oppugnandis castellis & urbibus, nihil intentatum relinquunt quo hostis prouocetur ad pugnam. Sed frustra omnia tentant. Hostium quidem exercitus non continebat se in urbibus, sed sub dio ostentabat se nostris, in loco tamen in accesso ita scilicet natura simulq; opera hominum munitus erat. Habebant a latere flumen latum & profundum, nauigabile a tergo mare, ab altero latere erat mons altus fossis in eo factis, sicubi opus putabant esse, a fronte altum & latum uallum inter duas fossas. Nostris montem nituntur ascendere, sed hostes uerticem tenent, deuoluunt ingentia saxa, obruuntur multi. Aliquot dies uehementer laborarunt, sed frustra. Hic premi Romanum Imperatorem Francorum uicem regem audientes Bulgari Panonias hostiliter inuadunt, ad quos debellandos & ab instituto prohibendos Ludouicus se conuertit, in Hispania tamen relinquens sufficientes copias qui obstant Turcis ne progrediatur grassando latius. Post discessum Ludouici cum copiarum parte, leuiora assidua prelia fuerunt inter Christianos & Turcas, habueruntq; uarios euentus, nunquam tamen iustum utriusque exercitus praelium est commissum. Nostris Hispania urbes reliquas muniuerunt, & hosti ubique praesidia opposuerunt, hacq; ratione bellum ita est ductum per aliquot annos. Habuitq; res inter eos non aliter atq; cum inter duas uicinas regiones est perpetua inimicitia. Sicq; sunt detenti Turcae non sine magnis impensis, donec tandem fatigati recesserint. Anno domini 830. Synodus magna est celebrata Aquisgrani, praesente & praesidente ipso Gregorio 4. Pontifice, qui patria Romanus fuit. Quae synodus coacta est ob nullam potiore causam, quam ut uita sacerdotum & monachorum ita esset instituta, ut etiam tacentes Christum docerent exemplo, & bona opera praedicarent faciendo. Est in ea synodo ex patrum sententijs multis uiuendi modus praescriptus profitentibus spiritualem uitam. Statutum est communi sententia huius concilij, ut episcopi & clerici nec preciosis, nec sericis uestibus, neq; baltheis aureis aut gemmatis utantur. Sed quae mundi fastus sunt despicientes, solum cogitent caelestia, qui non sit sic animatus inuilem esse ad spiritualem uitam, ordinemq; dehonestare, ut male audeat, multosq; a bonis operibus impedire, et efficere ut religio contempta iaceat, ergo scandala illa non ferenda in ecclesiasticis personis, decretum est, per hanc synodum. Per id tempus Mauri in Sicilia grassant hostilibus factis, Papa implorat Ludouici & Lotharii Imperatorum brachium, ut ferant Siculis auxilium, Imperatores tergiversantur ad alios hoc bellum potius pertinere, nempe ad Imperatorem Constantinopolitanum, se tamen non negare & suas manus si uideant serio rem agi ab ijs a quibus potissimum debeat. Dum haec aguntur prolixius, quam res Siculorum & uicinorum ferebat, uicini, quorum paries incendio proximus erat, quorumq; focis, uxoribus & proli ferox hostis imminebat, coniuncti tribus pugnis inter Carthaginem & Vticam Mauros superant, & liberata est Sicilia ab hoste sine aliorum adminiculo. Per ea tempora Ludouicus Imper. filio suo Carolo Caluo, quem illi genitum ex uxore eius Iudith supra scripsimus, dedit Sueuiam, Rhetiam & Burgundiam. Hoc alij filij Imperatoris grauius tulerunt, multi igitur praesati ecclesiastici se interposuerunt, patrem cum filiis concordem reddere conantes, praeter alia media quibus eos reconciliare nitentur, suaserunt Carolo, ut matrem Caroli uxorem suam Iudith, tanquam malorum omnium autorem a se abdicaret. Consilio spiritualium patrum obsecutus, repudiauit uxorem. Sed spe frustratus est, neq; enim haec media animos filiorum placare potuerunt. Ergo magnatum multi (qui gerebant in cordibus suis reposum odium erga Ludouicum alius alia ex causa, plurimi uero ob interfectum adulescentem nobilem Bernhardum) filios iuuenes per se satis furentes incitare non desinunt, cum illis conspirant, Ludouicus, nihil tale a liberis suis ex se genitis expectans, capitur.

Captum

Captum amici plerique deserunt, ad filios desciscunt, filijs nemo resistere audeat, multi assentantur illis, factum laudant. Quare in frequentissimo principum conuentu, cogitur omnem imperij potestatem deponere, filijs omnem dignitatem imperialem conferre. Deinde in monasterium includitur, custodibus adhibitis, quibus confidebant filij. Ex qua custodia post unum annum liberatus est, opera (ita deo disponente) multorum principum, quorum consilio & prudentia parata quoque erant illi ad manum copiarum & loca quo se reciperet, quibus fretus imperium & uxorem recepit. Filium Lotharium qui magnis copijs uenerat, in Italiam compulsi redire. Vbi receptum imperium uidet qui antea parum prospecte filijs adulati fuerant, ceu iam actum esset de Ludouico, fugiunt. Remensis archiepiscopus qui contra Ludouicum cum filijs conspirauerat, deponitur ab archiepiscopatu, damnatus lesa maiestatis, uita propter unctiorem donatur illi, in exilium mittitur. Propter hos in imperio graues motus, & quod uiderent inter Principes Christianos tanta dissidia, Saraceni innumerabili multitudine per portum Centumcellensem in Italiam irruerunt, omnia expugnantes & uastantes, ceu torrens ex improviso inundans omnia secum rapit, segetes, edificia, arbuta & arbores cum suis radicibus. Romam urbem obsidione cingunt, capiunt, omnia conuasant, occidunt mulieres, pueros, puellas & infantes. Ecclesia S. Petri equorum stabulum fit, excindunt multas egregias aedes, magnam partem urbis incendunt, templa diruunt multa celebria. Omnem Tusciam populantur eodem modo. Gregorius Pontifex mittit ad Caesares, mittit ad omnes Principes ubique, aduolat cum Germanis maxime ijs qui Heluetiorum montes incolunt Guido Marchio, quoscumque alios potest ex alpijs secum ducens, cum hoste congregitur, fit inauditum praelium, pugnatur a nostris fortissime, uincitur hostis, sed cum nostrorum sanguine supra mensuram multo. Hostis ita fugatur, ut tamen omnem praedam secum tulerit, in itinere Sicilia & Tarentum, Apuliamque uastarint. Lotharius a patre in Italiam repulsus, irascitur, quoscumque putauit patri studere, occidere, patris praefectos interficere, ecclesias expoliare (quod patri molestissimum iudicauit) legatos a patre missos contemnere, illis minari, Geruicam sororem ducis Bernhardi uiuam in uase claudi & in flumen Ararim proijci, iussit. Imperatorem hanc filij insania & impietas uehementer male habuit, quare Ludouico & Pipino filijs in gratiam receptis, contra Lotharium copias ducit, ubi utriusque patris & filij exercitus essent in castris non longo interuallo distantibus, Lotharius facile perspicit sibi omnia esse in toto imperio infesta, amici adulatores incipiebant eum deserere, multi deficere & diffidebant cause & uiribus Lotharij. Inops igitur consilij Lotharius, incipit cauere ne amplius irriter parentem, mittit ad eum qui tentent animum eius, an ulla gratia sit speranda. Qui erant missi, nescio quid retulerint. Filius ipse supplex patrem accedit, culpam grauemque poenam meritum fatetur, sed per uiscera Christi, per uiscera paterna misericordiam rogat, &c. Pius pietatis memor uerbis corripit & confutat uerbis filium, in gratiam recipit. Sacramento sibi deuinctum in Italiae regnum remittit. Non diu post hanc cum filijs concordiam Imperatoris Pipinus Aquitaniae rex obit diem suum, quo mortuo, Aquitania de rege subrogando ad Imperatorem legatos mittit, sed Imperator maioribus auocatur, ut in ea de rege nihil agere possit. Ludouicus enim filius rex Bawariae magnis coactis copijs Germaniam inuadebat, huic occurrens pater, morbo corripitur grauissimo apud Moguntiam. In quo morbo per quadraginta dies scribunt nihil comedisse neque bibisse, nisi quotidie sacramentum panis & uini, corpus & sanguinem domini Iesu. Lotharius filius ex Italia uocatus adfuit & grotum, quem benedixit pater, imperium totum commisit ei, data illi in manus corona imperialis aurea & ense quo usus fuerat in praelijs. Commendat illi Iuditham, & ut permittat eam relicta hereditate in pace frui. Cum Carolo fratre pacem seruat imperat.

Ludouico

Ludouico filio Bauarorum regi ignoscit. Rogat Lotharium ut inter fratres concordiam conciliet & aliat, religionem, & honorē gloriāque dei in primo loco semper habeat, cogitet semper hanc horam, quæ illi iam assit, & illi aduenire. Extremis horis nihil curabat terrena, passionē Christi meditabatur, orabat, perpetuō, obdormiuit sui imperij anno 26. Regio ritu magnificentissimè in ecclesia Metensi sepultus est. Anno domini 841, post Ludouici Pij mortem suscepit imperij factes Lotharius filius eius primogenitus. Statim à morte patris ingens dissensio orta est inter filios de regno Francorum. Fratribus enim eadem sententia manebat contra Carolum Caluum fratrem quæ erat cum patre in custodiam captum coniecterunt. Lotharius patris iussu, uoluntate extrema, & precibus nihil erat immutatus, discordias aluit fratrum, nō cogitabat nouissimā patris horam, quam ut memoria perpetuō haberet pater moriturus admonuit. Tantum potest ambitio, tantum dominandi cæca libido, tantum in filijs huius mundi potest ille qui tentat, & obcæcat mētes hominum. Et in hac cæcitate stultitiāque detinet plerisque donec carne infirmati oculi illis aperiantur, ut uideant, uanitatē huius mundi, elementorum corruptionem, uidēt autem omnes cum resoluatur hoc tabernaculum corporis nostri.

DE GERMANIS

LIBER V N D E C I M V S.



PIPINVS rex, de quo paulo ante, Aquitanie rex, filius Ludouici Pij, mortuus reliquit filium nomine Pipinū qui uenit de Aquitania, Lotharius ex Italia reuertitur, uterque cum copijs non modicis, uoluerunt omnino contra Carolum Caluum regnum Francorū diuidere in tres partes, ex autoritate testamēti aui sui Caroli Magni. Nō arbitros admittē, qui inter eos iudicēt, sed cogere uolunt. Ex aduersa parte Carolus & Ludouicus coniuncti sua mordicus retinere, nihil profus propter pacem fratribus cedere uolunt. Vtrisque pro iudice est uoluntas. Dum ita alteri alteris utro citroque legatis missis arroganter imperant & uicissim respondēt, utrinque exercitus crescunt, odia augētur, quare pugna inopinata committitur in agro Aluissiodorensi. Magis pertinaciter & acriter uix est unquam pugnatum, stragesque facta est maior inter fratres, quam inter maiores eorum & hostes, quæ tamē cædes quam multæ & magnæ fuerint audiuius. Carolus & Ludouicus uictores, sed sine mēsurā sanguine suorum, Lotharius cum ijs qui illi ex cruentissimo prælio reliqui erant Aquisgranum ex fuga se recipit, hic intromissus, monet urbem, sed frustra, sine mora enim fratres hostes sequenti ex Aquisgrano deturbatus Viennam cōfugit, sperans ad ferendam obsidionē eam firmiorē quam Aquisgranū. Fratres dum terror illius recens, dum nullū spacium cogitandi de reparandis uiribus, dum uicto nullus amicus qui audeat propter uictorem illum iuuare statuūt persequi, dum autem eum properantes sequuntur itinere ueniūt multi ad eos ex multis regionibus qui se interponūt, placare iram fratrum nituntur, ueniunt & Pontifices Sergij legati, quorū erat unus Archiepiscopus Rauē. cui nomen erat Georgius, Cuius casum operepremiū erit una aut altera litera indicasse. Hic Archiepiscopus antea quoque componēdi pacē gratia à Pontifice legatus cum esset apud Lotharium forte fortuna die quo prælium committendum erat, Lothariusque in fugam esset actus à fratribus, episcopus iuxta impedimenta Lotharij euentum prælij expectans, fugiente Lothario, amisit ferē trecentos equites, tot enim comitatus uenerat, uix elapsus est ex hostium manu. Legati

gati igitur multa excogitāt quæ ad sedandos & conciliandos animos fratrum uidebantur facere. Lotharium ante semper intractabiliorem nūc fortuna humiliorem reddiderat, quæ res ad pacem faciendam momenti attulit plurimum. Nec parum fecit ad cōsensum fratrum, quod omnium uires attrite erant per illam discordiā, omnes enim ubique facultates in milites & apparatus belli cōsumpserant. Post multa igitur cōditiones & media proposita, illa placuerunt. Vt Carolus esset rex Galliarum, haberetque sibi subiectas omnes regiones quæ ab Oceano usque ad Mosam sunt. Ludouicus rex Germaniæ uocaretur, haberetque sub se Germaniā, Pannoniā, Boemiam, Morantiā, Sclauorum regna, Bauariā, Franciā Germaniā, Thuringiā, Frisiā, Saxoniam, Sueuiam, quæ dicebatur, ni fallor, Alamaniā. Lotharius Imperatoris nomen solus fratrum haberet, ut pater Ludouicus ordinauerat, gentesque subiectas teneret, Romanos, Italos, eosque Gallos, qui habitant in Narbonensi prouincia, & qui Belgæ nominantur, à Rheno usque ad Mosam, quæ Galliarum pars à Lothario Lotharingia est à posteris uocata. Sed Pipinus Nepos eorum ex fratre Pipino, sortitus est regnum patris sui, Aquitaniam. His ita confirmatis iuramentis & sacramentis, modisque omnibus qui requiruntur ad huiusmodi, quisque recipit se in suum regnum, sed prius foedere facto, ut cuiuslibet hostis esset cōmunis omnium, &c. Anno post natiuitatem domini 843. Lotharius filium suum (in quem instituentem literis, præceptis salutaribus philosophiæ, & religione non tantum operam collocauit quantum progenitores eius in suos.) qui illi primogenitus fuerat, confor-tem imperij in frequenti principum cōuentu facit, & mittit Romam comitatum maximis copijs. Adolenscens indulgenter, molliter & male educatus, superbiens inflatus titulis, non cogitans se hominem in itinere inter amicos & subiectos omnia cædibus implet, pulcherrima ædificia incendit, euertit urbes. Cum autem Romam appropinquasset, illique uniuersus sacerdotum chorus obuius uenisset, canendo: Benedictus qui uenit in nomine domini, osanna in excelsis. Obuiam etiam ciues Romani in ordine primi pueri, mox adolenscentes, quos iuuenilis ætas sequebatur, deinceps reliquæ ætates usque ad decrepitos senes. Sicque comitatur eum usque ad Basilicam S. Petri, ibi expectat Pontifex eum, mutuoque osculo dato, unam eunt ad argenteas portas quæ clausæ erant. Conuertit se Pontifex ad adolenscentem, in-quiens: iam ex te scire cupio quo ad nos animo ueneris defendendi ne Rempub. an perturbandi, sauiendi an benefaciendi, si animus est tibi tueri leges bonas & maiorum sapientissima instituta patebunt fores & ingredieris, si est tibi alia mens pronior ad malefaciendum limen hoc ne tangas, enssem ostendens positum supra ianuam, dicit, uiden gladium omnium scelerum ultorem. Pontifex prudenter sic cum adolenscente egit qui nullos ante præceptores habuit, à quibus liberaliter aliquid discere posset, sed in sinu adulatorum educatus erat, id quod non ignorabat Pontifex. Simul omnia quæ perpetrarat scelera in itinere audierant Romæ, quare male ominati sunt de eius imperio. Adolenscens Pontifici respondet: Officiū se facturū boni principis, uestigia sequuturū maiorum suorum. Ne quid uereatur, sed bono sit animo iubet: aperiuntur igitur fores, ingressi genibus flexis orant ante altare. Paucis post diebus in frequenti ecclesia Pontifex Ludouicum oleo sancto inungit, coronat, regem Italorum appellat, Coronatus rex petit ut Romanus senatus sibi ceu suo regi iusiurandum præstent, quod illi negatum est, sed Lothario se dixerunt ceu Imperatori iuratos. Rursum hoc tempore Saraceni Siciliam & Tarentum opprimunt, Crotoniatem sinum in Italia capiunt, Saba rege Maurorum duce. Hostibus occurrit Theophilus Imperator in Oriente, cum Venetorum classe nanium 60. sed classis partim perit, partim in hostium potestatem peruenit. Theophilus suis ferè omnibus amissis uincitur, fuga ipse uitam suam uix seruauit. Saraceni uictoria elati Illyricum, & Ragusium, & Anconam diripiunt, & magna

parte incēdio cōsumunt. Toto mare libere grassantur. Ecce coortis tēpestatibus ita afflictaur naues fluctibus, ut ad unum omnes perierint. Nortmanni eodem tempore (intelligentes nimirum frustratim diuisum imperium per discordes fratres) Aquitaniam uastāt, post hanc Hieram insulam, moxq; longius progressi in Gallias Burdegalam, Santonas, Lutetiā, Turonium, Nouiomagū, Aurelianos, Pictauos miseris modis afflixerūt. Ex Aquitania incolis expulsis, sibi hāc sedem elegerūt. Eodē tempore Carolus Caluus in Anglia gessit bellum, propter quod Nortmannis occurrere non uacauit illi, quod alioqui percupiebat. Sed bellum illud Angliā ex animi sententia confecit, nisi quod Anglis ad seditionem prater alias gentes tum procliuis fidere non ausus fuit. Quare in cōponendis rebus longiore mora opus erat. Anno domini 853. defertur ad Lothariū fama, Leonem Pōtificē conari trāsferre imperiū à Germanis regibus uē Francorū ad Imperatores Constantinop. quare cum potenti militū manu Romā cōtendit. Leo excipit Imperatorē cum omni reuerētia, ac se purgat ita ut nullum scrupulum Lothario relinqueret. Delatores diligēter conquirunt, suppliciumq; de illis sumit. Itaq; discedit à Pontifice Lotharius sine ulla simultate aut suspicione. Mox post illā purgationem cōiunctis uiribus Pontifex, & Augusti Lotharius & filius eius Ludouicus cōtra Saracenos ducūt exercitū & uincunt. Anno à natiuitate domini 855. Lotharius filijs suis, quorū tres fuere, Regna diuidit, Ludouico primogenito Imperatoris nomē soli relinquit, & Latīū urbiscq; Romanæ ius. Carolo filio nato minimo Prouinciā Narbonensem possidendā dat. Lothario suo filio secūdo Lotharingiā regendā attribuit. In hunc modū omnibus ex animi sentētia ordinatis, reuocatus eorum quæ illi pater moriens predicauerat, uanitati mundi, bona cœlestia antepōnēs, uitam cœlibem elegit, monasticam amplecti in Premensi monasterio. Ludouicus solus Imperij habenas annis 21. regit. Hoc Ludouico imperante totā Galliā locustæ implebant, sex pedibus & sex alis, duobus durissimis dentibus, gregatim uolantes, omnes fructus terræ depascentes, & deuastantes usq; ad Oceanū in quo submersæ & æstu maris ad littus reiectæ cōputruerunt. Maxima mox est fames secuta, & crudeliter sæuiens pestis, ut uix tertia pars hominum in Gallijs superstes manserit. Hac tēpestate Lotharij filiorū duo tautū in uicis erāt, Carolo uita defuncto, qui in Burgūdiā regnauit, & Prouinciā. Duo igitur fratres eius superstes partiti eius regnū, Lotharius Burgundiā, Ludouicus Prouinciā accipit. Lotharius uxore Theoberga repudiata, sine iusta causa aliam duxit consensu quorundā episcoporum (qui pompam mundi stultā maioris faciebant q̄ ecclēstias ad bonos mores & populum in religione cōtinendum institutas) uel potius adulatorū. Quibus tamē alij boni patres episcopi prælaticq; se opposuerūt, & patrocīnantes ueritati & institutioni dei uehemēter resisterūt, adulatoribus legumq; diuinarū cōtempторibus. Lotharius intelligēs à bonis omnibus sibi contradici, leues quosdā sibi assentiri, pudore & timore inductus Galdradā quā duxerat secundis nuptijs repudiavit, priorem nempe Theobergā, sed cum non conueniret illi cum illa, non diu fert eam, iterūq; reiecta, pellicē, contemnens religionem & bonos sanctitate insignos uiros qui illum libere admonebant. Sed deprauatus animus correctione nulla emēdari potuit, carnis illecebris & illusionibus Satanae irretitus. Ne autē silētio praterēā quid Ludouicus, de quo supra, rex Germaniæ egerit interea tēporis: uir uirtute militari cū quibusuis maioribus suis conferēdus idq; testantē eius egregie gesta cōtra uarios hostes. Duxit copias Germanorum magnas aduersus irrequietā & rapinis intentam gētem Sclauos, qui magno exercitu cōtra erant parati, cum igitur utriq; Germani & Sclaui in æquo planociq; campo castra muniuissent (nam eo animo uterq; exercitus descēderat in planiciem ut cōfererent manus, sed neutris uisum erat tempestiuū pugnare, nec erat integrum

integrum receptui canere) neutriq; haberent uel aquā uel quod ederent, necessa-
 riō factū est, ut aquatum, frumentatū, & pabulatū irent in eadem loca, erat autem
 in uicinia nihil horum, quare quotidie equites & pedites ex utroq; exercitu peri-
 bant. Germani quanquā ferē semper superiores redibāt cum spolijs, tamen nō si-
 ne iactura multorū uincebāt, saepe etiā uincebantur, neq; enim potuit fieri in tam
 frequentibus prælijs ut non aliquando uicti discederent. Ob quotidianas igitur
 cædes cōmotus Ludouicus educit suos ē castris hostē ad prælium iustum prouo-
 cans, sed hostes attenuati quotidianis illis pugnis in frumētationibus & aquatio-
 nibus in castris perseuerāter se cōtinent. Ludouicus causam detrectādī prēliū in-
 telligit. Deliberat ergo uelit ne ita producere bellum & paulatim hostem cōsume-
 re, an castra, quæ altis latisq; fossis erāt circūdata, oppugnare, utrūq; non sine suo-
 rum sanguine copioso fieri uidet. Ecce nunciatur hosti auxilia uenire, quæ res sa-
 lutaris consiliij occasionē dedit. Videns enim paucitatē quæ reliqua erat ex tot pu-
 gnis in castris hostiū, diuidit suam exercitū in quatuor partes, quatuorq; locis cir-
 cum castra hostium singulas iubet singula munire castra, quibus factis fossis con-
 iungit quatuor illa castra, ut hostis sine difficultate ē castris egredi nō posset, nec se
 aduenientibus suis coniungere, itaq; munit uallis & fossis Ludouicus ut a paucis
 defendi possent. Ita inclusus hostis nullā habet spem reliquam, q̄ aduētura auxi-
 lia qui aperiant eis uiam, carent aqua, carent cibo & pabulo & ligno hostes, Ger-
 mani nullo impediēte omnia necessaria (quanq; ē longinquo petēda erāt) con-
 uehūt, ut in mēsem sufficiāt, si forte hostis ueniat numerosior propter quē non li-
 ceat egredi, ut habeāt satis, donec illi uel ad deditiōnē cōpellantur qui erāt inclu-
 si (nam satis sciebant ultro octo dies inediā perferre nō posse.) Vel incertā cogan-
 tur erūpere mortē, sine discrimine propter Germanorū munitiones. Hostes ergo
 (cum expectata auxilia tardius uenirēt, neq; enim nunciarāt suis tantopere præ-
 senti saluatore opus esse) postera luce manē supplices extendunt brachia abiectis
 armis, petūt uitā sibi donari, quidlibet facturos quod imperet pollicentur. Lu-
 douicus cōditionibus omnibus quæ sibi placuerunt præscriptis, Sclauisq; iurare
 coactis, inermes dimisit. Principē tamen eorū luminibus priuasse legitur, ut inu-
 tilis ad seditiones & tumultus excitādos redderet homo ferox & impius animo.
 Nō possum mihi tēperare quin narrē somniū, a magnis autoribus etiā pro histo-
 ria scriptū, iocos enim serijs miscere semel nemo tam morosus est, ut puto, qui of-
 fendatur. Scribūt igitur quidā autores, alioqui non nullius fidei, Ludouico Ger-
 manorū regi patrem suum Ludouicū Pium apparuisse in somnijs, rogasse & ad-
 iurasse ut eriperet eum a pœnis illis & tormentis infernalibus quibus agitatus sit
 hæcenus sine ulla requiē. Propterea Ludouicū hūc regē nomine patris sui mul-
 ta bona fecisse opera, & eleemosynas in multa passim monasteria distribuisse.
 Hoc genus somnia quantū fidei mereātur, quamq; ex scriptura probari possint,
 in hoc opere nō est discutiendi locus. Ut ad Carolū Caluū redeam. Hic postq;
 deuicit Britānos, itaq; eos in suā potestatē redegit, ut rex Angliæ factus sit, postq;
 ergo omnia ita disposuit in Angliā, ut cauerit, quantū p humanā prouidentia fieri
 potest, omnes seditiōis causas & ansas. Instituit cōtraire Nortmānis, illis igit An-
 degauia urbē obsidentibus & longē lateq; circa eam omnia uastātib; acyssimē
 expeditionē in eos parat. Ecce, iam ad profectiōnē omnibus cōparatis, incidunt
 quæ eum retinent. Carolomannus enim filius eius ex uxore priore, sacris initiā-
 tus, sed malè feriat; iuuenis, collecta flagitiosorū nebulonū turba perturbat &
 affligit, quacunq; rapit eum insania, omnia. Pater igitur sollicitus ut corrigat filiū.
 Primocq; captū in carcerē duci iubet, cumq; certa de se præbet indicia, nullā spem
 respiscētix eius esse, sacra, more quo solet fieri, adimuntur illi, luminibus priuat,
 ne liberatus fortē aliquid mali facinoris perpetret, in monasterio Corbiensi in cu-
 stodia seruandū tradit. Ex quo tamen cæcus auxilio ductu monachorū quorū-

dam euasit, cōfugitq; ad Ludouicum. Alius filius Calui Carolus nomine, muta-
to habitu, ut non agnosci posset, militem temerarius adolescens prouocat, expe-
riri cupiens eius animi robur, & suum ostendere, miles prouocatus adolefcētem
interficat. Præter illos fuit illi alius filius nomine Ludouicus Balbus. Interea dum
propter filios impeditur à proposita expeditione, Nortmāni urbe Andegauia po-
titi sunt. Quare posthabitis omnibus rebus, maturat profecionem Caluus cōtra
Nortmannos. Hostes inuenit intra Andegauix muros quibus cōfidebant. Ob-
sidione igitur ab omnibus partibus includit hostē in urbe, adiuuātibus Anglis,
hostes uidētes urbē & ante eam hostē ita circūuallatum, ut eruptionibus infestari
non posset, se autē egredi nullo modo posse, desperantes igitur, ad Carolum mit-
tunt, qui pacē petant cōditionibus nō quas ipsi meruerint, sed quibus æquum sit
hominē cum homine. Optimū principem iræ dominum cum supplicibus uictis,
agere. Carolus obsides imperat, pacem pro suo arbitrio præscribit. Est optio data
Nortmannis à Caluo, ut qui uelint Christianā religionem profiteri illi in regno
suo uiuerēt liberi, iurēq; uterentur cōmune ciuū, qui uero nō uellent, q̄ primum
se in suam patriā, sterilem & incultā terrā, reciperent. Maxima pars Christianam
religionē professā mansit in Gallijs. Reliqui petierūt patriū cœlum. Huius belli
cum Nortmannis Calui tempore Saraceni magna multitudine Samnū, quæ ho-
die regio Beneuentanorū uocatur, omnino attriuerunt. Quos contra Ludoui-
cus arma, cōparat, nec segnius Lotharius copias suas cogit cōiunctiq; aduersus
hostem eunt, quem mari & terra uictum illis regionibus expellunt, præda spolia-
tum, maioreq; parte cæsum. Ea igitur omnia illic restituta per religionē & ius, du-
cibus & præsidijs aduersus repentinas hostium incursiones muniuerūt, & in sua
uerba iurare magistratus constitutus iusserunt. Non multo post Beneuentanus
dux, non contentus sua sorte altioraq; quærens quæ plerunq; cum periculo sunt
coniuncta, nouas molitur res, uicinos populos sibi libertatis promissione adiu-
git. Imperator seditionem audiens, & conatus contra imperium, armatas ad-
uersus eum mittit copias. Cōfœderati hoc audientes eum deserunt, despondet
ipse animum, ad Imperatorem legatos mittit, mitigat exasperatum animum Im-
peratoris oratione & preciosis muneribus, recepto in fidem Duce Beneuentano
Andalifio, nam illi hoc erat nomen, ducit exercitū contra Andalifij socios, Cam-
paniam ingressus ubiq; satisfactione accepta minimum, quantum per tantas co-
pias licet damni dedit. Capuæ appropinquant Imperatori processit obuiam epi-
scopus cum clero uniuerso eius ecclesiæ, procidentesq; omnes ad pedes eius gra-
tiam postularūt, quam consecuti sunt. Græcos leues, qui seditionis illius autores
fuerant, omnes, ex Cāpania & Apulia expulit, statuit ne aut illi aut alij Græci un-
quam in posterum reciperentur in eas regiones. Quod propter leuitatem dice-
bantur semper nouis rebus studere, quod hominum genus tranquillitati & paci
hominū altrici est inimicissimū. Andalifius in memor beneficij ab Imperatore ac-
cepti (sub melle oblita lingua cor dolosum texerat) insidijs Imperatorē agressus
eum interficere nefando latrocinio uoluit. Sed, apud dominū nondum fuit de-
cretum ut moreretur, quare seruatus cōprehendere perfidū latronem magno stu-
dio nititur. Andalifius omnibus facultatibus suis, quæ uenerunt in manus Impe-
ratoris, relictis, fuga uitā inuenit. Post aliquot mēses ferebatur hic Andalifius in
Sardinia esse. Ludouicus hic Imperator natus ex Germania & ex Germanis (ne
quis nos à proposito longe aberrare putet cū scribimus tot in alijs nationibus ge-
sta & Pontifex Rom. Nicolaus unā statuerunt, ne ullus secularium, sic enim lo-
quuntur, principū, etiam Imperatorū, cōuentibus uel concilijs clericorū intersit
quacuncq; de re agatur, Clerici uero secularium personarū conuentibus interesse
possint & debeant. Si uero cōtrouersia aut negotium de fide religionēq; sit secula-
res posse interesse decretum est, religionem enim cōmunem omnibus Christia-
nis

nis esse, referreque ut omnibus notissima sit. De hoc, textu 96. di. c. Vbi nam. In eadem dist. plura sunt scripta de Ludouico hoc. Mortuo Nicolao Pontifice, eligitur Adrianus 2. Propter Pontificem eligendum misit suos Romam legatos cum serijs mandatis, nam studebat singulariter cuiuspiam, quem cupiebat ad pontificatum euehere. Sed hoc curia Romana intelligens, cauendum putauit ne sit Pontifex nimium Cæsaris amicus, quare conueniunt propter electionem sæpe, non uocatis imperatorijs nuncijs, & si quando uocant, parum ad rem pertinētia tractāt, creatur ita Pontifex legatis Imperatoris non admissis. Quod ubi factum audierunt à Cæsare missi, uehementer commoti astutia & temeritate hominum: quam obrem conqueruntur læsam maiestatem, contemptum illum non ferendum. Romani nihil habuerunt quod prætexerent, ne tamen nihil dicerent, dicunt illum uirum tantum uitæ probitate excellere omnes, tamque charum esse uniuerso populo, ut à multitudine, quæ regi non potuerit, sit omnium uotis petitus & electus anquam uocari potuerint legati Cæsariani. Quam frigidissimam excusationem ad Ludouicum ferunt, primò enarrantes ordine quo dolo, quibusque artibus res sit acta. Et si ergo Imperatorem male habuit, dissimulare tamen certas propter causas uisum est ei. Ut ergo se purgaret ne putaretur infensus Adriano electo Pontifici, propterea quod ille alium uoluit, nam hoc erat per totam Romam cognitum, scribit Romam prolixè laudatque eos quod syncere, nullo respectu uano, elegerint uirum probatissimum & pontificiæ sedi dignissimum. Rectè dominum ita disposuisse, à quo hæc fiāt, cuius ordinationi neminē resistere posse. Suos non potuisse scire quis magis idoneus esset ad pontificatū, fortasse quod sui legati sua suffragia indigniori (quod non ita familiariter conuixissent, & omnes cognitos habuissent) dedissent. Præstare ut per ciues eligantur ad huiusmodi summa munera, quibus personæ, quibus per consuetudinem sint cognitæ. Salutarique simul Adrianum Pontificem, & gratulatur illi. Primo anno pontificatus Adriani 2. Lotharius rex, quem ante propter sine causa repudiatam uxorem excommunicauerat Nicolaus Papa, uenit Romam, purgat se, & post satisfactionem in testimonium innocentie suæ communicat mensæ domini, communicabant uero etiam cum eo eius aulici primores, qui participarant cum eo omnes ante annum perire. Lotharius post illam participationē mensæ domini semper tristior est conspectus, & ad suos rediturus in itinere moritur. De eius morte uariant historię, sed si quis diligentius animaduertat, nulla est controuersia. Qui enim dicunt in itinere redeuntē ex bello quod gestum est eo tempore cum Saracenis, nihil aliud dicunt quàm illi qui dicunt iter è Roma facientē perijisse: nam ex Saracenicò bello ueniens Romam petiuit, cum esset non longe à recta deflectendum. Ut subinde ingrediamur Germaniam, Rege Ludouico in Germania fuerunt quidam Sueuicæ principes, ex Caroli Magni prosapia, qui morum & uitæ sanctimonia ueteribus sanctis patribus comparari posse uisi sunt. Quorum unus Vuighardus nomine edificauit monasterium, S. Benedicti Lucernæ, ubi nunc præpositura illa diues est, primusque abbas in eo monasterio inculpatè cū fratribus suis uixit, quorum uitæ exemplum longe plus ualuit in corrigēdis hominū animis, quàm aliorum bene sonantia uerba, prolixæ cōciones. Dietlandus dux Sueuorū monasteriū Heremitarū ingressus, abbasque in eo sanctissimè cū suis uixit, multū doctrina & exemplo profuit. Sanctus Huldricus Sueuicæ princeps monasteriū ad lacū Thuri cēsem fundauit. Māsem Sueuorū rex monasteriū Māsmunster fundasse scribit. Fuerūt multi alij in Germania primo loco nati, qui fastu huius stolti mūdi cōtempso, se ad uitā monasticā ubi uigilijs orationibus meditāda cruce domini exercebant ad pietatē, & alios docerent & cōmouerent ad charitatē ueramque lucē & gaudium quod est in Christo Iesu domino nostro, Anno à natiuitate Christi 890. Factus uix unquē audita adfluxit Germaniā. Fertur in historijs & bonæ fidei historijs.

Quod quidā à Rheno, in quæ loca præ cæteris fames maior premebat, cū uxore
 & puero filio petitorus Thuringiā, ubi paulo remissior erat caritas, cum esset in
 sylua & puer præ fame deficeret, & ipsi parentes, incepit cum uxore demactando
 & comedendo puero tractare, uxore ad tantū facinus non cōnuente, nihilomi-
 nus rapiens & tenens puerū stricto gladio, iamiam percussurus, ecce uidit duos
 lupos ceruā captā dilaniare, accurrēs igitur & lupis abactis carnis ceruæ accipit,
 quibus cū filio saluo & uxore uescit. Quod si factū est (id quod ego nec negare
 nec affirmare ausim) nonne memorabile est exēplum quod mirabiliter deus cum ho-
 minibus agat. Post hanc caritatem anno 8. uel ut aliqui uolunt, septimo, tetramo-
 tus maximus per Germaniā in diuersis locis fuerunt, ita ut multæ mōtibz altis im-
 positæ arces corruerint, & in illis superbi stulteq; inflati uiri & mulieres perierint.
 Mogūtię collapsum est, cōcussis fundamētis, eo anno templū S. Albani. A Chri-
 sti natiuitate anno 876. Ludouicus Imperator uita hac defunctus est, cuius mor-
 te audita, Carolus Caluus cōparat copias, Romā lōgissimis itineribus cōtendit,
 exceptus à Pont. Ioanne pro more, hoc est magna pōpa, creat omnibus ceremo-
 nijs quibus cōsueuerat fieri, Imperator, Italiæ imperat magno supercilio glorio-
 sus. Sed frater eius Germanorū rex nō laturus eum sine ullo iure imperiū sibi soli
 asserere, copias cōscribit, profectiōnē parat in Italiā. At Carolus dum in Germa-
 niā quæ ad bellū necessaria sunt, paratur, Italiæ rebus ut cūq; ex tēpore ordina-
 tis, in Gallias reuertitur, ut illic cōpararet milites quibus fratri se opponeret. Re-
 uersus in Galliā totus fuit immutatus habitu corporis et animi moribus, inaniter
 insolito uestitū genere se ostentans, & à suo nomine imperat nomina noua impo-
 nere ciuitatibus. Carolopolin urbē Cōpendium uocat. Ad Germaniæ regē mit-
 tit legatos cum superbissimis minis, prædicari eos iubet suam potentiā & omnium
 orbis terræ regum amicitia, & parata non solū auxilia, sed & paratā obediētiam.
 Venturū in Germaniam cum tāta multitudine, ut exhaustis fluminibus omnia
 sicco transire possit pede, iamq; nunc se misereri patriæ suæ Germaniæ, cum ani-
 mo prospiciat superatæ calamitates. Ludouicus nihil inanibus fratris sui (non
 amplius Germani hominis sed uanissimi Græci, nam sic uestitus erat) minis mo-
 uetur, quæ defunt reliqua ad expeditionē diligenter cōparat. Sed inopinato mor-
 bo correptus Francofordiæ morit. A morte patris filij quos tres habuit, diuidit
 regnum paternū in tres partes. Ludouico Franciā quā uocant Orientalem, Thu-
 ringiam, Saxoniam, Frisiā, & partem de regno Lotharij dederunt, & appellatus est
 rex Ostrofranciæ. Bauaria, Pannonia, Carinthia, Sclauorū regio, Boēmia, Mora-
 uia, sunt attributę Carolomanno, & uocarunt illum regem Bauriæ. Alemaniam
 quæ nunc Sueuia nominat, & partem regni Lotharij fortitus est Carolus. Diui-
 so in hūc modū, Ludouici regis Germanorū, regno, Carolus Caluus ratus diui-
 sa debilitata q̄ cū unita coniunctaue fuerunt, bellū parat in nepotes. Nullā planē
 causam belli habēs. Sed frater eius rex Germanorū exercitū sufficientē cōtra Ca-
 rolū habuit. Ergo superbus homo nihil curās consanguineā necessitudinē, nihil
 expendens quid iustū quid non, cum exercitu Germaniā inuasurus Coloniā
 peruenit. Duo fratres (quod sciebat Caluus) erant alijs distenti occupationibus,
 tamen iusserunt cōscribi copias quas si opus esset fratri mitterent. Ludouicus igitur
 fortis animi & bonæ indolis iuuenis, rex Ostrofranciæ, mittit ad Caluum pa-
 truum suum legatos, qui de pace agerent, eumq; admonerent modestē quo pa-
 cto res earumq; causæ haberent. Pacem se malle cum iactura suarum facultatum,
 quàm bellum cum iactura hominum uitæ & facultatum. Fore bellum tale ut ad-
 uictorem quoque plus mali peruenturum sit quàm boni. Præstare ut coniun-
 ctis uiribus contra Turcos militent. Caluus inflatus spiritu superbo nihil audite
 de pace contemptim respondet. Ludouicus interea aucto exercitu, simulat ni-
 hil minus se uelle quàm pugnare, nec esse ita paratum, ut cum tanto Thrasone
 audeat

audeat congregari, Caluus nihil timens aliquid iuuenem tentaturū absentibus ma-
 xime natu maioribus fratribus, nam satis exploratū habet eos adhuc imparatos
 esse, omnia igitur negligēter administrat, exercitū ducit cū nullū haberet hostē,
 hæc intelligens Ludouicus, bene rem gerendi sibi datā ansam uidet, apud Andre-
 nacū igitur aggreditur hostem nihil tale expectantē, Germani pugnant fortiter,
 uincunt, cum magna ignominia Caluus gloriosus rex fugit à facie, quem tanto-
 pere despexerat, Ludouici nepotis. Multi ex proceribus Calui in hac pugna des-
 derati sunt. Huius regis tempore Flandria inculta neglectaq; iacuit, ferarum do-
 mus, in ea igitur ædificauit uicos quosdam, & cultores pastoresq; induxit, præfe-
 ctum dedit illis Balduinū nomine uirum audacē qui regis sui filiā Iudith, absen-
 te rege, rapuit, & pro uxore ea usus est. Rex irascit grauius, sed in aula habuit am-
 cos (an facinoris cōscij fuerint nescitur) apud regem primæ autoritatis, qui primū
 cōsilijs retinent regem ne in primo furore hominē conficiat, postea cum usus est
 regis animus capax rationū, agāt etiam causam Balduini apud regem, uirum stre-
 nuum, & ad magna natum, magni usus in bello esse posse, horū oratione placat-
 us animus Caroli Balduino ignoscit, uxorem filiā concedit, Flandriā loco dotis
 dat, Comitem Flandriæ appellat. Hic Balduinus per totam uitā suam fuit in ex-
 colenda & ornanda Flandria, nec ignauius eam excoluit Arnulphus filius Bal-
 duini, qui successit patri. Hic ingeniosus fuit in ordinandis rebus publicis. & ad
 augendam hominū frequentiam multa excogitauit: quæ etsi uilia essent guberna-
 toribus urbium & regionum (quorū multi imprudentia sua minuūt frequentiam ho-
 minum, quæ regionis urbiumq; decus est & ferè maximus prouētus) tamen hæc
 edocere propositū nostrū nūc nō est. Imperāte hoc Carolo Caluo, Cāpaniam totā
 miserè deualtant Saraceni, freti intestinis Christianorū principum dissidijs. Tota
 Italia rege destituta & Imperatore, uocat Caluū, sed ille nō ut res exigebat prope-
 rat, prius creat regem Bosonem fratrem uxoris sui, & dat illi regnū Prouinciā, dein
 de Romā proficiscit, cum Saraceni iam nauibus oneratis præda ex Italia receper-
 rant se ad suos. Duo filij Ludouici regis Germanorū in Italiam patruū suum Cal-
 uum sequuntur cum copijs Germanorū, nam conatus eius impij illos pessimè ha-
 bebāt. Eo uero animo erant, nō cessaturos nisi aut ipsi essent uicti & in nihilū re-
 ducti, aut patruo uita & imperium esset ademptū. Tantopere erant cōmoti iniu-
 ria, & sceleratē hostili animo erga sui fratris filios. Carolus audiēs Romæ aduen-
 tum nepotum cum Germanorū electissima manu, Romam relinquit, angustias
 clausurus quā ueniebāt, morbo correptus, nō periculoso neq; graui, in quo usus
 est medico Iudæo Sedechia, qui perhibetur illi dedisse nenenatā potionem igno-
 rantianē, ut sæpe per imperitos medicina professors sit, an ex composito ignora-
 tur. Caluus mortuus est, cadauer conditur aromatibus, ut eò ferant quo ipse uo-
 luerat, putredinē uectores ferre non ualentes mandāt humi Vercellis. Inde post
 aliquot annos aliò est tralatum. Causam hic autores habent quidā quæ mihi non
 probabilis uidetur. Imperatore Caluo moruto, de imperio fuit cōtentio magna.
 Fuerūt enim multi principum Romæ & alijs locis qui cupiebant Carolum Sue-
 uorum regem, qui cum copijs suis aduersus Caluū in Italiam uenerat, socio expe-
 ditionis fratre Carolomanno. Pontifex uero restitit illi cupiens Ludouicū Bal-
 bum Calui filiū, nec nō alij proceres cum Pōtifice unā sentiebāt. Pars tamē quæ
 studebat Carolo Sueuorū regi erat fortior, Pōtifex ergo captus in custodiā duci-
 tur, sed nō diu post quorūdā opera liberatus ad Ludouicū Balbū cōfugit, cū quo
 aliquādiu habitauit, deinde diademate coronauit eum & imperatorē appellat. Et
 apud eū pōtificia utit functione & multa ecclesiastica dissidia tollit & discordias
 cōponit. Postea apud Treas urbem synodū cogit, in quo ad fidē Christianam
 pertinētia sunt multa instituta, & in Flādria, ut nunc dictū est, quæ culta iam erat
 & habitata

& habitatoribus referta, episcopus est ordinatus, qui rudē erudiret ad religionē & pietatem populum. Qui à simplici & nondum ad malitiā exercitato populo cum timore & reuerētia acceptus est, & cum deuotione animi secuti sunt doctrinam eius. Operacq; secuta sunt auditionem. Porro in his turbis, Saraceni tēpus semper obseruātes Italiam inuadunt, diripiunt magnā eius partem. Præter cætera autem montis Cassini monasteriū miserrimis modis tractauerunt, quare reuocant Pontificem, uocant Casarem, quarunt territi Romæ & in tota Italia auxilium. Pontifex cum Caroli copijs & aliorum principum manu in Italiam ueniens, recreauit totum Latium, breuicq; expellūtur hostes omnes ex Italia. Post hæc omnia Ioannes Pontifex animaduertens plus præsidij in Sueuorū rege Carolo quam in Balbo, & Carolum hunc amicis Romæ abundare, quamobrem creat eum Casarem, appellatq; Carolum 3. Balbi imperatorium nomen uertitur in risum, nec scribitur in albo Imperatorum. His temporibus fuerūt comitia Furonæ, ubi certis conditionibus pacem fecerūt inter se Ludouicus Balbus, & Ludouicus filius Ludouici regis Germanorum. Paucis post mēsis Balbus, quemadmodū sit, iam se quieturum, iam se in portu nauigare, ocio iam felici & dulci fruiturū post tot pericula, tot mala & labores, dicens, in morbum letalem incidit, & in urbe Cōpendio obit. Dominādi insana libido principum, incredibiliter afflixit regnū quod Balbo subiectum fuerat. Vxor̄is Balbi defuncti uisa frater Boso uir nihil humile in animo uersans, paruiscq; non cōtētus, practica, ut ita dicam, multiplici regnō insidatus est. Principes ubi eius conatus olfecerunt, resisterunt, & Germaniæ regibus oportere dari regnum unanimiter dixerunt, uota omnium principū cōcordantium uidens Boso, consequendi regni spem deponit omnem. Sed Germani ci reges mortui eodem tempore sunt. Ne Boso reginæ frater tyrannidem rursum affectaret principes sedulo cauendū putabant. Balbus mortuus filios duos reliquerat, Ludouicū & Carolomannum, natos ex concubina. Hos quanq; illegitimos faciunt unā reges. Hi reges creati cum Nortmannis Galliam infestantibus pugnant, & eos uincunt nobili prælio. Quæ res illis magnū nomen, & fauorem totius Gallia peperit. Victoria illa quoque prædicata & grata fuit apud Germanos. Nam & hos infestari Nortmanni incipiebāt. Sed iterū collectis uiribus Nortmanni in Gallia grassati sunt, eodem anno quo à fratribus regibus sunt profligati. Cum quibus iterum cōgressuri fratres, parāt se, cum essent iam parata omnia, hostemq; alacres peterēt Ludouicus moritur. Boso autem uidens nothum Carolomannum bello implicitum & penē fatigatum, denuo sollicitat in regno omnes qui uidebantur aliqua pollere autoritate, sed frustra, non mediocriter tamen turbat Carolomannum cum Nortmannis difficile bellum gerentem. Carolus Sueuorum rex & Augustus, audiens Nortmannorū iniurias & iniustos conatus & Carolomannum in magnis difficultatibus constitutum esse. Ex Germania mittit in Nortmannos copias, quarū uirtute Nortmanni uicti sunt. Sed ne aliquid de industria dissimulare uidear. Non desunt autores qui dicūt Nortmannos hac tēpestate nullo modo potuisse repelli, & uictoresq; frequentibus minoribus prælijs discessisse, & Principes Gallia pacem petisse. Frisiamq; Nortmannorum duci dedisse. Alios duces adductos ut discederēt, auri magno pondere, & ita uictos auro non ferre ex Gallia Nortmannos profectos. Adhæc Nortmannis Carolomannus annum tribuit tributū. Sed non diu post illud inhonestum foedus Carolomannus uixit. Cuius mortem ubi audierunt Nortmanni, arma recipiūt hostili animo Galliam petūt, Parisiam obsidentes circa eam passim omnia perdūt. Tota igitur Gallia non habet, quod respiciat, unde ue expectet salutem, quam ab Imperatore Crasso, Concordibus ergo uotis eum optāt, rogant ut ueniat, opēq; in extremo periculo constitutis ferat, se illi cōmendant, deuocentq; totos. Imperator

rator miseratus statum Galliarum, uidentis eos à se solo pendere, & quid incommodi simul & turpitudinis sit eos deserere, rursus quanta utilitas & gloria sit eos seruare. Magnis in Germania copijs conscriptis, imperato etiam certo militum numero ciuitatibus in Italia. Ita temporibus profectio ordinauit, ut simul eodem tempore ex Germania & Italia copiarum conueniant in ea loca in quibus hostis erat. Idcirco diligenter obseruatum est. Conueniunt copiarum non longè à Lutetia quae ab hoste obsessa & ita pressa erat, ut à deditioe parum abfuerit, iamque actum de ea erat, nisi Imperatoris aduentu recreata spiritum recepisset. Hostes potentem & numerosum aduersariorum exercitum uidentes, suos ut obsidendi ratio exigebat dispositos separatim per partes, collectius continent in alio castrorum genere. soluitur igitur arcta illa obsidio. Imperator (praescripta certa ad hoc hora) iubet omnes, qui ferre arma possint in hostem erumpere, eadem hora se cum suis ad futurum, significat ex summo magistratu paucis, qui multitudinem iubent paratam ad constitutam horam adesse oportere, cumque iam acie instructa essent ituri in hostem, multitudini consilium & iussu Imperatoris exponunt, uictoriam esse certam, affuturum Imperatorem cum Germanorum electissimis. Adhortantur eos ut in conspectu Imperatoris, suam ostendant uirtutem. Venit hora, utrinque ruunt in hostem, sanguinolenta fit pugna, Imperator superat, ut cedere cogentur hostes, sed non franguntur profusus; recipiunt enim se non procul ab eo loco in munitiora loca. Inceptum est agi de pace, Caesar & omnes principes pacem cupientes, potius acceperunt paulò iniquiores conditiones, quam fortuna postulare uisa sit. Cōcessa est igitur habitanda Nortmannis ea regio quae ultra Sequanam est. Nostra aetate adhuc ea uocatur Nortmannia. Ad septentriones habitant illi idcirco nominis impositio non inepra complectitur. Nort enim septentrionem eorum lingua uernacula significat, Man uirum. Et Germani uocant uentum aquilonem à septentrione flantem Nortuind, hoc est septentrionalis uentus.

DE GERMANIS

LIBER DVODECIMVS.



POST domini natiuitatem 888. Imperatore Crasso mente capto ex intemperie cerebri, alium Principes Imperatorem appellauerunt, nempe Arnulphum. Crassus postquam incepit insanire aut saltem non omnino esse mentis compos, tantum unum annum uixit. Est humi mandatus cum omni regali & imperiali reuerentia & honore. Minori tamen planctu propterea quod animo nihil ualebat, inutilisque imperio erat factus. Hic Arnulphus uir quidem industrius & animo magnus satisque prudens, propter quas dotes meruit eam apud principes existimationem, ut electus sit Imperator, neque uero opibus & facultatibus ualuit satis. Erat enim is imperij status, ut nisi alia essent facultates, imperium non sufficeret ad tuendam dignitatem Imperatoris & hostibus resistendum, omnino nomen imperij magis erat gloriae quam rei. Quas ob res Arnulphus hic nec Gallias nec alia loca ut uolebat & rerum status exigebat, tutari poterat. Galliarum ergo optimates deliberant qua ratione sibi consulant, & de rege creando tractant. Ludouicus Balbus praeter filios ex concubina duos de quibus paulò ante, reliquit uxorem reginam grauidam, peperitque post mariti mortem filium, qui nominatus est Carolus Simplex, qui iam natu decem annorum erat regni paterni haeres. Igitur optimates puerum regem creant, tutoremque praeficiunt puero Odonem comitem Parisiensem. Hic puerum studuit regno utilem reddere, bene instituendo. Vbi nouem

n annos

annos nomine pueri regnum iuste & cum laude gubernauit moritur, ante mor-
 tem uero adolescentem regem commendat regni optimatibus. Adolefcens suscepto
 regno Britannorum regis filiam nomine Edinam uxorem duxit. Quidam tradunt
 tutorem Odonem cum Carolo Simplice magnas postremis annis habuisse simul-
 tates. Nam Carolo iam ætate maturo Odonem noluisse cedere. Odonem autem
 adolescenti quantumuis bonæ spei iuueni facile restitisse, quoniam Odoni totum re-
 gnum fauisse, ob singulares eius dotes in bello & pacis tempore eximias. Nort-
 mannos, qui eo regnante sæpe Galliam uexauerunt, feliciter & fortiter sæpe uictos,
 suæ ipsius uitæ periculo, repulit, sed semper contra eos usus cum Francis Orienta-
 libus tum Germanis alijs. Carolus Simplex etiam eorum furori sæpe restitit. Et ut
 firmior esset pax, magisque Gallia quiesceret liberata ab eorum incursionibus, Rol-
 loni Nortmannorum principi filiam uxorem dedit, sed prius suscepit Christianam reli-
 gionem Nortmannus. Porro Robertus Odonis frater, Princeps Aquitanie ar-
 ma parat aduersus regem Simplicem, uolens sibi regni partem nomine fratris de-
 beri, urbes quasdam expugnatas, sibi iurare cogit. Vbi audiuit regem in armis esse,
 nolens suos bello affligi contra regem cum copijs instructis proficiscitur. Sed rex
 longe numero & uirtute militum superior excipit eum prælio, occiditur dux Ro-
 bertus. Rex iam omnia tranquilla putans, quibuslibet confidit. Quare iter forte fa-
 cilem illac hospitio blandè excipit eum Herebertus apud Peronem, cepitque im-
 pius hospes Simplicem regem hospitè. Edina Regina ad Eduardum patrem in
 Angliam fugit cum filio paruulo Ludouico. In Gallia capto rege miscetur cœlum
 terræ, plena sunt omnia tumultibus. Procerum multi regnum affectant, quilibet se
 iudicat digniorè qui alios gubernet. Qua discordia freti Saraceni iam non fines
 ultimos Gallie bello tentant, sed interiora ferè omnia uastant. Rex igitur malis au-
 spicijs & serò creatus est, Richardus Burgundie ducis filius, non satis enim exerci-
 tatus & peritus fuit in militari disciplina. Qua facultate tamè in primis opus erat,
 propter Saracenorum crudelitatem qui tum quoque Burgundiam depopulabantur.
 Porro Richardus & Carolus Simplex capti eodem tempore moriuntur. Regnum
 iterum destitutum est gubernatore in magnis fluctibus & tempestatibus. Post lon-
 gas contentiones, Proceres in Angliam Edinam uxorem Simplicis defuncti uita &
 filium eius Ludouicum reuocant, regnum paternam hereditate offerunt, uenienti
 obuiam procedentes gratulantur, regem salutant, se suasque fortunas illi commit-
 tunt. Magnis & uarijs hic iuuenis rex petitus est insidijs, ex quibus omnibus ser-
 uatus est & ereptus Germanorum, ut narrant historia, opera & fide. Sed nequis
 existimet nos oblitos propositi, profectos scilicet de Germanis scripturos, immo-
 rari uero in aliarum nationum rebus præter decorum. Horum omnium, quæ hæcenus
 tradidimus Germani fuerunt longe maxima pars, & Principes quos narrauimus
 plerique omnes originem duxerunt ex Germanis. Propius tamen nunc redimus ad
 Germanorum res gestas. Arnulphus, de quo paulò ante, Imperator appellatus in
 infelici imperij tempore Maharises, ex Morania gens, initio imperij huius Ger-
 maniam afflixere miserabiliter. Causa eius belli eis fuit, quod Ludouicus Germanie
 rex Germanorum copijs superatos maxima clade affecerat, quare Principum dissen-
 siones audiètes uenerunt se ulturos. Illis igitur Arnulphus se opposuit, sed quantum
 profecerit, satis arguunt fœdera cum illis facta. Data est enim illis Boemia in qua libe-
 ri habitarent. Nec erat ulli cordatiori obscurum quantum mali & discriminis esset
 Germanis tale habere uicinum, sed danda fuit, ita ferebat res. Ex Boemia igitur bre-
 uiter post tempore egressi Germaniam uastarunt. Arnulphus contra eos ducit suos,
 sed aliquoties ita præliatum est, ut Arnulphus auxiliares copias aduocarit ex Un-
 garia, Ungari magna multitudine in Germaniam ueniètes non multò minus de-
 derunt quam hostes damni. Vicerunt quidam hostem pugna cum maximis quæ
 unquam

unquam fuerunt cōferenda. Ex Germania igitur profligatis Maharenſibus, Vngari promiſſam pecuniam improbè exigerunt ab Imperatore quam cum non haberet, promiſſis effecit ut repererēt patriā. Cum autē dies ſoluēdi adefſet, nō habet Imperator ut ſatisfaciat. Qua cauſa Vngari Germaniam uſq; ad Friſiā depopulati ſunt. Germani uero recordati ſuæ priſtinæ uirtutis, & ob trucidatos liberos, ſenio defectos parentes, & uxores, cōmoti, cū furore arripiunt uno animo omnes arma, hoſtium exercitum pene deleuerūt totum. His temporibus tota Europa tumultuata eſt inſtinctis ſeditionibus bellisq;. Arnulphus Cæſar in Gallijs bello magno implicatus, & in eo miram fortunæ inſtabilitatem expertus eſt. Aedificia igne conſumuntur, ſubuertuntur arces & urbes. Magna omnium rerum penuria ſequitur, fame uulguſ perit. Germania quoque fame laborat, bellis, quæ iam diximus, exhausta. In Latio factiōnes multæ omnia confundunt. Guido dux Spoletanus ſolicitat quaſdā urbes in ſuas partes, quaſdā terret, quas ſcilicet corrumpere nequit uanis promiſſis. Berengarius Princeps Foroiulij Guidoni ſe opponit, cum ciuitatibus artibus eiſdem agit quibus Guido. Præter illas fuerunt factiōnes pernicioſæ, quas enarrare longum eſſet. Sic tota Italia perturbata maximis affecta eſt malis. Berengarius ſuperior Guidonem uincit, ſædus uictor cum Imperatore facit. Arnulphus paulò poſt Italiam cum exercitu petit, à Pontifice rogatus, quem factiōnes ſerè oppreſſerant. In Italia de omnibus ſupplicium ſumit Imperator, qui aduerſi fuerunt Pontifici. Bergamum, ubi hoſtium quidam Pontificis erant, obſeſſum, uicq; expugnatum eſt ab eo. Cuius ciuitatis comitem laqueo ſuspendit. Per tot Italiam aut fugatis, aut è medio ſublatis inimicis Papæ & ſeditionum autoribus, ſtatu pacatiore reddito Italicarum rerum, Romam accedit fores apertas ſibi fore exiſtimans. Sed quanquam uocatus à Pontifice ſit, tamen quoniam factiōnum multæ erant partes, illa quæ aduerſa erat Papæ tanta potētia in Repub. pollebat, ut urbis portæ clauſerint, & aditus omnes muniuerint, illis qui à Pōtificia ſede nō diſceſſerant & Pontifice repugnātibus. Intra mœnia igitur urbis tumultus, cædes, dolus, nemo ab alio tutus. Partium alia ſperare, alia deſperare, alia meditari fugam, alia tractare quomodo uelit uti uictoria: Omnes partitūre dolos & labores, conſultare, uigilare, inſidiari. In his turbis & diſcriminibus Pontificij præualent, urbs aperitur, Imperator ingreditur, excipitur à Pontifice formoſo honorifice. Qui ſibi conſeſſi ſunt aliquid aut feciſſe, aut dixiſſe fugiunt ex urbe. Multi tamē ob etiā ſuſpiciones leues crudelibus pœnis afficiuntur. Volebant enim Pontifex & Cæſar exempla ſtatueri ne in poſterum aliquis auderet contra Pontificem aliquid moliri. Guidonis facultates quas in Italia habuit maximas afflixit & ſerè totas contriuit. Reſeram & quod de uxore Guidonis ſcribitur. Hæc mulier obſeſſa in quadam urbe naſta proditorem ex Arnulphi Imperatoris familiaribus, per quem ſomniferum letaleq; uenenum potu dedit Imperatori qui ante urbem in tabernaculis erat, quo ueneno hauſto tam alto ſomno eſt oppreſſus, ut toto triduo non potuerit excitari. Decoxit tamen naturæ in Imperatore uis ut mortuus nō ſit, uel potius, deus diutius uolens illum in hac uita habere, ſeruauit, alioq; mortis genere hinc illi decedendum fuit. Arnulphus hac portione corpore & animo ignauior factus, Italiæ propter ueneficia inſenſus ſuam Germaniam repetit. Nec multo poſt tempore Arnulphus pediculorū multitudi- ne ex corpore eius naſcente conſumptus eſt, nec potuerunt ulla arte pediculi tolli, ſublatis enim genitis, ex ſubiecta corrupta corporis materia alijs naſcebantur, his ablatis ex ſeminaro in pūtre dine relicto alij iterū proueniebant, ſemperq; ita numerus auctior eſt redditus. Itaq; toto ſerè corpore conſumpto magni doloris morte excedit ex hoc ſeculo. In monaſterio Diui Emerani Ratiſponæ ſepultus eſt. Mortis tempore pollebat potētia & opibus, ſed tempore quo imperij ad-

ministracionem accepit, non satis ad imperij dignitatem tuendam diues fuit. Filium legitimū Arnulphi à morte patris statim Principes fecerunt Imperatorem, erat autē nomen illi Ludouicus. Primo eius imperij anno Vngari Germaniam (propter patrem mortuum nam uiuente Arnulpho nihil aliquot annis tentarunt contra Germanos) inuadentes uastantē usq; in Bauariam, quidam uolunt quod ingentibus copijs totum Noricum agrum uastarint, & in Sueuia aliquoties incolarum uirtute prælijs sanguinolentissimis uicti & repulsi, tamen ad extremum superasse Sueuos, eorumq; regionē crudeliter incēdio & ferro depopulatos usq; ad ipsum Danubij fontem peruenisse, qui est ad caput syluæ Hercinix. Quod tamen uerū non esse arbitror, neq; enim in eo loco istis tēporibus erant Germanorum res, & Vngarorum uirtus tāta, ut eo usq; credendū sit Vngaros peruenisse. Ludouicus Imperator iuuenis magnis undiq; copijs coactis obuiam properat, neq; enim in initio imperij sui uoluit ferre suos & præter alias nationes sui imperij charos deuastari. Vbi uenit ad Lycum fluuium cupidius, ut sunt iuueniles animi cōcitatiores, cum hoste dimicandum q̄ primū quærit. Vngari sapius acie instructa animum eius ad pugnādum cupidum intelligentes, in quendam depressiorem locum arbuustisq; syluestrem insidias ponunt, cum reliqua exercitus parte expedita committunt prælium cum Imperatore. Pugnans fortiter Cæsariani, hostis paulatim cedit, se quantum potest fieri defendens recedendo, nostri nihil suspicientes periculi sequuntur cedentem & in insidias ducentem hostem, ubi ad locum insidiarum uentum est, prorumpit ab omni parte insidix. Germani & si non potuerunt non commoueri re inopinata, tamen pugnarunt ita ut diu anceps fuerit prælij euentus, sed qui in insidijs fuerunt nimium suo impetu perreperant acie Cæsarianis, quare tandē fugere coacti sunt. Post hæc fugam ita sunt hostium animi sublatis, ut totā Germaniā in sua manu esse putarint. Imperator ut pacē consequi posset, dedit priuatim occultē hostium ducibus magnā pecuniā, publicē magnā etiā dedit, maiorem se daturū promisit. Annuū quoq; tributum hostibus pollicitus est. Aegreque inducti sunt ut redierint domū. Ludouicus duxit uxorē Lutgardā filiā Otthonis ducis Saxonum. Dum regnauit hic Ludouicus octo Pontifices mortui sunt, regnauit uero solum duodecim annos. Non multo post prælium iam dictum Vngari contra pacta non contenti tributo annuo quod bona fide numerabatur quotānis à Ludouico, repetunt, maioribus uiribus quam ante aggrediuntur, Germaniā. Cum quibus in Bauaria Germani bis congressi, bis superatos in Vngariam repulerunt. In postrema eorum fuga quidam uolebant illos persequi usq; in Vngariā & illic cum illis ducere bellum. Sed consilium non placuit omnibus, plerique enim maluerunt domi quiescere, quam hostem tam atrocis animi sequi. Sed id euenit quod nō prædixerant qui eos persequendos cēsebant. Redibant enim tertio & superatis multis Germanix partibus omnia impleuerunt sanguine. Primum uersus septentrionem Thuringiam Saxoniam miseris modis tractauerunt. Deinde conuersi rursus in Sueuiam eandem crudelitatem in ea exercuerunt, sed multis per omnes eas regiones amissis. erat uero illis liberum per Bauariam captam iter, quare occisis succedebant semper alij, confluxerunt enim semper sine intermissione alij. Ex Sueuia uertuntur in Rauracorum agrum, ubi Basileam, quæ urbs felicissimè crescebat, uastatam & direptam incendunt, sed discedentibus hostibus ignis extinctus est, neque multum dedit damni. Alsatiā quoque totam diripiunt. Inde progressi in Lotharingiam peruenunt, in cuius agris nullum ædificium erectum passi sunt omnia solo æquant. Eodem furore penitus in Gallias intrauerunt, & non remissiore crudelitate debacchati sunt per omnia ferè loca Gallix. Redeuntes ibant per ea Germanix loca quæ præterierant antea, & ceu furijs agitati nulli neque ætati neque sexui parcunt.

eunt. Cum maxima præda, sed infinito suorum numero amisso, in Vngariam redierunt. Nec Italia ab Vngarorum iniurijs tuta fuit, uastarunt enim & illam totam, nullum angulū prætermiserunt quem non afflixerunt. In Italia tamen non est illis datum grassari, sine memorabilibus prælijs, Itali aduenientibus Vngaris territi uehementer sunt, quoniam audierant quid in Germania, quid in Gallia fecissent, & dicebantur humanis carnibus uesci. Quare in tanta tempestate quærebant iam quem Imperatorem facerent gubernandi peritissimum, non ex fauore, sed ex iudicio. Berengarius Foroiulienſis dux eligitur, quoniam præter cæteros fortis & felix in bellis uisus est. Hic igitur belli dux & Imperator electus quàm maximas copias cogit, hosti Vngaro obuiam it, & quia hostes uidebantur fatigati & hostem nondum expectare, imparatos opprimere uolens aggreſſus eos, sed numero & uirtute militum inferior postquam una atque altera hora pugnatum est, fugatos exercitū penè totum amisit. Post hoc prælium Italia multo quàm antea magis conterrita est. Vngari uictoria insolentiores, & ex de suorum ira iracundiores redditū sunt. Taruſium obsidione circumdederunt, & expugnauerunt, & direptum desolatū reliquerunt. Deinde ciuitatem Venetorum nouam incenderunt, Equiliū, Clodiāque diripuerunt, & sic furibundi pergentes ubique grassantur. Tandē dato magno pondere auri & argenti à Berengario (quam ubique ex omnibus ciuitatibus & episcopis & à Pōtifice collegerat) Italia excedentes reuertuntur unde uenerant. Porro Ludouiscus eius nominis Imperator (quāuis eo tēpore plures in Italia regnarūt, sed nō sunt agniti pro Imperatoribus in plerisque imperialibus regionibus, quare nec nos istos in numero Imperatorū recensēbimus) non laturus Berengarium in Italia imperare, & Imperatoris nomine appellari, coactis copijs in Italiam properat, omnibus rebus posthabitis, habuisset enim multo magis necessaria ad statum regni sui conseruandi si non magis respexisset titulorum gloriam quàm suorum subditorum tranquillam uitam. Germanorum aduentu audito Berengarius, quātum licet fieri per infamam pugnam nuper habitam cum Vngaris, exercitum comparat. Magnæ fuerunt Berengarij difficultates; exhaustus pecunia, omnem enim dederat hostibus Vngaris, territus miles, quo consueuerat uti, Italus, & propter rem improspere gestam cum Vngaris à multis male audiebat, apud multos fauorem & æstimationem perdidit, homo in his angustijs omnibus nondum animo uictus est. Confidit etiam cum nihil habeat in quo speret, neque enim milite suo confidere potuit. Ludouico igitur aduenienti obuiam procedit, ut Italix non uideatur fractus. Quām primum enim timoris & desperationis signum præbuisse, hostes cedere & non congregari audere uisus esset, ciuitatum plerique desciuisent ad fortiores partes. Itali enim semper eō se inclinauerunt ubi maiorem fortunam maioremque potentiam uident: & si omnes homines cum instabili fortuna mutantur. Nisi hoc sic habuisset, Berengario longe consultius erat, munire urbes, omnia ex agris præripere hosti uenturo, in munitiores urbes conuehere, præsidia in urbes disponere, se intra mœnia continere, ita ducendo bellum Ludouicum fatigare. Sed hanc timoris significationem uitandam censuit, propter quas dixi causas. Quamobrem alacritatem simulare, spargere in uulgus, esse Ludouicū imbellem uirum, quibuslibet hostibus tributarium factum, nihil ad hoc esse periculi, simulare se non modo pugnam nō detrectare, sed etiam nihil æquè cupere. Nihilominus quantum potuit locis cauit ne esset dimicandum, uidebat enim suos inuites pugne. Postquam uero in conspectum hostium uenerunt Itali, ita metu confusi sunt & exanimati, sicut solent esse qui in iudicio dānati ducuntur ad supplicium. Si igitur facile præuidet, qua fuit in militaribus rebus prudentia & experiētia, si congregiatur quis sit futurus euentus rei, tamen pertinax in homine animus ter-

tare uoluit rem in qua certa sciebat perniciem. Congressis igitur in prælium copijs, primam coitionem non ferens Berengarius fugatus est. Post prælium statim ciuitates in ceperunt deficere ad Ludouicum, excluditur Berengarius, Ludouicus intromittitur, Berengarius etiam post illam fugam, & Italiae defectionem, animam non despondet, alia uia aggredi hostem meditatur, parturit dolos, uirtute suorum fracta. Ludouicus uictor uidens Italiam totam suam esse, ab omnibus enim ciuitatibus iam mittebantur legati, clauis quacumque ibat ueniebant obuia, nullus erat aduersarius timendus. Quare non admodum sollicitus remisit curas. Ergo cum Veronæ esset à quibusdam familiarium suorum qui acceperant à Berengario pecuniam proditus est. Nam proditores illi intromiserunt Berengarium in urbem nocturno tempore: ab illo captus est ea nocte, luminibusque priuatus Ludouicus, & dimissus. Sed sunt autores qui putant ita priuatū oculis, ut morieum necesse fuerit, nam Berengarium ita uideri uoluisse contemnere potestatem eius, & probabile est quod dicunt illi. Neque enim uerisimile est liberum luminibus ademptis uoluisse dimittere talem regem. Statim igitur post ereptos oculos mortuus est. Regnum post huius mortem obtinuit Berengarius in Italia. Anno post obitum Ludouici Imperatoris (qui fuit annus à natiuitate Christi 913.) contentio de imperio magnorum bellorum in Europa fuit causa. Alium in Gallijs, aliū in Italia, alium apud Germanos uolebant Imperatorem. Franci occidentales, id est, Galli, prædicabāt id quod uerū erat, genus Caroli Magni non inueniri in Germania eius generis apud Gallos esse reliquias. Supererat enim Ludouicus nomine, filius Bosonis, qui genitus erat ex filia Imperatoris Ludouici secundi, quem Imperatorem multæ magnæ ciuitates & Principes præcipue in Gallia, uolebant. Germani contra noluerunt qui esset alienis moribus & animo à Germania, qui non esset educatus in Germania. Quare elegerunt unanimiter ferē omnes Ludouicum nepotem Ludouici tertij, ducem Francorum in Germania, & Principes quoque legitur fuisse Lotharingæ. Hūc electum appellant regem & Imperatorem. Sed Itali Berengarium suum Imperatorem appellabant, negabant Germano coronam imperialem. Ex his dissentionibus grauiora bella orta afflixerunt miserē populum, qui sub Imperatorum tutela felicem & tranquillam uitam debebat agere. Ergo Ludouico ea uia qua dixi mortuo. Franci & Saxones Othonem Saxonie Principem cupiebant Imperatorem, sed Otho senio confectus oblatum imperium recusans suauit ut potius Conradum eligeret, quem iam dixi electum. Otho tamen semper se ad futurum communi paci, & imperij dignitati iuricque ad imperium Germanorum, promisit. Huius Conradi imperij anno secundo quidam principū in regno eius meditari ceperunt res nouas contra Imperatorem, quos ille singulari sapientia compressit, & sine armorum tumultu in leges suas perduxit. Vnus tantum illorum nempe Princeps Bauariæ non fidens illi, conscius sui animi & propositi contra illum, fugit cum tota familia sua ad Ungaros, quos non cessauit excitare in Conradum Imperatorem, nec nihil effecit, sed plus suis consilijs nocuit Ungaris quam Germanis. Magno enim prælio eodem anno à Germanis superati sunt & innumerabili multitudine occisa cum ignominia fugiunt in patriam. Sequenti deinde anno iterum redeunt, iterumque repulsi & multis occisis, ad suos reuersi sequente uerē rursus maioribus copijs quam prius Germaniam inuadunt, & primo quidem impetu non potuerunt retineri, sed longius progressi collectis omnibus Germanie uiribus uicti fugati sunt. Post hoc præliū sequentibus annis proximis quibusdā non reuersi sunt. Erat hoc tempore dux Saxonū, nomine Henricus Othonis filius iuuenis maximi animi, & in militaribus uirtutibus peritissimus, qui aliquoties specimen suæ præstantiæ dederat in prælijs cū Ungaris, nam eo tempore uicinas regiones cladibus afficiebant.

Hunc

Hunc Conradus ob has dotes, ob quas diligendus erat omnibus, odit inhumani-
 ter. Cuius iuuenis pater Otho de Conrado optime meritus fuerat, cuique debe-
 bat nomen Imperatoris, ut est iam auditum. Et cum Conradus intelligeret quid
 essent omnes homines iudicaturi de ingratitude sua si palam cum illo armis rem-
 geret, de dolo & insidijs cogitauit. Ad hanc rem neminem iudicauit aptiorem
 Hattone episcopo Moguntino, quem in insidijs fabricandis mille artificem scie-
 bat, & auderem & paratum ad quoduis facinus. Cum illo ergo communicat Con-
 radus consilia sua. Hatto pollicetur nefandam operam, facile se posse addit, nam
 in ea arte erat iam exercitatus. Occasione igitur qua sita Hatto inuitat Henricum,
 magnū, nescio quid, inquiens se habere quod cum illo communicet. Aduenien-
 tem Henricum ficto uultu lato excipit Hatto latro, in cōuiuio donat illi auream
 torquem, quæ uenenato auro erat facta, ita ut qui semel in collum inijceret, uene-
 ni uis penetraret per uestes etiam ad cordis penetralia, & breui necaret, nec nihil
 manibus tractando nocuit. Hatto igitur allata per famulum, manibus medicamē-
 ne preparatis in collum iniecturus erat letale donum Henrico, qui per quēdam
 admonitus clanculum recusauit. Postea ille qui admonuerat Henricum soli ex-
 ponit omnia, & Comitem Albertum tali torque esse sublatum per hunc episco-
 pum. Hattoni ergo roganti cur tantopere suum munusculum retinet, respon-
 disse scribitur Henricus, sibi non esse durius collum quam Comiti Alberto. Latro-
 cinio illo ergo Henricus supra modum iratus, cognouerat autem post Conradi
 odio subornatum hunc proditorem. Quam obrem proxima quæque Saxonix suæ,
 quæ ad Conradum pertinebant, inuadit & suæ ditioni adiicit nec finem grassan-
 di facit ullum. Hatto se (propter prodicionem suam manifestatā, & propter quæ
 sequebantur mala) mœrore & tristitia conficit animiq; aegritudine moritur. Qui-
 dam multa scribunt quomodo Satan non modo animam eius, sed & corpus a mor-
 te tractarit, quæ ego nesciens an omnia uera sint taceo. Rex in tota ferè Germania
 (nam omnibus erat nota beneficentia Othonis patris Henrici erga Conradum)
 pessime audiebat propter ingritudinem & prodicionem, omnia uero bene di-
 cere de Henrico omnes, iustam causam habere, merito latrocinium illud ulcisci,
 mala quæ accipiebant ab Henrici exercitu magis ascribere Conrado quæ Henrico.
 Nullum autem occupandi aliena finem faciente Henrico, Conradus copijs con-
 quisitis fratrem suum Eberardum primum, non ad recipiēda quæ occupauerat
 Saxonum dux, sed ad Saxoniam depopulādā, ut reuocaret cum exercitu Hen-
 ricum ad suos defendendos. Eberardus inflatus regijs & imperialibus fratris sui
 titulis, non aliter agit rem atque cum hypodidascolus iussus est a ludimagistro puni-
 re puerum. Cum peruenit ad oppidum Heresberg minis superbeque dictis oppu-
 gnat. Saxones eum excipiunt magna multitudine, pugnatur utrinque primo im-
 petu fortiter, sed a parte Eberardi non satis pertinaciter, uerterunt enim mox post
 primam coitionem tergū, & maxime parte exercitus amissa, reliqui fuga sibi con-
 suluerunt. Nec post illam cladem non mediocrem demisit Conradus superbiam
 adhucque contemptor hostis, copijs reparatis & auctis, mittit legatos ad Henricum
 cum minis, qui Henricum terreant, ut sponte petat gratiā & se dedat, fortasse in-
 uenturum misericordiam apud Imperatorem. Legati ad Henricū ubi uenerunt.
 Quid factururus sit, nisi se ultro dedat, Imperator se eius misereri, suadet ut gratiam
 petat, spem misericordix consequendæ faciunt. Henricus cum non haberet nume-
 ro parem exercitum, non diffidit tamen suis copijs. Aderat cum Henricus cum le-
 gatis ageret uir magno animo Dietmarus Saxo, qui legatis presentibus magna
 uoce alleuerat dicit: Triginta legiones, quas uoluisti copias, paratæ sunt quo-
 cunque uoles die, ergo minis ne moueare Conradi. Hoc dixit ut audirent lega-
 ti & omnes comites famuli legatorum. Legati cum uident Henricum Saxonem

ceu immobile saxum nihil mutari mandatis & minis sui Imperatoris, redeunt ad
 Conradum, referunt quæ egerint, quæq; à quodam uiro graui de legionibus au-
 dierat. Quæ etiam per famulos in uulgus totius exercitus, & per legatos inter pri-
 mates diuulgata sunt, quo nuncio mirabiliter territus est totus exercitus regius, &
 ideo in ipsa nocte Franci, relicto Conrado, conferunt se domum. Neq; ulla ratio
 ne copiæ cõtineri potuerunt, itaq; & Conradus castris relictis coactus est redire
 unde uenerat. Tantas copias Dietmarus uno ficto uerbo uicit. Nunc accede-
 mus ad de Henrico primo historias, in quibus si quid erit cuiquam non satis cre-
 dibile, meam liberatã uolo fidem, nam autores sequar quibus maxime credendũ
 iudico. Velimq; neminem tam iniquum esse, ut etiam plurima uera reſiciat, pro-
 pter quidpiam adſictum. Post hanc ẽ castris mirandam fugam Conradus in gra-
 uem morbũ incidit, desperataq; ualitudine, & ex morbo humiliatus respuit, an-
 tea, ualente carne, obcaecatus per superbiam animus erat. Quare omnes regni pro-
 ceres conuocauit, præter ducem Saxonie Henricum. Hancq; orationem habuit
 ad illos: Videtis amici cõditionis nostræ miseriam, iam ego nudus ex hac uita mi-
 grabo, quemadmodum & ingressus sum nudus. Propterea obtestor uos omnes
 ut cogitetis iam, quæ ego iam cogito, quæq; omnes olim cogitemini, neque enim
 effugiet uestrum hanc horam quisquam, acceleratisq; omnes huc. Quare ita ge-
 ratis uos, ut possitis respondere rationem ex postulaturo, ut possitis inimico resis-
 tere, ne detis illi quod contra uos habeat calumniator ille. Quærite pacem, quæri-
 te subditorum utilitatem, communem cõcordiam sectemini. Videtis super iam
 uanam esse, uanitatem esse quæ nos prima putamus. Ne igitur stultissima ambi-
 tione seducamini. Et his tam malis temporibus eligere nõ ex fauore, sed iudicio,
 prudentissimum, rerum omnium peritissimum, & quæ pacis & quæ belli sunt, iu-
 stissimumq; talem ego expertus sum Henricũ ducem Saxonie, quo cum bella, ut
 scitis, gessi. Principes, qui aderat, mirati quod hostem suum, quem angue peius
 oderat, iam ita prædicet, & Imperatorem uelit. Cæterum pedibus omnes ibant in
 eius sententiam deligendo Henrico. Quoniam tempora talem requirebant uirũ.
 Eberardus frater regis solus omnium iniquiore ferebat animo, nec mirum, nam
 ipse præ cæteris sperauerat imperiũ fratris sui. Illam tristitiã animaduertens Cõra-
 dus in hanc sententiam affatur eum: Quid tu tristior es? Num quod minus labo-
 ris & oneris cupio tibi imponere? Beatior eris si nihil supra uires tuas assumpse-
 ris. Num tibi exempli satis sum. Si mihi hæc uita esset iterum uiuenda tot annis
 quot uixi, turbas & illas curarum molestias si possem effugere magni boni loco
 ducerem, latentem uitam in ocio, non ignauiter ocioso omnibus regnorum po-
 tentatibus præferrem. Non quod te ociosum sine ulla rerum administratione ue-
 lim esse, tantum tibi cõcedemus quantum satis esse putamus uiribus tuis. Vides
 animos, fortunam, felicitatem, successus Henrici quem fata poscunt Imperato-
 rem. Quare acceptis diademate, sceptro, & gladio regali, ad Henricumq; perlatis
 æternam pacem & amicitiam inuito cũ eo uiro, qui ferendis oneribus tantis suffi-
 ciet. Eberardus nouissimæ uoluntati fratris consentit, uidet enim omnes concor-
 dias animis Henricum uelle regem & Imperatorẽ. Paucis post obdormit Con-
 radus & regalibus exequijs sepelitur. Eberardus quod frater iussit de Henrico,
 effectum dat, fert ad eum quæ iussit, pacẽ & amicitiam inuit. Habitis statim prin-
 cipum comitibus apud Frideslare oppidũ, cõsentientibus omnium suffragijs Hen-
 ricus est rex Germaniæ creatus. Regnauit annos 18. Hunc Henricum testantur
 historiæ originem generis habuisse à Carolo Magno, fuisse enim matrem eius so-
 rorem ultimi regis ex prosapia Caroli. Vehementer rure delectatus est hic uir, si-
 cut consueuerunt semper omnibus seculis nobiliora ingenia omnia. Aucupio
 quoq; animum sæpe relaxauit, hinc cognominatus est Henricus Auiceps. Hunc
 propter

propter animi dotes militares uirtutes, & Germanorū uirtutem, quæ illis necessaria saepe fuit, Romani Pontifices Imperatorem agnouerunt. Et cōstitutiones ecclesiastici iuris abunde testantur qualem erga religionem & sedem Romanā habuerit animum. Quoniam de Germania scripturos in titulo promissimus & hic Caesar Germanorum nō uulgare decus è Saxonū prima nobilitate ortus est. Saxoniam deliniabimus, & pauca de institutis uetustis eorum dicemus. Ab Oriente Saxones habent Schlesios & Pruthenos: à meridie Francos Germaniæ, & Bauarios: à septentrione Danos. Ab occidente Viserā fluuiū: Intra hos fines siti sunt Thuringi, Pomerani, Mysnēses & Brādenburgenses, quæ appellationes, apud uetustiores non sunt, cadunt enim ceu folia magis quam aliud genus uocabulorum, nomina locorū & mutantur. Caroli Magni tēpore ad religionē Christianā cōuersos, traditū est. Vsi sunt autē legibus ex quibus facile est uidere à quopiam institutos qui philosophos in Græciā audierunt. Multa enim Platonis legibus conueniebant. Distributi fuerunt, in nobiles, liberos & seruos. Nobiles defendebant ab hostiū incursionibus reliquā multitudinē & iudicabant cōtrouersias, cū stodiebāt leges, impotentiorē ab iniurijs potentioris defendebant. Multitudo ciuium liberorū uectigalia, & annum tributum dabant. Aequalitas erat in matrimonio instituta. Et ex qua familia, quo tempore ætatis contrahendū esset cōstitutum fuit, pulchreque Platonis respondebat hæc omnia placitis. Hæc arbitror ab ijs instituta qui militatū abierant in Græciam, & ex illis quenpiam præstantis ingenij illic didicisse, reuersumque in patriam docuisse. In religione cultūque deorū Barbariores fuerunt. Quibusdam enim diebus humanis hostijs sacrificabant Mercurio, & illos qui macrandi erāt, homines uenerabatur ceu deos omnesque certatim aliquid muneris in diuinā hostiam cōferebant. Deos suos humanis formis non sangebant, piaculum inexpiabile habebatur imagini mortalis animalis assimilare deos immortales. Neque in templa, ut aliæ gentes, collocabāt, nam maiores esse iudicabant, eorum scilicet deos, quam ut sub tectis ab homine factis habitēt. Aruora & syluæ fuerunt illis domus deorum, & nominibus deorū appellabant syluas, ceu nos templa. Equorū hinnitum, auium uolatum & uocem religiosissimè obseruabāt, & omnia cōsilia, omnes actiones functionesque uitæ ad auspiciorum illorū rationem instituebant. Solem præterea lunam & alia quæ notata erāt illis sidera abeuntia religiose ualedicebant: uenientia cū lætis gratulationibus excipiebant, ceremonijs ad hæc solennibus ordinatis. Ingentis magnitudinis arboris truncum in aperto campo erectum uenerabatur, uocabant lingua uernacula Yedermans sul, quod latine est omniū cōmunis colūna. Quanto negotio à Carolis sint uicti, & mutare instituta religionis coacti, & quoties descuerint cōtra initum foedus cum Imperatoribus, & quare à natali solo sint trāslati per Gallias & Germaniam antea satis dictum est. Nunc tempestiuum est redire ad Henricum Saxonem, Othonis filium, quem genuit illi soror Ludouici tertij, si hæc scribentibus credimus. Henricus ante adeptum regnum habuit uxorem Mechtildam, ex qua filiā habuit nomine Gerburgā, quæ uxor facta est ducis Lotharingiæ, quo mortuo, nupsit regi Galliarum Ludouico. Hæc Mechtilda genuit filium Henrico uel potius orbi terrarū toti, Othonem Magnū de quo in sequentibus dicetur. Post hunc Othonem genuit alium filium nomine Henricū. Post hunc tertium peperit, qui nominatus est Bruno: Hic factus est episcopus Coloniēsis ecclesiæ. Henricus regni administratione suscepta de pace fouenda & facienda cogitauit, sed eam sine armis non posse parari, propter Vngarorum iniurias. Quare comparatis copijs, aduersus Vngaros profectus est & ex tota Pannonia eos eiecit & fines regni muniuit ne essent hostiū incursionibus obnoxij. Primū omnium in regni sui initio studuit Germaniam unanimem reddere, sciens cōcordantem

Germaniā omnibus hostibus fortiorem, Nec magni illi laboris fuit concordiam illa facere. Vnus enim Burcardus Sueuorum dux nonnullas ob causas nonnihil rebellauit, quem beneuolentia & animi comitate placauit. Verū pacata Germania, & iam unanimiter regem agnoscente Henricum, iterum exoritur ex Vngaria tempestas: Arnoldus enim ille dux Bauariæ qui Vngariam à Conrado Imperatore fugatus erat, redit cum ualidissima Vngarorū manu in Bauariam. Imperator igitur coactio exercitu occurrit illi, & adiuuantibus etiam Imperatoris partibus Bauariis, ad deditioem cōpulit. Hoc bello ex animi sententia confecto (uisus in omnibus cōsilio Huldrici Augustēsis episcopi uiri uitæ sanctimoniam ueracem sapientiam quæ à deo est insignis) ob causas iustas cum copijs Germanicis petit Lotharingiam. Vbi transgressum Rhenum audiuerunt Galli cum exercitu territi, de pace impetranda & facienda quoquo modo cogitant. Mittunt legatos, mittunt munera, offerunt urbium clauēs. Rex Galliarum Carolus petit cum eo facere æternum fœdus. Quamobrem obuiam uenit illi apud Bunnam Lotharingiæ urbem, & appellans eum Imperatorem dona offert. Lotharingiam præterquam eam quicquid inter Rhenum & Mosam est, Burgundiam reddit Carolus Henrico. Nam nomine imperij ad se pertinebant hæc, & propterea ut recuperaret, uenerat. Reuertitur igitur in Germaniā non prius quam illi populi omnes in eius leges & nomen iurarint. Dum hæc agit in Gallijs Henricus, Vngari Italiam miserime uastant. Et satis grassati per Italiam, Germaniam quoque inuadunt & depopulantur multa loca Germaniæ, sed tot ex illis occiduntur quotidie, ut ad paucitatem redacti conuersique ad patriam sint, nolentes redire. In ipso reditu captus est à Germanis Vngarorum Princeps Imperatorique Henrico adductus est. Vngari postularunt ut Henricus captū dimitteret, magnam auri uim offerentes pro illo, adeo charus fuit illis. Apud Henricum uilius fuit pace aurum. Pacem igitur postulat, quæ inter eos facta est. Fine horū tumultuū facto, Henricus operam dat ut & sint qui rura colant, & qui urbes inhabitent, & qui se ad futura bella in disciplinis militaribus exerceant. Duxit quoque copias in Sclauos uel Hunellos, ut quidam uocant, cum quibus sæpe congressus, uariam belli fortunam expertus est, neque enim ex sedibus suis facile cedit ulla gens. Fatigauit tamen eos frequentibus prælijs, & producendo bellum, ut in oppido Brennenburgam continere se sint coacti. Quā cum uidit Imperator inexpugnabilem propter aquas, parauit lignorum maximam copiam, & reliqua quæ ad frigus arcendum necessaria sunt, & expectata hyeme castra posuit super glaciem ab ea parte urbis à qua minime sibi propter aque altitudinem sibi timebat, ubique erat hosti expositissima, castris in glacie positis. Quare breui cepit eam, à qua pendeat tota circa eam regio, idcirco cum urbe uenerūt ea omnia in potestatem Henrici. Dispositis secundum suas leges pro arbitrio rebus Brennenburgi, in Dalmatiam exercitum ducit, occupataque regione tota usque ad oppidum Grana, hanc exercitu circumdat postulans primo adueniens ut ultro se dedant, iustissimis conditionibus omnia se acturum, nulli se nociturum quod ad uitam, & quod ad facultates attinet, spondet. Oppidani pertinaciores quam illis bonum erat, cōfidebant propugnaculis & propugnatoribus quos habebāt in urbe, superbius respondent & tela in Germanos mittunt, & noctu semel atque iterum in castra erumpunt, & non paucos uulnerant, quosdam etiam occidunt. Quibus rebus iritator redditus est animus Imperatoris. Quare edicit militi expugnaturum urbem, ut omnes puberes utriusque sexus interficiant, pueris & puellis parcant, prædamque urbis facultates cōcedit militibus. Hic quoque habitatoribus comparatis, & rebus ordinatis, uertit signa contra Boëmos, quos uictos (eorum urbibus expugnatis, captoque rege) tributarios fecit. Post hæc gesta Henricus cum magna laude ad suos uenit, dimit

tibus exercitum. Paucis post mensibus, Vngari ueniunt, petunt, quæ promiserat
 illis cum pacem fecerunt, munera, Henricus Imperator tot successibus, & tanta ad
 regnum suum accessione confidentior factus, non respondet illis, nec ad se admit
 tit ut audiat. Legati incensâ ira, incendunt omnes Vngaros, & comparatis maxi
 mis copiis sine mora properant in Saxoniam, quos cum uiderent ad sua tuenda
 paratos, & sicubi necessitas aut usus requireret, etiam ad pugnam accinctos, præ
 tereuntes igitur Saxoniam, in Thuringiam magnis itineribus per syluas ueniunt,
 & uno impetu peruastant eam, & abducunt uiros & mulieres corpore ualentes,
 illis usuri in uecturis & aratris. Porro cum primum nunciatum est Henrico Vn
 garos esse in armis, magna multitudine aduenire, aduersa fortè ualeudine graui
 laborauit, presenti tamen animo iubet cogere copias, & morbi maturationem
 iubet medicos accelerare, Medicis timentibus ne agridudo animi grauiorem effi
 ceret morbum, inquit, uir robustus animo, quin iam remitto curas, quo tota uis
 naturæ cum morbo pugnet: est enim mihi quàm primū opus ualeudine. Et ue
 hementer dissuadentibus medicis adhuc morbo laborās ad exercitū fertur, cum
 quo hosti obuiam properat quàm potest celerrime, nam seuebāt crudeliter. Vbi
 appropinquauit Henricus exercitui hostili, suos ad prælium animās in hanc sen
 tentiā locutus est. Videtis fortissimi milites, uestrā patriā, uestros quibus alemi
 ni agros, uestros focos, parētes, uxores, prolem uestrā, leges & religionem ab im
 pio & immisericordi hosti uastari, & crudeliter in conspectu nostro perdi. Vide
 tis hostē in cōspectu uestro (qui longè uiribus corporis & animi maioribus no
 stris, & nobis quoq; semper cessit) territum, circumspicere fugam, qui de absent
 bus uobis, ut ex captiuis cognouimus, contēptissime de uobis locutus est. Qua
 re memores nostrorum maiorum fortitudinis, quam experti sunt omnes extera
 nationes in suis regionibus, ne patiamur hostem in mediâ Germania grassari.
 Sunt res nostræ iam eiusmodi ut aut uincendū, aut prodēda hosti patriâ & omnia
 nostra. Nec erit in fuga ulla salus, & si qui fuga possent elabi grauiora morte,
 exilium & in exilio fames, & seruitus essent perpetienda. Victoriā, quæ facilis
 erit, modo fortiter sustinerimus primam cōtionem, consequentur, pax, summa
 omnium qui hic sunt gloria, & præda ex hoste magna, duplexq; uictoribus nu
 merabimus, inquit, stipēdium. Quare uirtutē patrū nostrorū amulati, & implo
 rantes deū, qui pugnabit pro nobis iustissimam causam habentibus, contra diu
 ni & humani iuris cōtemptores. Inuocantes igitur post hanc Henrici orationem
 dominum deum, alacres prælium committunt. Pugnatur pertinaciter primo im
 petu ab utraq; parte, sed hostes uertunt tergum fugaq; sese committunt. Trucida
 tur infinitus eorum numerus, impedimenta eorum & omnia quæ abiecerant ar
 ma uenerunt in Germanorum potestatem, Plurimi quoq; capti sunt Vngarorū.
 Exercitus eorū est dissipatus, ut conuenire non potuerint usque in Vngariam.
 Hoc memorabile prælium in triclinio arcis Mersburg Henricus iussit depingi, ut
 sæpius memoria eius occurrens animi uoluptatē ex eo sæpe acciperet. Porro mu
 nera & tributum quod Vngaris dabat ante prælium, pauperibus postea dari in
 stituit. Nec minor prælio gloria est secuta, pro meritisq; digna est illi habita gra
 tia ab omnibus. Imperatorem, seruatorem, patremq; patriæ omnes uno uocabāt
 ore. Fama facti peruenit ad omnes extremas nationes terræ. Legati cum muner
 bus à longinquis regionibus ueniunt, & amicitiam petunt, obsequiumq; suum
 offerunt. Non multo post hæc tempora, Nortmanni Danicq; mari & terra depre
 dantur Frisiam, quorū conatus repressit, eosq; domauit ut domi postea diu man
 serint potius uictū quærentes piscando, pascendo, agroq; colendo quàm cum
 uita discrimine rapiendo. Abroditos quoq; pugna superauit, nec cum supplican
 tibus

tibus pacem prius facere uoluit quam Christianam religionem agnoscerent. Religionis enim ante omnia rationem habuit, ad quam puer à præceptoribus suis saluberrime institutus fuerat, à quibus doctus erat, nulli Principū dei religionisq̄ irrisorum aut contemptorum non imminere certum interitum malum si nō corporis (quod tamen sæpe uidemus accidere) at certæ animæ. Cuius perditio quanto horribilior sit, quam corporis didicerant illi Principes recte instituti. Anno domini 923. est in ecclesiam Augustensem uocatus ad munus episcopi Huldri- chus uir uitæ morumq̄ puritate præclarus, fuit aut̄ ex primi loci nobilitate à Ki- burgo arce & Dillingen. In episcopatus aut̄ munere ecclesiæ fideliter ministra- uit circiter quinquaginta annos. Hoc tempore ocio & alma pace fruitur Ger- mania, nullo iam hoste eum lacessere audēte, omnia quæ hominibus & uolupta- ti & necessaria sunt uilissima, aureumq̄ plane tēpus. In Italia omnia tumultuan- tur, omnia intestinis laborant odijs & seditionibus & incursionibus uexantur. In Asia perturbantur magis etiam. Saraceni classibus obsident Constantinopo- lim, multis partibus. In Germania ridēt omnia. Numerātur à scriptoribus pro- digia quæ præfagia fuisse uolunt mortis Henrici, quæ consultò prætereo. Voca- batur à factionum partibus in Italiam Henricus, frequentibus literis & legationi- bus, uolens autē bonus Princeps ei imperij parti consulere parat expeditionē, quanq̄ uideret in ea maximis difficultates. In parando in letalem ægritudinem incidit, & moritur: Othonem Magnum cognomento regni heredē constituit.

DE GERMANIS

LIBER DECIMVSTERTIVS.



ANNO eodem frequens Principum cōuentus Aquisgrani, in quo est communibus una omnium uoce electus rex & Im- perator Otho Magnus Hērici primogenitus filius, & statim post electionem unctus ab episcopo Moguntino Hildeber- tho, cui magnam Bibliothecæ partem Fuldenſis monasterij deberi putant, fuit enim in eo monasterio ante episcopatum monachus uitæ integritate & literis eximius. Post unctiōnē appellatus est rex & Romanorū Imperator. Veniunt ad eum legati à Constanti- nopolitanis, à Romanis, ex Hispania, breuiter ab omnibus orbis partibus, gra- tia foederis & amicitia cum eo faciēdæ. In Imperij eius anno primo Boislaus uir sanguineus referēs omnibus coloribus Cain occidit fratrem suū Vuenceslaum Principem Boēmia uirum spectatæ sanctitatis. Cuius rei improbitate commo- tus Imperator, qui in animum induxerat officio suo, quantum posset fieri, satis- facere, & iustos & subiectos tueri, iniustos et superbos debellare, mittit igitur ad- uersus impium fratricidā copias, in ultionem sanguinis innoxij, sed latronis pec- cata nondum erant omnia completa, nondū finis eius aderat, quare Othonis ex- ercitus sæpe pugnando uarium martem expertus est. Interea nunquam cessauit Boislaus tyrannus bonos suppressere & occidere, malos primo loco habere & euehere. Otho pio zelo motus non fatigatur, post annū enim quartū decimū de- mum uictum Boislaum mancipium suum facit. Per eadem tempora etiam du- cibus Bauariæ fratribus discordantibus, iustam & æquam causam habētibus pa- trocinatus est, iniustis & contemptoribus legum punitis. Hanc eius iusticiam im- probi iniquissimo ferebant animo, qui quiduis in quoslibet licere maluissent, ut est ingenium impiorum & corruptorum animorum. Ex quorum numero fuit comes Palatinus Eberardus, qui ob iniurias quasdam alijs innocentibus illatas, ab Imperatore fuit ignominia notatus, quam superbus homo non ferens, nomi- nis

nis sui maculam bello diluere conatur. Ergo sollicitat varijs modis & rationibus, quoscunque uel morum ingenijque similitudo, quæ ad amicitiam coniungendam est efficacissima, uel sanguinis cognatio illi iunxerat. Habebat autem consanguineos & aliqua affinitatis necessitudine deuinctos plurimos. Multo uero plures illi amici fuerunt propter morum similitudinem: maiorem enim nemo negare potest esse peruersorum multitudinem hominum quàm rectorum. Mali igitur plurimi fauebant causæ eius. Et commouit Gisilbertum Lotharingæ ducem, cui erat uxor soror Imperatoris Othonis, ij ergo cum alijs quibusdam cõiunctis copijs, primum adoriuntur fratrem Othonis Henricum ducem Bauariæ, & in loco deprehensum non munito obsidentes capiunt, & abducunt in arces suas munitissimas in custodiam. Hæc celeritate freti fecerunt. Sed cum primum rei fama ad Imperatorem deuenit, resistendū uenienti malo, ne cresceret in peius, occurrendum quàm primum iudicauit. Capit igitur ueracem in qua frater erat captus, quem in suum locum restituit. Venerunt autem plerique factionis autores in manus Imperatoris, quos iugulauit, Eberardum mittit in exilium. Quem paulò post in gratiam receptum reuocauit, & restituit non solum iustus sed & benignus Imperator. Eberardus Palatinus non mutatus damnatione & exilio, neque Imperatoris gratia, & restitutione. Incipit statim rursus parere laborem & dolorè, insidias meditari excitare seditionem, aduersus Imperatorem. Affectibus obsecratus nec ueretur potentiam Imperatoris, nec diligit eius bonitatem. Quid huiusmodi hominibus accedat satis est seculorum omnium exemplis declaratum. Nihil igitur intractatum relinquit. Lotharingæ ducem iterum in suam sententiam inductum seditionis socium accepit, cuius opera usus est apud Henricum Saxonie ducem, fratrem Othonis Magni. Semper enim erant occultæ similitates inter fratres. Nam Henricus persuasus erat sibi omne ius deberi imperij, qui natus erat patre iam Imperatore appellato cum Otho Magnus natus sit illi anteq̃ regnum adeptus fuerit. Quamobrem captabat occasionem omnem sui iuris persequendi, sed haec minus fortior & felicior frater fuerat, q̃ ut aliquid ausus fuerit tentare. Quapropter qui circūspiciebat ultro omnia ubi posset ansam perueniendi ad paternam hereditatem arripere, facile inducitur ab illis duobus. Credebat uero potissimum duci Lotharingæ qui habebat sororè horum fratrum Othonis & Henrici. Ii ergo tres coniuncti uidentur sibi totus orbis esse, tantum suas uires & potentiam consiliaque non etiã aduersarij quid contra habeant, expendunt. Putant iam totius mundi oculos in se cõuersos. Sperant plures accessuros, propterea in Galliã, Italiã, urbemque Romanam mittunt literas, plurima adfingunt. Veris maiora scribunt omnia, suas copias, suas opes facultatesue & socios plures habere se mentiri nõ uerent. Et causas rebellionis falsas fingunt. Et per illa mendacia expectatione Galliã, Italiã, & Romanam Pont. suspendunt. In Germania quoque iam inueniebantur qui euentum incipiebant timere. Et alius aliud ominabant. Factiosi enim sua que turgidissime ostentabant, quo intentos in potentiam & uires Imperatoris in se cõuerterent aut saltem auerteret ab Imper. Hanc quoque ob causam festinant occupari aliquid, & ante expectatum in castris esse, quo spem suis facerent. Ad ripam igitur Rheni alteram quendam capiunt, & exultant ceu uictores. Ferebatque fama uelox Romam, iam penes Germaniam pulsum Imper. Otho crescenti malo obuia properat cum uenit ad alteram hosti oppositam Rheni ripam, pars alacrior uel potius nimium temeraria dicto non audientium militum Rhenum transeunt, hostium multitudini oblari occiduntur omnes. Imper. nauitum copiam non habet quibus exercitum statim transmittat, non sine maximo animi dolore trucidari suos conspicit. Eberardus & factionis alij scribunt in longinquas regiones passim plio a se uictum Othone, eius exercitum deletum, ipsum non ausum fuisse transgredi Rhe-

num, alioqui etiam iam aut occisum aut captum, fractum esse uiribus & animo. Hæc sparguntur, per Gallias & Italiam, ferturq; fama Constantinopolim usque. Sed Imperator mirabili celeritate comparat quæ necessaria erant ad exercitum transmittendum. Transmisso exercitu hostem aggressus fugat uix elabitur. multis uulneribus acceptis Henricus, prima præuenit Henricum in Saxoniam, (Henricus enim in itinere medendis uulneribus occupatus longiorem traxerat moram) alij occisum in prælio, alij ex uulneribus mortuum post pugnam dicebant. Quare omnes Henrici ciuitates & arces descuerunt ad Imperatorem, præter duam oppidula Mersburgum & Schidigen. Henricus de suorum defectione in itinere certior factus, properat domum, quanquam nondum conualuerat, uenitq; in arcem suam Mersburgi cum paucis comitibus. Imperator eò properat, obsiderens à fraterno sanguine donans illi uitam, & uerbis confutatum in exilium mittit: nam non confidit illi qui fraternum foedus semel uiolauerat. Henricus etsi nihil habet, & eum amici omnes ferè deserunt, de ultione cogitat, quare ad Gislebertum ducem Lotharingæ cuius auxilio arma contra fratrem iterum sumit, & illis denuo Eberardus se iungit. Erat etiam Friderichus Moguntinus episcopus Henrico belli socius, sed clam. Imperator enim eo uiro in consilijs utebatur, & fidebat illi plurimùm, nihilq; mali de uiro spiritualement uita professo uenit Imperatori in mentem. Hic igitur Episcopus se ad Imperatorem confert, illos læsa maiestatis reos puniendos bello persequendos esse docet. Inter alia suadet Imperatori, ut castellum Brisacum ad Rheni ripam in Germania situm expugnet, quod erat tum comitum Palatinorum, eratq; sub potestate Eberhardi. Imperator archiepiscopi consilio obsequitur. Castellum expugnaturus uenit, Episcopus qui auxilia promiserat cum suis quoque adest. Positis circum castellum castris, episcopus conatur uarijs uisus proderet Imperatorè, sed aliter uisum est domino, omnes eius cogitationes irritæ fiunt. Non semel à prudentibus bonis amicis admonetur Imperator, recedat ab hac obsidione, multa sibi displicere, suspectaq; esse. Nam Imperator omnia agebat ex consilijs proditoris. Quæ multis bonis ac prudentibus displicuerunt, & mirabantur consiliorum Imperatoris rationem. Parturiente archiepiscopo suam proditionem, Eberardus cum Gisleberto transeunt Rhenum, & uastant omnia quæ ad Othonis ditionem pertinebāt. Proditoris auctoritate detinetur rex in obsidione ne succurrat suis, neq; audiebat quenquã alium. Tandem Vto & Cōradus cognomento Sapiens proceres ex Sueuia non ferentes diutius Germaniã ita ab hostibus affligi, suas copias accipiunt, Eberardum & Gislebertum affecuti uincunt, copias eorum ferè deletis, Cadit Eberardus pugnas, Gislebertus fugiens in Rheno est submersus. In eo prælio fuisse Argentineses cum Eberardo, cladeq; maxima affecti, dicuntur. Fuere & alij multi ex principibus uiris & claris ciuitatibus socij factionis & cladis Eberardi. Venit Lotharingia post Gisleberti mortem in potestatem Imperatoris. Et quæ fuerunt Eberardi titulo iuris belli Imperator occupat. Archiepiscopus ille proditus regem, ubi uidet sua consilia non succedere, sed omnia præter animi sui sententiam fieri. Et, qui illi maximus scrupulus fuit, ex captiuis ueritus cogniturum Imperatorem, quod esset socius Eberardi, & quid moliretur, ab Imperatore cum omnibus suis recedit, & ad Henricum, qui prælio nõ interfuerat, concedit, nam Henricus in militibus cōscribendis & apparatu belli instruendo erat occupatus. Sperat igitur Episcopus apud Henricum se inuenturum copias satis magnas, quibus se tueri possint. Sed Henricus post casum Gisleberti & Eberardi, animo consternatus, & spe omni sublata, deliberat uelit ne fugere & in exilio nõ modo con-

contemptus

captus & ignobilis, sed in extrema inopia uiuere, an potius precatōres sibi parare. Maluit uero expetiri fratris animum prius quā abiret in exilium: sciens autem apud fratrem Imperatōrē abbates & episcopos plurimum ualere, quare rogatos aliquot abbates & episcopos mittit ad fratrem, qui impetrarunt illi gratiā. Imperator fertur illum durius obiurgasse & perfidiā eius illi exposuisse, ut suffusus rubore agnoscere Henricus dixerit se non mereri ueniam: Ignouit ei Imperator, sed prae manibus illi dedit non tantum ut aliquid nouarum rerum moliri poterit, neq; enim primum confidit illi. Postquam uero uidit eum humiliatum uere esse, addit illi plura, tandem cum perspectam haberet satis fidem eius, praescit illum ducatu Boioariorum. Pontifex Moguntinus ille bonus uir confusus in se nescit quo se uertat, agitat eum iudicium domini. Venit Moguntiam, sed ciues noluerunt eum recipere, quoniam Imperatoris hostem esse cognouerunt. Errat igitur, ubique excluditur, sparso ubique rumore de eius nefando proposito. Quare proditor proditur Imperatori, & captus in Saxoniam ductus custoditur. Imperator tam humanum & beneuolum animum habuit, ut illum qui tam nequiter illius imperio & uitae insidiatus erat non solum superstitem esse passus sit, sed breui in pristinum locū restituerit. Post haec apud Germanos gesta Ludouicus rex Galliae uarijs agitur seditionibus, & rebellione suorū. Mittit ad Imperatorem, petitq; ab eo auxilia. Imperator magnis ex Italia, maioribus ex Germania copijs coactis in Galliam ducit, tumultus sedat, rebelles compescit, hostiū plurimos occidit, multos capit, omnes uincit, Galliarum res pro animi sui uoluntate sapienter disponit, magna laude in Germaniam suam reuertitur, in qua emendanda corrigit, & pro meritis, animi ue dotibus quēq; ciuitatibus & regionibus praescit. Diligens in primis fuit, ut religioni suae maneat honos. Id fieri aliter nō posse q̄ ut personae ecclesijs ministrātes, quā probatissimis sint moribus, & praestent alijs hominibus praestantia ingeniorum & animorum probitate. Ut eos suspicientes amulari omnes cupiant. Ob hanc causam statuit ne quis in monasteria accipiat aut improbae mentis, aut abiectae indolis, sed qui apti sint ad bene ad instituendam iuuentutem morum sanctimonia ingenijq; cultu. Non diu post negotia quae fuerunt Othoni in Gallijs, quibusdam potētoribus in Italia omnia diuina & humana, caelum & terram confundentibus. Agapetus 2. Pontifex Romanae ecclesiae legationem mittit ad Othonem, cuius laus pacis & belli tempore iam per totum fere orbem clara erat, petit ut labētibus in Italia rebus succurrat, Berengarij superbiam intolerandam esse. Hoc petunt & alij Italiae Principes. Otho motus auctoritate Romanae sedis, cupiens leges & religionē in Italia esse saluas conscripto exercitu cōtendit recta in Italiā (quanquā denuo Ungari inciperent in Germanos mouere signa) Longobardos primū subiugauit. Berēgarius de ciuitate in ciuitatem fugiens tandē toto relicto regno consulit uitae suae. Id multō magis faciunt alij proceres Italiae Berēgario inferiores. Otho in fidem suam toto Italiae regno suscepto, iniustis suppressis, iustis erectis, custodes legum caesarum iudices constituit, religionem quibus potest uiribus tuetur. Adelheidam reginam uxorem Lotharij Italiae regis Papiae in carcerē duxerat Berēgarius, quā Otho liberatam uxorem duxit. Et pro maiestate imperatoria Ticini celebrat nuptias, post quas in Italia pro uirili omnibus ordinatis, & praesidijs constitutis per ciuitates, reuertitur cum uxore in Germaniam, non sine magna gloria, nam magnas res breui tēpore contulerat. Lutolphus filius Imperatoris, tristior ob patris nuptias, non dissimulare potuit, quod moleste matrimonij eius ferret, nam dicitur in patrem senem nouum nuptū lusit. Et iracundus a facie patris in Saxoniam se cōtulit. Incipit mediari bellum & quos putat habere causam aduersus patrē stimulat, inter reliquos Conradū Francū generū Othonis uirū bellicis laudibus clarissimū sibi adiungit.

Imperator

Imperator pater celerius resistendum temerarijs conatibus censens, collecto pe-
ditatu & equitatu, primum conatur urbes eorum expugnare, id quod facile sit.
Omnes enim urbes quas filius & gener Othonis habuit, nō tam Lutolphum &
Conradū q̄ Othonē patrē dominū agnoscebāt. Quare sine negotio omnia eorū
uenerunt in potestātē Imperatoris. Gener et filius cum suo exercitu decreuerunt
expectare patrem Moguntia, sperantes patrem confisum copijs, in oppugnādo
urbem temere suos ad mœnia adducturū, & facile à se repelli posse sine suorū di-
scrimine, paternarū uero copiarum magna strage, sic (inquam) cōgredi præstare
ducebant, quā aperto Marte loco xquo pugnā cōmittere. Nec eorum rationes
sefellerunt eos. Imperator enim qui sine ulla difficultate occupauerat omnia eo-
rum præter hanc urbē, accedit non ceu ad oppugnandā urbem in qua totus exer-
citus propugnatorū sit, sed ceu pater ad filiū reprehendendū saepe muris deiectis
per arietes & alia machinarū genera, intrare urbem conatus, saepe reiectus, militi-
bus qui cadebant fossas implentibus. Quocq; plures cadunt, hoc irritator Otho
(solent enim hæc uehemēter cōmouere bonos duces à quocūq; hoste fiant, mul-
to uero magis patrem si filius hæc audeat cōtra suum genitorē) incautius reducit
milites, & prædam urbis & ampliora stipendia promittit, si capiatur. Duos men-
ses perpetuos ita laborat obsidendo & oppugnando. Porrò cum Lutolphus ui-
deret patrem tam cōstanter urgere propositū, de pace agendum statuit, nō tamen
serio, sed tantum ut patris animū experiretur qualis esset. Inter autem agendū de
pace, expertus est animū patris erga se ita cōmotum, ut placari posse nullā uide-
ret spem. Post illas inducias quæ factæ erant gratia de pace agendi, quidā descie-
runt ab Imperatore ad hostes, suasu ducum Bauariæ, quorum regnū Otho dede-
rat suo fratri Henrico, quod grauius ferebant Bauarorū duces, & relicta Mogun-
tia properarunt ad Ratisponam urbem Henrici, in qua erant thesauri & uxor li-
beriq; eius, & expugnarunt ex improuiso aduenientes, potiti præda magna, uxor
rem Henrici cum liberis nudos dimiserunt. Otho Imperator Moguntia disposi-
tis rebus, Ratisponam cum copijs petit, hostes in eam inuecta annona ex uicinis
agris muniūt urbem. Imperator non aliter diu frustra laborat in obsidione q̄ an-
tea Moguntia. Tamen constituit non discedere nisi urbe recepta. Circūsepsit au-
tem eam milite, ut neq; egrediendi, neq; ingrediendi ullum esset spacium. Urba-
ni post diuturnam obsidionem cœperunt omnium rerum penuria laborare, & con-
tra Principes suos seditiosa propter famem loqui. Quare belli duces coacti sunt
de pace agere, induciæ paucorum dierum constitutæ sunt, agitur de conditioni-
bus pacis, sed Imperator nullas pro meritis satis dignas pœnas in filiū suū statui
posse dixit, & duriores cōditiones præscripsit q̄ ut accipere potuerint. Redeunt
ergo in urbem legati pace nō impetrata. Post hanc de pace tractationem, urbem
parte infirmiore oppugnare nititur (quoniā ex exploratoribus cognouerat dis-
sensiones esse inter urbanos, uulgus enim famē diutius nō uelle ferre) in ea oppu-
gnatione occubere multi fortes uiri. Arnoldus Boioariorū dux, qui Ratisponā
capiēdi autor fuerat, telis cōfossus cecidit. In illa opugnatione nihil effecit. Urba-
ni iterū mittunt de pace ad Imperatorem, sed Imperator ceu immobilis lapis nul-
lis supplicationibus moueri potest. Donec episcopi quidā & Principes alij pla-
carunt animum, iniurijs infinitis à filio illatis, merito iratum. Facta est igitur pax
uel potius tantum induciæ usq; ad constitutum diem. Post hæc Imperator reuer-
titur ad suos, Henricus Ratisponam recipit, sed prima nocte incensa est à nescio
quibus nebulonibus, & plusquam media pars incendio consumpta est. Paucis
post diebus, consilio quorundam uirorum prudentum, Lutolphus supplex acce-
dit ad patrē & ad solum ante pedes eius prosternitur cum lacrymis obtestatur pa-
trem ut ignoscat, se agnoscere, inquit, magnitudinem peccatorū suorū, tamen
ausum

ausum accedere ad eum qui sciat se etiam patrem habere in caelis à quo etiam misericordiam speret, & cætera locutus est ita ut patri & omnibus qui aderat moueret lachrymas. Apud paternum animū inuenit gratiam, & usq; ad finem uitæ in fide permanisse tradunt. Porro Conradus Imperatoris gener, de quo ante, cum hæc non successissent, alia uia peiore tentauit Imperatori nocere. Ad Hungaros enim profectus est & illis spem prædæ consequendæ fecit. Qui propter inuidiam facile persuasi, alioqui omnem occasionem captantes, imò sine omni occasione sæpe Germaniam inuadere soliti, conscribunt copias, quas cum Conrado in Bariam ducunt. Eodem tempore ab alia parte Sclauū Germaniam infestabant. Otho igitur Imperator primū missis aduersus Sclauos copijs, ipse obuiam Hungaris it, peruenit Augustā usq;. Ibi de hostium consilijs & exercitus magnitudine per exploratores cognouit quātum potuit. Cōradus gener opera cognatorum suorū ex Boēmia & Bawaria, & Francia Orientali coëgit non contemnendas copias, quas in castris non procul ab Augusta habuit secum. Erat autē hic Cōradus uir nō solum audacis, sed etiā perspicacis animi, & in bellicis præcipuè laudibus præstans, propter quas naturæ dotes elegerat Otho eum generū. Cum igitur certior est factus Imperatoris copias appropinquare, recessit & iubet Hūgaros propius ad se mouere castra, neq; enim cōsultum putabat numero longe inferior pugnare cum socias copias Hūgarorum adiungi posse uideret. Imperator cōtendit aduersus hostem, omnia diripientē, cumq; esset alter exercitus alteri in cōspectu, acies utriq; instruere, & loca apta sibi occupare certatim, adhortari ad fortiter pugnandum, in odium & inuidiam aduersarium adducere, uictoribus magna promittere, fugientibus turpitudinem & periculum, & alia incōmoda ob oculos ponere. Otho ab una parte habebat Lycum fluuiū, quem transisse putabat omnes hostium copias, ad huius fluminis ripam impedimenta omnia ponit, & aciei extremum agmen, nihil periculi ab hac parte ueritus, quanquā eo loco flumē in latitudinem diffusum minus altum erat quā alijs locis, itaq; uertit à fluuio aciem suam aduersus hostes admonuitq; suos, cogitarēt fugæ locū non esse, omninoq; aut oportere uincere aut suffocari in aqua, de industria autem eos in eum adduxisse locum dissimulauit. Hungari & Cōradus suas instructas copias cōtinent intra fossam quam ex tempore fecerāt. Othoni sua propius signa admouenti, cōpiam nō faciūt pugnādi, nisi uoluisset fossam trāsgredi, quod non sine magno discrimine fieri potuisset, eunctandi autem hæc erat causa. Postquā Conradus animaduertit loceri sui Imperatoris rationes, statim mittit expeditos equites circiter quingētos cum totidem peditibus clam per arbusa quæ ad ripam fluminis erāt, per longiores uiarum ambages, ut trāsgressi fluuium, obseruarent tempus prælij iterumq; per flumen impetum facerēt in extremum agmen Othonis. Aduentus autem eorū signum expectabāt, quod erat ex alta arbore fumus nō magnus, ne aduersarij à tergo aliquid suspicārētur periculi. Cum ergo signum uiderunt sine mora, reddiderunt signum uicissim. Et eduxerūt extra fossam exercitum, cōmittitur pugna. Primū impetum Germanorum Hungari nō ferūt, Germanisq; iam ceu uictoribus exultantibus, ecce illi ex insidijs in extremū agmen ruunt, & ordines perturbāt. Re noua perterriti Germani, tota acies confunditur, utrinq; occubere multi, acerrimè à meridie usq; in noctem pugnatur, noxq; diremit pugnā. Per totam noctem Imperator suos recolligit, reficere cibo corpora iubet, consolatur, parum superesse laboris persuadere conatur. Luce postera exorta instructis copijs adoritur hostem dispersum statimq; fugatum, aut occidit, aut capit, minor pars elabitur. Porro mane Conradus uidens uictos Hungaros, uertit arma sua in socios suos fugientes, & ita pugnādo statuit præstare mori quā in uenire in Imperatoris manus, aut Hungaros fugiētes sequi, quibus fuerat illius

memorabilis cladis autor. Qui sine dubio quopiam crudeli suppliciorū genere illum affecissent. Quare non prius cessauit currendo & occidēdo donec cadens lassitudine, æstu, & uulneribus expirarit. Ita in hoc prælio sunt Vngari tractati à Germanis, ut postea nūquam induci potuerint, ut Germaniam hostiliter ingrederentur. Omnis enim eorum nobilitas hic est deleta. Tres principes, quos uocabant regulos, uiuū capti sunt, quos Otho quidē seruare uoluit, sed alijs exercitus Principibus uisum est aliter cum illis agendū. Nam operæ precium putabant eos quā crudelissimē necare, ut exemplo territi non facile redirent, idē factum est, alij scriptores aliud mortis genus habent, ijs qui scribunt laqueo suspēsos, credo. Imperator cōsecutus uictoriam, sine superbā gratias agit deo cui adscribēdum omnia nouit, decreuitq; per omnes ecclesias gratiarū actiones omnipotenti deo. Partem exercitus mittit aduersus Sclauos, partem dimittit. Hoc tempore cruces sanguinæ in uestibus hominum densē cohæserunt, & corruperunt uestes. Vngaris ad modū quem dixi uictis, nec minus Sclauis, & Principibus Galliarū & Germaniæ omnia ex uoluntate & sententiā Imperatoris Othonis primī gerenti tibus, Italia tyrānide Berengarij pressa, ad Othonem in Germaniam mittit legatos, qui opem orēt aduersus tyrānum, qui in ecclesiasticos ubiq; etiā Romanam sedem, aliasq; quas uocant, seculares Respub. intolerandam tyrannidē exercuit. Mittunt autem non uulgares legatos, sed maximos Principes suos, episcoposq; aliquot præstantiores. Mittūt omnes insigniores Italiæ ciuitates suos legatos, mittit Pontifex ipse suos. Nihil omittunt quo uidebatur Otho moueri posse. Otho presentibus legatis episcopis, in celebriq; aliorū procerum conuentu, Othonem filium suum nōdum octauum annum ingressum regem solenniter creat Aquigrani. Vngiturq; puer in regem ab archiepiscopo legato Pontificis, appellaturq; mox Imperator Otho 2. Post hæc acta Imperator collectis copijs in Italiam mouit castra. Perduxitq; copias ad Papiam usq;. Quæ ciuitas gauisa est quod uenit liberaturus à tyrānide Italiam, simulat quidem se inuitam capi, sed nullum ex exercitu Othonis tēgit, statimq; altero die intromittit Othonem cum nobilioribus alijs, & iurat in uerba eius. Ab hac discedens reliquas similiter sine negotio ciuitates capit. Vidēs Berengarius Othonis potentiam, & suorum alienationem defectionemq; in munitissimā arcem se cum filio suo cōsorte regni Albertho recepit, & indies munitionibus adiecit alias, nam sibi male conscius supra modū pauore cōfusus erat. Otho in itinere sine sanguine humano totam Italiam sibi subdidit, & tandem Romam uenit, ubi exceptus est honorificentissimē ab utrisq; spiritalibus scilicet (ut uulgariter loquar) & secularibus. Et à Ioanne 12. Papa ungitur, & coronatur, appellatur Romanorum Imperator. Tamē ante unctionem & coronationem, uel, ut quidam autores tradunt, etiam ante ingressum Romæ, iurauit Pontifici, se imprimis Romanam apostolicam sedem, & totam ecclesiam, posthabitis omnibus defensurum, & aucturū, & in magno dignoq; honore habiturū totum clerum, nihil ex Pontificum placitis mutaturum, nihil illis oneris impositurum, quicquid in Italia aut alibi esset ecclesiæ Romanæ non modo nō sibi usurum, sed etiam ab aliorum iniurijs uendicaturū. Idē iuramentum eadem forma & sententiā daturum cuiuscunq; cōmitteret Italiæ administrationem. Id est scriptum in cap. Tibi domino. 63. dist. Dum hæc Imperator Romæ agit, Berengarius mittit filium suum Alberthum in insulam Corsicam cum magno thesauro. Ipse constituit latere in monte S. Leonis, in quo loco fiduciam habuit etiam propter munitiones. Imperator diutius paulō cessauit Romæ, cupiens Ioannem Pontificem corrigere, ut dignē officio uiueret, relicta pessima in omni genere scelerū uita, sed nihil profecit, quinimo Pōtifex alienatus est ab Imperatore, & iūxit se partibus Berengarij, cū quo ei morū similitudine magis conueniebat. Quare postq;

Imperator

Imperator desperauit de emēdatione uitæ Pontificis, quærit Berengarium, quem ubi cognouit filiū misisse ad Pontificem, & amicum sociūq; belli illi factū Pontificem. Romam redit, Pontifex se plerisq; sciens odiosum ob corruptissimam uitam, simul certior factus ab amicis quibusdā, quam irato animo esset in eum Imperator, quem enim odio habuisset semper ob uitam omnis generis uitij inquinatā, nūc multo magis odire, quod se pessimis tyrannis adiūxerit, aduersus quos Pontifex uocauerat Othonē. Quamobrem ubi Pontifex de reditu Imperatoris cum exercitu audiuit, territus, parat fugam, dimittit filiū Berengarij Alberthū in Corsicam insulam ubi antea fuerat. Erant equam Romam reliquit, omnes proceres quos suspicabatur Othonis rebus studere, palam trucidauit, aut per dolum sustulit e medio. Inter quos fuisse memoratur duo cardinales. His perpetratis subduxit se, latitare uolens. Imperator ubi Romā uenit, exceptus est, & senatus unā cum populo Romano rogarunt eum, ut respiceret ecclesiæ miserū statū, ut possit alius creari Pontifex uir uitæ innocentia sede illa dignus. Imperator q̄ minimis motibus semper omnia agere cupiens, reuocare statuit Ioannē illum, sperās post illā fugam & exiliū, & gratiā ueniam uē mutaturū uitam. Scribitur igitur illi, mittuntur nunciij, sed Papa Ioannes ad insaniam reductus, nemini fidit, in quadam arce in inaccessis saxis sita habitat inter scorta cū quodā similis farinæ homine ad quem ē Roma grauis ære uenerat. Hanc ociosam ludendo, scortando, bibendo uitam maluit quā summum ecclesiæ episcopatum. Otho ubi audiuit hominis uoluntatē & uoluptatē, iubet ut ipsi Romani eligāt ad pontificatū uirū quēpiam eruditione & morum probitate præstantem. Nam ea modestia erat Otho ut nulli unquam aliquid de suo iure aut autoritate detraxerit, & sibi arrogarit. Romani igitur cum clero, elegerunt Leonem 8. Hunc Imperator cōfirmavit, existimans uirum bonū esse. Leo multa de se pollicetur, blandissime affatur & tractant Cæsarem. Ita Romanæ urbis & ecclesiæ rebus cōpositis, pergit persequi Berengariū quem cum filio & uxore capit, nam ex Corsica insula forte uenerat filius ad patrem. Berengarium & eius uxorem misit in Franciam Orientalem, ut ibi privati degerent in exilio, neque enim ullum erat periculum ne homo ignotus in ignota regione, cuius linguam non callebat, aliquid noui moliretur quantumuis animosus & ingeniosus ad seditiones. Filium Berengarij misit Constantinopolim. Interea temporis Ioannis Papæ cansanguinei & amici effecerunt, ut Romani iterum ad Ioannem mitterēt, & illi pontificatum offerrent, Ioannes iam plenus priuata uitæ, sed non luxus, libenter oblatum papatum recipit; igitur Leonem deponunt, hic recipitur. Leo proficiscitur ad Imperatorem. Quæritur de iniuria sibi illata à Romanis, accusat eos grauissime, quod bene monentem ferre non potuerint, & qui nimis fauerit Cæsari, Cæsaris hostem receptū propter odium in Cæsarem, & aliquid iam dudum contra Imperatorem parturire. Tantū odium cepisse eos Germanorum, ut quiduis uelint potius experiri quā diutius imperium in Latio ferre. Otho Leonis queremonias iustas credens, omnia enim quæ ab eo dicebantur apte cohærebāt, & probabilia erant, ira cōmotus, sine longiore deliberatione ad urbem properat. Dum hæc ad Cæsarem à Leone Pontifice perferuntur, & dum Romam ducit exercitum Cæsar, Ioannes Pontifex Maximus nuper rime relictus in adulterio deprehensus occiditur. Romani obuiam Cæsari mittunt, excusant se uicissimq; accusant Leonem. Petebant quendam Benedictum confirmari ab eo. Otho se negat facturum, arguit eos inconstantia, docet quantum mali in tota Romana ecclesia hæc adferant, quantum religioni officiant. Imperat ut recipiant Leonem quē ipsi elegerant paulo ante. Multas obiciebant causas ex quibus non esset Leo hic recipiendus. Sed postquam hoc fixum in animo Imperatoris uidebant, promiserunt se facturos. Sperantes discessurū sic cum ex-

exercitu. Otho uero nimium negotiū urgebat, se præsente restitui uoluit. Romani obstinati recusant se facturos, quod superiore die promiserāt, & Benedictū creat Pontificem uno ferme consensu, paucis Cæsaris amicis exceptis, qui tamen nec mutire audebāt, qui clam quotidie Othoni scribentes exasperabāt aduersus Romanos animū eius magis. Cæsar quæ sunt circa urbem & suburbana omnia hostiliter uastat, obsidione tam diuturna premit urbē, ut ingens multitudo fame perierit. Scribunt autores incredibilia de caritate & penuria in urbe, modū futuris triginta uariisse ducatis. In extrema tandem necessitate aperiant portas, capti dederunt Cæsari Papam Benedictū, & omnia imperata eius facturos promittunt, ueniā suppliciter orant, Leonem recipiunt. Otho nihil fidendū illis sciebat, quare statuit omnino Romæ manendū donec omnia cōstitutionibus, & personis sibi et Leonis amicis muniret, eius rei gratia Romæ moratus est aliquādiu. Romani dum Romæ est, quarunt uiam interficiendi Imperatorē. Cumq; peruenissent eorum insidiæ ad Imperatorem, multos capite plexit, quosdā in exilium misit, non nullos captos reliquit Pontifici. Imperauit obsidum magnū numerum. Leo adhuc præsente Othone fecit in gratiā eius quicquid gratum illi esse posse putabat. Etiam post discessum eius in frequenti synodo Romæ coacta statuit, ut Imperatori esset eligendi Pontificem potestas, trāsata ea autoritate à populo Rom. Cuius rei testimoniū est tex. dist. 63, cap. In synodo. Hoc autē mortuo Papa, Romani immemores cōstitutionis illius, creant Pontificē Ioānem 13. pauloq; post rursum deponunt seditione cruentissima. Pontificij currunt ad Othonē à quo solo auxilium sperabāt. Otho audita re, sine mora petit cū exercitu Romā. Eo ubi peruenerit exceptus est reuerentiā ficta, & gratulatione fucata supra fidem magna. Otho ingressus urbem statim altero die partium causas audiuit, auditorū magistratū alios alio supplicij genere affecit, quosdā iugulauit, quosdam in carcerem coniecit, consules secum in Germaniā abduxit. Non longo post tēpore Othonis Imperatoris filio Othoni despondetur Theophania Nicephori Constantinopolitani Imperatoris filia. Circa idē tēpus Saraceni Italiā diripiūt, aduersus quos mittitur Othonis Magni filius Otho cū Germanorū copijs. Saraceni uicti ita sunt ab Othone iuniore, ut tamē maiore partē prædæ secū nauibus abduxerint. Greci scij in eo bello Saracenorū fuerūt, quare Otho superatis Saracenis uertit arma in Græcos, quibus aliquot p̄lijs uictis eripuit illis Calabriā & Apuliā. His gestis Ioannes Papa huius nominis 13. Othonē 2. appellat Imperatorē, illi imposta prius corona imperiali. Anno à natiuitate Christi 974. Otho Magnus morit in Saxonia, & sepelit in ecclesia quā ipse suis impensis ædificauerat Magdeburgi. Regni eius anno 36. Qualis fuerit hic Imper. ex superioribus facile colligit. Pacis amantissimum, quā duco maximā laudē in principe fuisse, testes sunt omnes de eo historix, nec unq; usq; ullum bellū suscepit alia q̄ pacis causa. Iuriperitos ubiq; potuit eos habere in cognoscendis causis adhibuit, quod, cum probi sunt, quantum emolumētū adferat ad hanc uitā feliciter degendā, nemo sane mentis ignorat. Ingeniorum meliorū amator uehemēs fuit. Argenti auriq; uenas apud Saxones prius inuenit, & ex illis apertis magnum cepit fructū. Qualis religione fuerit, testantur multa monasteria ædificata ab eo, & ecclesiarū episcopales ab eo cōstructæ & magnis redditibus dotata, ex quibus sunt Magdeburgēsis ecclesia Brādēburgēsis, Mersburgēsis, Cicensis, & Misnensis. In Dania quoq; ordinatis ecclesijs episcopalibus, subiecit eas episcopo Hambergensi. Ut semel dicam, religionem honoremq; dei anteposuisse omnibus alijs rebus testantur facta eius omnia. Eo regnante peruenerūt multi ad fidem Christianam, neq; aliud æque illi curæ fuit, atq; ut Christianā propagaret religionē. S. Huldricus episcopus scribitur, anno post Othonem obdormiuisse in domino.

DE GERMANIS 17

LIBER DECIMVS QVARTVS,



PATRIS morte Otho 2. eligitur uno omnium ferè Principum cōsensu, à patre & Pontifice iam ante Augustus appellatus & coronatus. His annis Pragēsis episcopus Adelbertus, reliquit episcopalem sedē & delicias (in quibus consueuerūt hoc genus homines quidā consumere uitā) & prædicando functus est episcopi munere per Vngariā prædicauit, & ubiq; episcopos exēplis et doctrina admonuit sui officij: Et in Prusiā profectus, sequens uestigia Christi & apostolorum, o dīo habitus est à mūdo quæ odit crucē Christi, uerāq; humilitatē, præcipuè in prædicatibus uerbū dei in nomine domini. Tandē idē illi accidit q̄ ijs quorū imitabat exēplū, nēpe pro nouatore & seductore occisus est. Qui post bonū certamen lætus testimoniū ueritati perhibuit aduersus hūc superbū mundū. Primo anno imperij Othonis 2. Dux Bauarorū Henricus filius Hērici fratris Othonis Magni, aduersus Othonem conatū excitare seditiōnem, omnia tentat, copias incipit cogere. Quod ubi peruenit ad Imperatorem conatū eius stulto occurrit & domuit eum. Eodē anno Lotharius rex Gallie cū magnis copijs uenit in Lotharingiā, quam Carolus Magnus armis ereptā Gallie regibus, adiūxerat suo imperio. Lotharingiā autē recuperata & adiecta Franciæ imperio, pergit Lotharius in spem uocatus Aquisgranī capiēdī, cū autē intelligeret eā spem uanā fuisse, agros in illis regionibus inhumanissimè uastat, magnā prædā adeptus audiens Othonē cum Germanorū exercitu aduolare, redit Lutetiā Parisiorū. Otho uidens suæ fidei cōcreditos tam miseris modis afflictos, tot ædificia exusta, depopulatos latē agros, hostē cū tanta præda abiisse, omnino persequendū hostē & retaliationē reddere, decreuit. Quāobrem hostē sequēdo Parisios usq; in itinere omnia quæ erant regū Gallorū depopulatus est. Parisios ubi puenit, hostē in arenas prouocauit, sed frustra, suburbia incēdit & omnia in adiacētibus agris cōtriuuit. Postq; aut uidit hostē intra moenia se cōtinere, nullaq; esset spes capiēdę urbis, & simul audiuit de Cōstantinopolitanorū aduersus imperiū suū propositū, reducit exercitū, cui extremū agmē carpētes hostes, nō mediocriter nocuerūt. Nec pauci submersi sunt in Axona fluuio. Hæc illi in reditu incōmoda acciderūt. Vbi uenit Aquisgranū, cōuenerunt omnes regni eius proceres, exercitū auctiorē accessione nouorū militum reddiderūt, in Italiāq; festināter ducūt. Prius tamē cum Lothario Gallie rege pace facta, receptaq; Lotharingiā. Iam Basilius & Cōstantinus Cōstantinopolitanī Imper. cū socijs Saracenis, quibus cū paulò ante fecerāt foedus, Barū urbē ut expugnata diriperūt, ciuū quosdā captos in Græciā miserūt, quosdā occiderūt, pauci hostilib. manibus elapsi sunt. Quo exēplo crudelitatis territi uicina ciuitates ultro se dediderūt. Itaq; totā Apuliā & Calabriā occuparūt. Otho quantum potuit festinauit, uenitq; Romā, imperauitq; singulis Italię ciuitatibus certū numerū armatorū, tumultuarięq; delectu habito per Italiā, pfectus est cū ingentib. copijs aduersus hostiles copias, ubi puenit in Apuliā, Græci & Saraceni primos uenire uidentes Rom. & reliquos Italos (nam hos p̄miserat) statim ueniētēs adorti sunt, sperātes hos socios uictos, reliquos etiā Germ. pugne minus aptos fore, nō tantū aut p̄pterea sine cūctatione aggressi sunt illos ne totus exercitus colligeret, sed q̄ molliores Italos sciebāt & minus bellicosos. Nec iudiciū illud illos fefellit, nā statim post cōmissum plū Romani et reliqua Italorū turba abiectis signis fugierūt. Qua multitudinis tate fuga reliquos exercitus nō potuit nō turbari. Quo factū est ut et reliquę copię Othōis uerterint tergū. Prestitisset sine dubio, absq; militi Italo cū Ger. Otho. bellū hoc gessisse. Sed sic fata uolebāt. Otho fuso exercitu fugiēs à nauis aut natās, aut in parua scapha nauigās (nam uariāt auto.) capit, ignota

men. Profuit uero illi quod nautarū linguam adprimè callebat. Tādem tamen a quodā mercatore Sclauo agnitus est, sed illi negociatori promisit magna Imperator ne proderet, sed pro uirili adiuuaret eū, nam in nauī erat solis saepe colloquēdi copia. Cū igitur uentrent in urbē Rosam ubi erat fortē Episcopus Metēsis Theodericus expectans belli euentū, hunc episcopū accedit mercator, iubet ut eum redimat, nam nō magno aestimari, & nauas lucro inhiari. Episcopus exiguā quādam aris summā pro Imperatore numerat nauis. Hac ratione liberatus Otho, q̄ primū ad suos uenit cogit exercitū ex sola Germania, ut animaduertat in Italos præcipue Romanos & Beneuentanos qui degeneres animo fugæ fecerant initium. Ducit ergo exercitū in Beneuentanos, quorū urbē expugnatā incendit. Ab alijs deinde Italīs abstinuit, euomuerat enim magnā partē iræ in Beneuentanos. Quod reliquū erat effudit in Romanos. Nam Beneuentanis subuersis, petit Romam, & inuitauit Romæ omnes Principes utriusque ordinis sacri, & (sic enim loquūtur) secularis, in ipse q̄ cōuiuio necare in cōspectu conuiuarum iussit omnes qui fuerāt turpissimæ fugæ autores. Sic enim turpitudinē fugæ alijs ascribendam declarare uoluit. Propter hanc in illos qui fugerāt tam turpiter, animaduersionem cognominatus est Sanguinarius. Illud fugæ dedecus tam male habuit uirum, ut post hanc cladē nunq̄ laxa fronte cōspectus sit. Et mœrore tristitiæq̄ animi confectus nō longo post tēpore mori. Saepe suā infelicitatē cum gemitu questus fert, quod nō respondere datū illi sit maiorū suorū factis. Mortuus est aut imperij sui anno 10. Suspicio etiā est ueneno a Romanis sublatū. Quidam autorū scriptū reliquerūt, in illa pugna Othonis cū Grecis & Saracenis, occubuisse multos Principes, episcopos & alios proceres, ex Germania quosdā nominant, Henricū episcopū Augustēsem, Vuernherū abbatē Fuldensis monasterij. Et alios multos numerant. Anno post natiuita: ē Christi 948. Othone 2. Imper. uita defuncto, Principes quorū erat eligere Imperatorē discordabāt, alijs eligētibus Henricū Boiariorū ducē nepotē Othonis primi, alijs uolētibus Othonis 2. filiū Othonē, nomine, natū annos. 12. Dum ita lis pēdet, nulli uolūt alijs cedere. Henricus capit puerum Othonē, & appellat se, principibus quibusdā adiuuātibus Augustū. Sed multos hoc facto iniusto & tyrānico a se alienauit, qui antea illi studuerūt, iam quoq̄ accedūt ad illos q̄ Othonis 2. filiū uoluerūt. Quare illi principes cōiunctis copijs ui repetierūt puerū bonā de se spem f̄ bentē, & adductū Aquisgranū in frequentī Principū cōuentu unxerūt in regē, & mox appellatus est Otho 3. Suscepto imperio maiora conat & efficit q̄ ætas illa cōsueuit. Habuit enim statim multos qui rebellabāt, cōtra quos tāta fortuna usus est & uictorijs tum frequentibus ut miraculum mūdī uocatus sit. Itali non agnoscere uoluerūt hunc Imper. elegerunt alium nomine Crescentiū Nomentanū, qui Romæ tantā exercuit in omnes tyrannidē præcipue in ecclesiasticos, ut Papa fugere coactus sit in Hetruriam. Pontifex & omnes prælati Romani scribebāt ad Othonē, petebāt auxiliū, admonētes eū quid maiores fecerint ecclesiæ boni, & quod p̄pterea deus secūdarit uias eorū. Appellant eū Imperatorē, ut semel dicā, nihil omittūt q̄ facere putant ad cōmouendum Othonē. Crescentius uero Germanū aduentū ueritus (præcipue q̄ eum nō latebat, quo animo esset Italia quod scilicet tota Othonē peteret, mittit ad Pōtificem quos putat maxime apud eum autoritate & fide ualere, per eos rogat eum ut redeat Romā, promittit illi amicitia, obedientiam, & contra quoslibet aduersarios patrociniū. Hac iuramēto & sacramēto confirmaturū. Præterea enumerat incōmoda quæ ex Germanorū aduentu sint futura, in memoriā multa exēpla quæ perigrini exercitus fecerūt in Italia, reuocat. Pōtificij omnes rogāt ut redeat. Papa impietatē militū, & bellorū mala timet, redit, effundit se Crescentius & uniuersa ciuitas Romana illi obuiam, excipiturq̄ magna gratulatione & reuerētia omnium.

Otho

Otho Galliarum & Germaniæ rebus aliquandiu occupatus, quibus utcumq; dispositis, Italiam petit ubiq; excipitur reuerenter. Romã ubi uenit Crescentius & Pontifex prodeunt obuiam, exhibentes omnem honorem, & rogant ut in Italia pacem faciat, sed ad arbitriũ partiũ quæ Romæ erant. Effeceruntq; apud Othonẽ, ut simul Italiam totã pacatam atq; adeo obtemperantẽ Romanis redderet, & quã primũ cum exercitu excederet Roma, quod illis gratissimũ & utilissimum erat. Nam uolens Romanis gratificari, statim uertit signa in Capuanos & Beneuentanos, quibus nõ cõuenerat cum Romanis, illos adegit ad cõditiones quas Romani uolebant. Hoc tempore creatur Pontifex Romanæ ecclesiæ Germanus, filius Othonis ducis Sueuiæ, cognatus Othonis 3. nomine Bruno, qui Papa factus est nominatus Gregorius 5. Othonẽ 3. hic Põtifex coronauit, & Augustum appellauit. Quibus rebus Romæ magna pompa factis, Otho Germaniam repetit. Post Imperatoris discessum Romani iniquo animo ferunt Germanum barbarum, ut ipsi uocant, hominem in Pontificẽ electũ, moluntur in illum multa clam & palam quoq; minantur. Quibus rebus factũ est ut se clam subduxerit ex urbe, profectusq; in Hetruriã, mittit ad Othonẽ Cæsarẽ consanguineũ suũ, & sperat Romanos ultro se reuocatuos, ut Ioannem Pontificẽ ante eum reuocabant, sed nemo uenit ad eum è Roma, qui uocet, quinimo ne in Hetruriã quidẽ tutum se intelligit. Quare suæ salutis cõsulturus repetit patriũ cœlum Germaniã, Othoniq; omnia exponit, Romanorũ iniurias, & Itolorũ cum in Germanos omnes, tum potissimum in Imperatores odium, quantũ potest exaggerat. Romani Crescentiũ rursus aduersus Cæsaris uoluntatẽ consulem faciunt. Et Pontificẽ aliũ creant Græcum hominẽ non indoctũ nomine Ioannem. Mirum est non exemplis tot superioribus sapere mortales, ut abstineant à seditionibus & defectionibus huiusmodi, quas consequi ferè semper solent maximæ calamitates. Otho nomine Pontificis & consanguinei uehementer excandescens cogit exercitũ, quo cum ubi urbi appropinquauit, clauduntur portæ, muniuntur & firmantur loca quæ hosti potissimum exposita uidebantur. Otho obsidens urbem paucis diebus capit populi Romani magna parte eum adiuuante. Consui Crescentius & Ioãnes Põtifex fugiũt in arcẽ Adriani. Illam conatur expugnare Otho. Propugnatores uero arcis fortiter se defendendũt primo, tandem cum nullã spem uideret illorũ qui erant in arce, maior pars ueniã sperabat apud Othonẽ, quare apperuerũt arcem, supplices ad Imperatorẽ ueniunt, ut ignoscat petunt, Crescentius fuga salutẽ quæ res captus est, & prius circũductus a fello, membris trũcatus, deinde suspensus est ante urbem. Ioannes etiã captus luminibus priuatus est. Restituitur in locum suum Gregorius 5. qui expulsus ante annũ restitutus est. Huius Othonis tempore electores Principes sunt instituti. Otho enim 3. non habens hæredẽ filiũ decreuit in frequentibus comitijs Principũ, ut in posterũ perpetuò Francofurti eligatur Imperator. Cõstitutis, tribus electoribus archiepiscopis, Mogũtinenti, Coloniensi, Treuerensi. His addidit quatuor alios Principes seculares, quos uocant, nempe regem Boëmæ qui & archipincerna imperij debeat esse; Marchionem Brandenburgensem, quẽ uoluit esse camerariũ; Ducem Saxoniz qui esset mariscalcus; & Palatinũ comitem Rheni, qui dapifer esset. Hos electores septem constituit penes quos esset omne ius & potestas eligendi Cæsarem. Huic Othonis constitutioni, Gregorius Pontifex addidit aliam uolens patriæ dignitati consulere. Sanctiuit enim ut soli Germani eligant, & non alium eligant quã Germanis parentibus natum. Statuit quoq; idem Pontifex, ut post electionem primum appellatur tantum Romanorum rex. Coronatus uero & unctus benedictioneq; accepta à Romano Pont. tum demum appelletur Imper. Augustus. Post Gregorij Pontificis mortẽ, Othonis aliquando pueri præceptor Syluester ad pontificatus ascendit

ascendit fastigium, ita per gradus opera suorum discipulorum ascendit: fuit enim & Roberti regis Frac̄ie præceptor. Huius pontificatus anno primo uenit Otho Romam, illic ordinabat imperij ecclesiæq; statum, ferebat pro conditione temporis leges, causas grauioris momēti cognouit, Romani iniquo animo (ut semper antea quoq; factitare consueuerāt) ferunt hominem Germanum in urbe Romæ omnium gentium aliquando domina iura pro animi arbitrio dare & mutare, conspiciantq; propterea cōtra Othonem. Primum per insidias magnū militum eius numerum occidunt, deinde properant ad obsidendum Imperatorem in palatio. Et cum iam esset in extremo periculo constitutus, uenit summus eius & fidelis amicus Hugo Italix Marchio, & Henricus dux Boioariæ, & (quāquam scirent satis Romanos à proposito non posse auocari; tamē ut sic mora interposita & spacio accedendi Imperatorem dato, gratia colloquendi & tractandi de conditionibus pacis, aliqua occasio elabendi fortē offerretur) petunt à Romanis ut de cōditionibus pacis agi cōcedatur, se media habere quibus sperent pacem fieri posse. Romani etsi quoq; sciebāt nullas conditiones se accepturos, nam iam actum esse de Othone captumq; esse iudicabant, tamen ne dici possent furere audiendos censebant. Dum igitur res tractatur, adeunt præfati Principes seorsum ad utrosq;. Sub hoc prætextu colloquendi de fœderis cōditionibus, subduxit se Otho cum Syluestro Pontifice, Hugone & Henrico adiuantibus. Fertur Hugo Romanum senatum rogasse ut debeat Othoni consulere quod optimū putet illi esse, uelle & Romanis consulere quod putet optimū, nam utrisq; consultū se optare. Romanos respondisse, hoc ipsi adeo per illos licere, ut non bonum uirum iudicent nisi hoc faciat, cuius maxime causa Romā uenerit. Deinde abiisse, cōmutasse uelites cum Othone, & idem famulos Hugonis cum famulis Othonis fecisse, & sic euisse Imperatorē. Hugonem Romanis iratis respondisse nullum melius cōsiliū se habuisse, cum senlerit propositū Romanorū. Otho elapsus ē manibus Romanorum opera & industria Principū quos dixi, reparato exercitu ulturus Romanos in itinere hausto ueneno moritur. Quis exhibuerit certant auctores, est qui scribat Crescētij uxore misisse, amatoriumq; fuisse, quod mihi nō sit uerisimile. Romanorū scelere clam per quempiā illi datum credo. Corpus delatum in Germaniam sepultū est partim Augustæ, partim Aquisgranī. Augustæ intestina Aquisgranī reliquū. Antē & post huius Othonis mortē prodigia per Germaniam uisa enumerantur multa, terræ motus, cometes, ardentēs in aère saculæ interdiu. Post uita defunctū Othonem Principes electores per Gregoriū Pontificem Romanæ ecclesiæ instituti, quemadmodū est suprā dictum, iuxta pōtificiam cōstitutio nem Francofurti cōueniunt, & eligunt Imperatorem ducem Buarix comitem Bambergensem. Hic primus ex legibus constitutis ē Gregorio 5. electus est, nullo successionis respectu. Porro de huius maiorū genealogia & ducum Buarorum apud plures auctores scribitur, q̄ ut hic repetenda sint. Hic Henricus appellatus est ab electoribus imperij, Henricus 2. sed Itali quem Germani creant Henricum Aucupem parentem Othonis Magni non cōnumerabant inter Imperatores, hunc ergo primū uocant. Sed opponi aduersus eos potest textus ille: Constitutio & est palea. 63. dist. Hæc constitutio enim dicitur primi Henrici cum Romanis Pontificibus, Henricus coronatus & unctus in regem est ab archiepiscopo Moguntino, nomine Vuillegiso. Gallia reges & Principes primis annis eius imperij plurimū illi fecerunt negotij, sed Imperator ita cum illis saepe pugnauit feliciter, ut illa bella magnam existimationem & gloriā peperint illi, quare factum est ut alia postea nationes exemplo Gallorū docta minus rebellarent. Vix enim est aliud quod magis stabiliet & quietum statum faciat ac tueat ut regnum quam bona de Principe existimatio. Gallia sedata singulari felicitate & uirtute, exerci-
tum

tum uictorem ducit in rebelles Boëmos & Sclauos, cum quibus sæpius congressus semper uictor discedit, admodum exiguam suorum iacturam passus. Prælio uero præter alia maiore postremo uicti pacem petunt, iugumque admittunt. Subiugatis Boëmis & eorum Principe Bodislao, apud illos iura & leges in rebus prophanis ac sacris ordinauit. Ex illa expeditione expeditus in Germania disponit quæ prius per bellorum occupationes non potuit. Eodem tempore Babenbergensem episcopatum instituit, & ditauit eodemque loco bina ædificauit monasteria, in quibus orando, ieiunando & uigilando sancti educarentur uiri. Fuit Henrico Imperatori frater episcopus Augustensis ecclesie, uir non satis officio respondens, hic Henricum fratrem odio & inuidia persecutus est uehementissime nullo alio nomine, quam propter ratam eius pietatem & egregia felicitate gesta. Imperator iuxta Christi doctrinam non reddidit illi malum pro malo, sed pro iniurijs illatis non cessauit illi benefacere, coaceruans prunas super caput dicentis in corde suo, non est deus. Henricus improbis, ut scribitur, precibus principum impulsus ducit uxorem Kunigundem filiam Sigisfridi comitis Palatini. Kunigundis genus alij aliud faciunt, magnaque dissentio est inter autores. Non desunt qui originem eius à Carolo Magno ducunt, qui facile refelli posse mihi uidentur. Qui multa de hac re cupit legat Chronicam Norinbergensem. Henricus 2. decimo imperij sui anno Italiam cum Germanorum copijs ingressus eam pacauit, discordiarum, & seditionum causis sublatis, quantum potuit fieri. Romam honorifice & reuerenter exceptus est, corona imperiali à Pontifice Benedicto accepta, & iuramento Pontifici præstito ducit exercitum contra Saracenos qui Italiam miserè uexabant, Capuam autem tum occupabant, ad illos illuc contendit, & uirtute Germanorum militum uictos illinc expulit. Illis profligatis, Sabagonum ducem Constantinopolitanum, qui Saracenos inuabat, & incitabat aduersus Romanum imperium, persequi statuit per omnes difficultates. Nouam urbem hic Sabagonus ædificauit ad fines Apulie, in loco munito, & unde commodissime Italiam hostes infestare possent. Eo loco propter eandem causam Hannibal castra mouit. Hanc urbem oppugnat Henricus mensibus quatuor perpetuis, cumque iam peteret oppidani pacem, desperatis rebus, ditione ultro offerrent satis seruilè, sed nollet Henricus, nisi duce Sabagone tradito in manus suas, ecce tatus æstus & feruor solis incidit, ut Henricus & alij Germani non asueti caloribus illis, soluere obsidionem coacti sint, quare oblatas ab oppidanis ditionis conditiones cum obsidibus accepit, Romamque reuertitur, magnam militum multitudinem non tolerare tales calores ualentes perdidit ea æstate. Vnum enim nimium uinosum non exinguebat, sed magis incendebat inflammata & exiccata corpora. Aqua bona deerat, palustrem turbidamque quamlibet obuiam ingurgitabant. Multa quæ tunc temporis in insomnijs uiderit narrant scriptores, quorum cum fides sit plerisque suspecta & qui cupiet legere talia, apud multos nimium plura inueniat, prætereunda mihi duxi. Hoc uerum esse nemo dubitet Imperatorem hunc timuisse deum, in orationibus, uigilijs, ieiunijs, & sacris, quæ uocantur, officijs frequentè fuisse, sed an hæc quæ traduntur miracula egerit cum ipso deus, non ausim affirmare. Vnum miraculum referam quod accipimus accidisse tempore Henrici: in ecclesia quadam Saxonie celebrante sacerdote missam in uigilia natiuitatis domini 18. uiri, 15. uero mulieres, in cœmiterio saltarunt, impeditus eorum strepitu in sacris occupatus sacerdos imprecatus est illis, ut ita choreas ducant per totum annum, id factum esse scribunt Vincentius, & Ioannes de Columna. Tunc primum illam saltationem quæ nostra ætate multos utriusque sexus homines afflixit, ortam affirmare quidam non dubitant. Mihi non uidetur uerisimile. Henrico 2. ab ecclesiasticis merito debentur magnæ laudes, quare non miror si gratitudine animi ducti quedam ueris adsinguntur. Quamquam si pium & paternum

paternum erga suos animum & benefaciēdi propensam uoluntātē, operaq; ipsa respicias uerorum satis habent, quibus eum prædicent & ad astra ferāt. Cum ior tē Argentinæ esset aliquando, ceremoniāq; & preces sacerdotū illi arriderēt, con fors eorū regulā, ut sic loquamur, factus est, sed instituta pro sacerdote uero pro bā uitæ præbēda, qui regis in sacris esset uicarius, ipse discessit auocatus publicis imperij negotijs. Ea præbenda Argentinæ ad nostram usq; ætatem uocata est rega lis. Ecclesia maior Basiliēsis insigni opere est ab eo restaurata, non sine maximis impensis. Cum enim magna terræ (quæ solutus est sabulo tota) moles minaretur templi ruinā, imō ædificium labefactatū iam rueret in Rhenum, est enim a dito lo co ad ripam Rheni situm, Cæsar Henricus tam amœni loci, & templi ad diuinos honores ædificari ruinā animaduertēs, suis impensis aggeri ruenti opposuit mu rum materia & opere insignem & fortē, cuius fundamenta in Rheno iacta sunt. Remouitq; totā tēplī molem à ripa passus 14. Quod hoc opus Basileæ ciuitati fe cit maximā causam fuisse non est dubium, quod ea ciuitas bene merita fuerat de eo in bellis quæ in Gallijs, Boëmia, & Italia cum Saracenis gesserat. Euecta in al tum erat hoc tēpore in Sueuia familia quædam Guelfonū, quæ referebat genus suū ad Troianos, huius munimenta cōspiciuntur, in aliquot ecclesijs & monaste rijs, nempe Altorff & ad Vineta uocant Vuingarten, in his enim quidā illorum sepulti sunt. Horū quidā Tubingam obsedit anno post natiuitatē Christi 1165. coniunctis socijs episcopis August. Spiren. & Vuormat. Bertoldo duce de Ze ringen, Marchione de Veltēburgo, Hermannū de Baden Marchionē & ceteris alijs, qui fugati sunt omnes ab oppidanis & Hugone Palatino, multi capti, pluri mi occisi sunt. Fuit memorabile & sanguinolentū præliū. Henricus uxore suam nō attigerat, ipsa uicissim castitatē seruare cupiens cōsenserat spōso, ita ambo de gebant uitā cœlibem. Satan, qui nunquā quieuit, neq; quiescit, neq; quiescet an te cōsummationem, suspectā Imperatori reddidit reginā Kunigundem nomine adulterijs, cum quodā enim equite aurato rem habere conabatur malas cogitatio nes suggerēs diabolus persuadere Henrico. Henricus inculat eam, quur simulet & profiteatur castitatē coram hominibus, grauius iudiciū eam manere, dominū qui corda & oculos fecit omnia uidere, etiā si fallat homines. Castissima uirgo pu dico & modesto uultu cōstanter negat, & se gaudere, inquit, quod dominū testē habeat, cuius testimonio ipsa sit cōtenta, nam repositā in corde suo certā fiduciā, manifestā fore suam innocentā cum domino tempestiuū fuerit uisum. Vt autem Henrico hic scrupulus quē Satan illi iniecerat, eximeret, cōuenit inter eos, ut re gina ambularet super ferrum candens (uotnerem candentē scribunt fuisse) quæ postq; inuocauit nomen domini, ut propter gloriā suam probaret innocentā an cilla suæ, lata sed modestissima fronte, nudis pedibus ferrum igne iam extrah tum & adhuc rubens calcat toties, quoties uoluerunt ij qui aderant testes mira culi, quod deus cum uirgine sua ancilla operatus est. Qui scribūt ex impulsu Sata næ hoc excogitatū ab Henrico, ut cogeret uxore suam quā nunq; cognouerat, nec cum illa cōsuetudinem se habiturū decreuit, non sequi. quod illi inferunt pe nē dixerim calumniatores, esse satis iudicij Henricū tyrānum potius fuisse q; san ctum uirum. Quur non cogitāt, quibus quātisq; tētationibus sancti dei à Satana sint tentati, & non raro inducti nō nihil? Cōcedo enim iam argumēti gratia (nam ego nihil ausim asserere) tentatorē suggestisse Hērico, siue per hominem quem piam siue sine medio, ut in hunc modum probaret suæ sponsæ castitatē. In his ut in omnibus hoc genus rebus, nemo nisi spiritualis cui scriptura diuina est cogni ta, rectē iudicat. Quare meum iudiciū non interponam. Illis tēporibus gradines in Germania tam latē cecidere, ut caritatis magnæ causa fuerint. Cōtra uerbū uul go iactatum; Grando nulla caritatē facit. Henricus Cæsar multō ante prouidens sui

sui corporis resolutionē instare, cōuocat ergo Principes & predicat se cōtra ius et
 sanctionē pontificiā de eligendo Imperatore non facturū, plenamq; potestatem
 quantū in se sit relinquere electoribus principibus, qui quē putēt gubernādi pe-
 ritissimum & utilissimū præsensibus tēporibus eligere possint, sperare se tamē ne-
 minem grauius laturū, aut in malā interpretaturū partē, si dicat, quis ipsi uideatur
 imperio utilior. In hanc sententiā prafatus modestissimē, nominat Conradū Sue-
 uum natione, & ex matre regia stirpis. Additq; causas quare illū imperio iudicet
 idoneū, bello enim & pace se eius integritatē, pietatē, & animi inuictū robur per-
 spexisse, obdormiuit pauld post hanc orationē Hēricus, & sepultus est Babēber-
 gæ. Principes pedibus eunt in sententiā Casaris, eligit Cōradus, sed non unani-
 miter, erat enim quidā Boioariorū dux opibus et autoritate prēpollēs, uocabatur
 Cuno, qui Conradū despiciendo, & largiendo munera, & alijs malis artibus am-
 biebat imperiū. Et putatur à quibusdā non multū abfuisse, nullaq; alia res eum im-
 pediuit, magis, q̄ quod fastu turgidior cōtempm nimum ubiq; loquebatur de
 Cōrado, qui ab omnibus uir magnus & bonus habebat. Cōradus uxore habuit
 de uetustissimo Carolorū stirpe, quæ genuit illi Henricū qui patri successit, appel-
 latusq; est Henricus 3. Libētē hic Cōradus habitauit Limpurgi, quæ fuit arx in-
 ter Nemetes & Vangiones. Postea arcē illam mutauit in monasteriū inter Neme-
 tes & Vangiones sitū est, nomen adhuc antiquū obtinet, etsi à Comite de Lynin-
 gen Emichione exustū sit monasteriū. Nō diu post susceptū à Conrado imperiū
 Bodislaus dux Poloniæ, spreto Cōradi autoritate, seipsum regē appellauit, & tri-
 butum quod debebat Cōrado ex fœdere negauit. Quē maiestatis imperialis con-
 temptū iniquissimē ferens Conradus, cogere copias incipit, interea moritur Bo-
 dislaus, duos filios relinquēs nominibus Misiconē & Othonē, ambos strenuos
 ex strenuo patre. Quorū alter, Otho scilicet nolens Conrado rebellare, periculo-
 sum nimirū existimās, à fratre regno eicit, quare fugit ad Imperatorē, apud quē
 multa pro se cōtra Misiconem germanū fratrem dicit, currentemq; Conradū cōci-
 tat magis. Coactis igitur copijs in Poloniā profectus, assumpto Othone Misico-
 nis germano, quatit hostē rebellē, militibus prohibens ne quē ex plebe nō arma-
 ta tangerent & manus abstinerent ab omniū facultatibus, esse enim hoc regnū ma-
 gis Othonis qui esset in exercitū secū, q̄ Misiconis. Misico suorū animos magis
 inclinari ad fratris partes (siue q̄ Imperatorē timebāt, siue qd meliorē de se prebe-
 bat Otho spem) uident, desperat, cedit, in Boēmiā fugit, nā illius rex Vualdrichus
 erat hostis Imperatoris, sed hospes exceptus à rege hospite tutus nō fuit, Vualdri-
 chus enim Misiconē quē supplicem susceperat, coniectum in uincula mittere ad
 Conradum, exulemq; ducē qui se fidei eius cōmiserat, perfidus proditor tradere
 hosti decreuit. Hoc clam Boemus per literas significat Cōrado, sperans hoc ne-
 fando munere gratiā Imperatoris redempturū. Cōradus detestatus regis impie-
 tatem clam admonet ut aliorū fidei se credat, si uelit esse saluus, simul regis illi mit-
 tit literas. Misico proditoris animo cognito, bonitatemq; & magnanimitatē Im-
 peratoris uident, subducit se ex Boēmiā, & ultro supplex uenit ad Conradū, illiq;
 offert tributū ius quod debitū pater negarat dare, imperio se obsequuturū pollice-
 tur, ueniā temeritatis iuuenilis rogat. Impetrat ueniā, cōponuntur & quis parti-
 bus fratres, Poloniā imperio tributaria mansit. Conradus filio suo Henrico rege
 appellato, & rebus Germaniæ pacatis, Romam petit magnis comitatus copijs,
 gratia imperialem coronā accipiēdi, in itinere Mediolanī suburbia incendit pro-
 uocatus, & famiam erat expugnata uis, nisi propter Beatum Ambrosium absti-
 nuisset. Vbi urbi appropinquauit, obuiam procedūt omnes omniū ordinum, ha-
 buitq; in suo comitatu aliquot potentes reges. Est autē mox coronatus & appel-
 latus Casar Augustus à Pōtifice Ioanne 20. Cum au tem Romæ paruo tempore

moratus esset Romani militum licentiam grauius ferentes, clam conspirant, in-
 cautos opprimere conantur electa ad hoc temporis & loci opportunitate. Cum
 igitur omnia essent constituta, insidias suis locis dispositas, horatim aggrediendi ad-
 esset, magno impetu Germanos nihil periculi timentes adoriuntur, sed Germa-
 nus miles praesenti animo & uirtute arma arripit, urbanum hostem repressit. Mul-
 ti sunt utrinque caesi. Non in contemnendo discrimine fuit totus exercitus Impera-
 toris, & per hoc Imperator ipse. In animo enim Romani habuerunt totum exer-
 citum delere, & consiliorum rationes non erant uanae, tot insidiarum dolis erant
 instructae, & tam apte omnia erat diuisa locis, & temporibus. Porro qui de hoc
 Conrado cognoscere uolet qua pietate, quaque seueritate fuerit, legat eius constitu-
 tiones seu decreta. Scribuntur multa de eo a Vincetio, a Gallo, Gostrido Viterbien-
 si, Martino, Hermanno, quae ex narrationis serie non conueniente, temporibusque
 & personis non congruentibus facile iudicari possunt uerae an ficta sint. Mirum
 inueniri ingenia quae huiusmodi nihil ad instituendos mores facientibus fabulis
 gaudeant. Sub idem tempus quo Conradus in Italia coronatur Dux Sueviae Er-
 nestus priuignus Imperatoris, molitur in Germania res aduersus Conradum no-
 uas, confusus fortitudine militum quos Sueuia producere consueuit, & quorum
 dam nobilium amicitia, coactis ergo copiis diripere finitimos sibi, Imperatori sub-
 iectos, cepit, & quaedam non satis munita occupauit. Conradus comparato ex-
 exercitu opponere se illi cogitur, antequam uires acquireret, hostis autem fuit ui-
 ctu facilis, quonia maior pars Sueviae Imperatori studebat, nec habere per facul-
 tatum tenuitatem poterat satis robustum exercitum, quare dissipatus est exerci-
 tus, dux aliquandiu errans per sylvarum latebras, tandem etiam occisus est. Her-
 mano fratri Ernesti amico imperii Sueviae ducatum Conradus dedit. Conrado
 imperante, fuerunt in ecclesia haereses quaedam, praeter reliquas fuit in Gallia epi-
 scopus, qui allatas e caelo epistolas praedicauit, quae pacem & aurea secula essent
 facturae in terra, argumentum earum esse, ut arma omnes commutaret in instrumen-
 ta ad operas necessaria, ablata bona nullus repeteret, iniurias quolibet quilibet
 ferret, ieiunarent omnes pueri quoque & senio defecti quibusdam diebus certis
 quos nominauit, sabbato a pinguedine abstinerent omnes. Haec seruanda omni-
 bus hominibus praecipendum. Huic homini credebant multi. Episcopis omnibus
 etiam Romano haec per literas significauit. Contra illum autem multi pugnabant, po-
 tissimum uero Gerardus Cameracensis, illi resistit, affirmans, natura ita se res huma-
 nas habere nec aliter consistere ullam Rempublicam posse, ut sint iudices magi-
 stratusue, milites & agricolae, horum nullos sine alterius adiumento perdurare
 posse. Scripsitque hic Gerardus plura aduersus dictam haeresim, tandem Pontifice
 Romano curante sublata est haec opinio. Postquam Roma rediit in Germaniam
 Conradus Itali seditionem concitarunt contra eos, qui res Imperatoris procura-
 bant. Imperator igitur collectis in Germania turibus Italiam repetit. Itali Vngar-
 ros & Sclauos socios sibi iungunt, impares enim satis experti sunt se esse Germa-
 nis. Conradus igitur in Italiam festinatius uenit, Sclauis & Vngaris cessantibus,
 Brixiam & Mediolanum cepit, tradunturque illic Caesari conspirationis autores,
 qua satisfactione contentus, non grauius tractat illas ciuitates. Vbi Cremonam per-
 uenit, obuiam fit illi Pontifex Max. ut placet animum exasperatum Germani Ca-
 saris, & ne Romam ueniat omnino aut saltem non tam hostili animo. Composi-
 tis ex animi sententia rebus in Italia, uertit signa in Vngaros & Sclauos qui erant in
 itinere, ut Italiam contra Imperatorem iuuarent. Imperator locis oportunis praesidia
 & insidias ponit, cauet ne quis ex suo exercitu praecurrat, & nunciet illis aduen-
 tum suum. Vngari & Sclauis sine omni metu ibant hostem in Italia expectaturi,
 Conradus erumpit ex insidijs quatuor partibus, hostes oneribus pressos, sine or-
 dine

dine iter facientes sine suorum sanguine in fugam agit, magnamque multitudinem occidit & capit. Hoc Conradi factum omni hominum memoria dignum miror tam ieiune literis commissum. Hoc quoque tempore per suos duces legatos Othonem Celticum Burgundiam ducem uictum praelio occidit, Burgundiam imperio subiicit. Magna post haec Conradi fuit apud omnes gentes exultatio, solaque nomine autoritate plurimum in mortalium rebus potuit. Quare imperii rebus compositis, Romam profectus est, quia audierat Pontificem uexari quorundam iniquitate & malicia. Et Graecos Nortmannosque de regno Apuliae contendere, quos pacavit paucis uerbis, iussit enim ut ab armis discederent, & uiris bonis arbitris rem pacifice componerent. Romanum quoque Pontificem sola autoritate & minis ab iniurijs inimicorum liberauit. Omnibus igitur succedentibus ex uoto sine omni labore, otiose urbes Italiae & regiones uisitat animi gratia, & per longas ambages maris Adriatici redit in Germaniam. Iamque totus quietus, nihil uides periculi, laboris aut magni negotij, dixit iam quietam degam uitam, iam otioso licebit in amoenis oblectari hortis, uenationibus, &c. Ecce (quod solet plerumque illis hominibus euenire, qui iam sibi exhaustos labores omnes putant, otiosque frui incipiunt) corripitur a letali morbo, quem paucis diebus mors consequitur. Mortuus est Traiecti, sepultus uero Spirae, ubi aedificauit templum insigne opus. Post Conradi obitum quosdam electorum male habuit, quod Henricum contra legum constitutionem declarat Imperatorem ante mortem: quanquam alias fatebantur eum Imperio dignum uideri. Tamen cum intelligerent patrem tantae autoritatis fuisse, & filium optari ab omnibus, non poterant alium praeter illum eligere. Succedit igitur patri, anno post natiuitatem Christi 1040. Statimque primo imperii anno cum Boemis gessit bellum toto semestri tempore, & in angustijs & syluis multos Germanos amisit, infelix bello uisus est in principio. Hyeme enim aspera reducere cogitur exercitum non modo re infecta, sed magno militum numero amisso. Hoc non sine maxima animi aegritudine tulit. Quamobrem primo uere reparatis & auctis copijs alia uia alioque conatu hostes aggreditur, priore enim aetate didicerat quid opus esset ad hoc bellum conficiendum. Hostes simile belli rationem existimabant, quae praecedente anno fuerat, ad hancque omnia sua parauerant, id quod futurum prauidit Henricus, & accedens ad hostes, simulat id sibi esse propositum, aliter autem eos aggredientes perturbat omnes eorum rationes, uincit praelio, capit ducem eorum, eum eos ad eum, ut supplices pacem petierint. Per conditiones igitur dux est liberatus, & Boemia tributaria imperio facta. Fuit celebris Treueri synodus, in qua multa de pace communi Christianorum egit Henricus Imperator. Omnibus omnia in se delicta condonauit, ut paci consulere. Facta est pax per totum fere imperium. Duxit uxorem tertio imperii anno Agnetem nomine uirginem moribus & forma mirabiliter praestantem, & nobilem, erat enim filia ducis Pictauiensis qui ex prima nobilitate fuit. Celebrauit nuptias frugaliter, iudicauit enim magis dominum deum actus suos matrimoniumque fortunaturum, si impensas quas exigunt magnifica illa stultae mundi pompa iuberet in pauperes largiri. Paulo post nuptias Godefridus Lotharingiae dux aduersus imperium molit seditionem, omnibus rationibus sollicitas omnes quibus ullo modo causas opinatur fingi posse contra Imperatorem aut imperium. Sua enim referre magnopere existimauit minus potentem esse Imperatorem. Iamque non contemnendam societatem adeptus erat, cum Henricus cognouit eius cogitationes, multi adferebant eius dicta & conatus maioraque ueris fingebant. Imperator dissimulat se male habere, simulat se omnia continere, aliud agere, meliora de hoc ducem sperare. Quam primum uero omnibus principibus scribit, conuocatisque Spirae omnes ceu comitia celebraturus, nec de suo proposito quicquam cuiquam dixit. Quae ex Lotharingia perferuntur rapit interpretando in meliorem partem. Venit autem ad conuentum magis armatus numerosioreque comitatu, iubet etiam alios imperii principes adducere plures & armis instructiores. Et ne quis aliquid suspicari, posset etiam ipse quod summi erant amici

& focij periculatorum ipsius Godefridi nunciat, ut comitatiores armatis ueniant: Nullā addēs causam nisi ut uiderēt exteri legati qui uēturi essent ex Græcia, quantis armorū uiribus pollerent cū pacis tēpore sic armatos conspicerent. Et quo magis excluderet omnem suspicionem, abbatū, monachorū & episcoporum imbellem (tunc temporis) turbā uenire imperat, ceu de religione negotio multa tractaturus. Conuenit magna equitum, & peditum non parua multitudo. Dux Lotharingie comitiarum finem statuit expectare, motus excitatos sedat, exiit se armis, focijs uēturis (quos expectabat multos, neq; enim parua res erat, Nortmanni & Galliarum multi proceres conspirarant) renunciat euentum huius cōuentus expectandū, nihil timens, quā fortassis excōmunicationem. Primo igitur consessu expectari Græcos oratores dixit nihil interea agi posse, sed seorsum unoquoq; principe uocato, propositum suum exponit, & uoluntatem singulorū explorat. Sequenti die cōuocatis omnibus qui parati cum eo erunt quō uellet proficisci, diligentia suæ rationem reddit, nam multi putabant superuacū fuisse tanto apparatu ad opprimendū inermem Lotharingie ducē, enarrat magnitudinem conatum eius, & multitudinem sociorū cōfederatorum eius. Nunc uero intellegere eum exutū armis, nihil opus fuisse tanta cura, Ingreditur autē omnes collectim in Lotharingiam, ducem Godefridum captum sempiterno carceri tradit Imperator. Circa hæc tempora erant Romæ tres Pontifices eodem tempore, eorūq; nullus eo nomine dignus erat, erāt enim omnibus uicijs inquinatissimi. Molestē tulit Hēricus tales haberi capita ecclesiæ Christi, quam ob causam Romam cum copijs proficiscitur, eō ubi uenit, certatim Pontifices muneribus & promissionibus deuincere Imperatorē conatur. Henricus sciens esse malos uiros, nihil adulationibus, nihil donis promissisq; mouetur, omnes deponit, pontificatum tribuit Suigero episcopo Babenbergensi, nominatq; eum Clementem secundum, qui assumpto pontificatu, coronauit Henricum. Deinde ordinauit Imperator Romæ omnia. Et monet ut caueant ne postea sic electione sua turbent ecclesiam. Porro eodem tempore Saraceni magnā Italiæ partem uastauerant, aduersus quos ducit Imperator exercitum, in Cāpaniaq; cum eis pugnauit feliciter, modico enim suorum sanguine superauit & fugauit ita ut uniuersa præda, quam maxima in Italia corraferant, uenerit enim in potestatē Germanorū. Ita rebus magnā gloria & felicissimis successibus in Italia gestis & dispositis, repetit cū ualēte exercitu in Germaniam, Vbi uenit in Germaniam rectā ducit copiarum partem in rebellem Frisiam, quam breui obsequentē reddidit. Anno domini 1048. moritur papa Germanus Clemēs, euehitq; statim à morte huius Boppo Bauarus, qui nominatus est Damasus 2. Hūc Romæ habuisse milites Germanos, armisq; eorū introductū uī, cū electus esset alius ab ijs qui id ius habēt. Huius pontificatus nō mense uno durauit, defunctus est em̄ uita ex morbo qui ueneni suspicionē medicinæ peritis præbebat. Romani cum ante mensē suam electionem irritam fuisse considerarent, Germanosq; milites creasse Pontificem, miserunt legatos ad Imperatorem, oratum, ut uirum bonum, & sanctimonīa uitæ summo pontificatui dignum ecclesiæ quæreret. Sperabant uero Romani Henricum responsurū quod læpe alias alij Imperatores responderunt, nempe ut eligerent probatissimum ipsi, quibus esset penitior personarū cognitio, & iudiciū melius spiritalium rerum exactius. Imperator oblatā plenam eligendī potestatē (cōtra Romanorū expectationem) arripit libēter, sineq; mora nominat Brunonem inculpata uitæ, aperti simplicisq; ingenij hominē, episcopū Tulensem. Qui missus Romā papali habitu, in itinere abbas Cluniacensis & Hildebrādus quidā faciūdia insignis monachus. p̄uaserūt illi ut deposuerit uestē pontificiā. Dixerūt enim Henricū non habere ex iure neq; diuino neq; humano potestatem eligendī Pontificem. Iusseruntq; eum cogitare quid

Quid proximo Pontifici Germano accidisset, qui quoque per milites Germanos
 contra sancta sanctorum pontificum decreta sit Pontifex factus, uix enim uixisse dies
 uiginti sex in pontificatu. Breuiter homo simplex et non impius est inductus, ut ab
 lecto pontificali habitu ingressus sit Romam uestitu priuati hominis, & ex ore eius
 auditum est quod dixit, se non querere otium & ut uitam in delicijs agat, neque titillari
 se uana gloria mundi, quam inanem & nullam cognoscat, sed seruire domino deo suo
 & Christo seruatori suo, non alia causa Imperatoris autoritatem tam promptum secu-
 tum. Quare se paratum esse (addidit gloria & gratia sit deo meo) cedere diuinam uo-
 luntati, cuius seruus cupiat esse, etiam quolibet periculo, qualibetque sui nominis
 ignominia, modo benedicatur & glorificetur ille qui solus est laudandus cuique soli
 debetur omnis honor & laus in sempiterna secula. Quae uerba magnopere ob-
 lectarunt Hildebrandum monachum, quare apud abbatem suum primo, deinde apud
 episcopos aliquot, adiuuante abbate, de huius uiri sanctimoniam multa praedicat,
 efficaciter per illos quos induxerat in suam sententiam, ut a clero populoque Romae unan-
 miter electus sit ad pontificatus munus. Vocatusque est Leo nonus. Hildebrandum
 ob morum & animi similitudinem ad deo amauit ut Romae retentum cardinalem crearet, nisi
 hilum sine eius consilio fecerit, planeque unus animus unaque sententia in duobus cor-
 poribus extitit. Hic Pontifex post quintum papatus annum est mortuus. Non diu post
 haec, rex Ungarorum Aba Austriae & Bauariae depopulatus est, occisis multis, ma-
 gnam praedam, innumerabilemque multitudinem captiuorum abduxit, in Ungariam ubi re-
 uersus est. Munit loca quibus fidebat, socios quaerit, delectum habet militum, nam sa-
 uile scire poterat, non sic laturum Imperatorem. Ea propter Imperator consensu & auxi-
 lio omnium imperii principum contractis copijs Ungariam petit. Inter Ungaros ma-
 gnae erant seditiones, multi enim regem clanculum odiebant & mordebant, ueniente
 autem exercitu Germanorum, palam illi maledicere incipiebant; quamobrem erat ma-
 gna anxia oblata Caesari Ungariam occupandi totam, nisi alia grauioris momenti eum
 auocassent. Idcirco cum uenissent illi, fines Ungarorum iam ingresso obuia legati
 & pacem peterent, facturos quicquid iuberet, modo salua sua libertate & legibus in
 quibus uiuerent, foedus quaecumque fecit, & magnis Germaniae ciuitatum & princi-
 pum impensis frustra consumptis, reducit copias in Gallias, quae erant in armis.
 Porro Ungarorum tyrannus Aba post Imperatoris discessum incepit crudelissime
 sauire in eos qui aliquid uel dixerant, uel fecerant contra se. Quod quidam conspiran-
 tes aduersus Abam tyrannum literis significarunt Henrico, petebantque ut uentret,
 Abam odio haberi ab omnibus Ungariae regem ut det, rogant, multa tyrannica facta
 Abae enumerant. Inter reliqua scelera quae perpetrauerat, hoc erat unum. Inuitaue-
 rat ex toto Ungariae regno uiros circiter quinquaginta primae nobilitatis, & qui
 ab omnibus optime audiebant nomine prudentiae & iustitiae (quales tyranni minime
 ferunt) simulauitque consilio eorum usurum, ubi autem conuenerunt iussit omnes
 obruncari. Quibus rebus commotus Caesar, cum magnis copijs proficiscitur in Un-
 gariam. Cui non minorem multitudinem Aba opponit. Dumque aliquod dies uterque ca-
 ptaret tempus locumque pugnae sibi commodiorem, tandem descenderunt in aequum campum,
 ubi primum diu aequo Marte per equites, quos plurimos habuere in utraque parte,
 pugnatum est, ubi uero manus conferere inceperunt peditatus, ecce repentina tem-
 pestas exoritur turboque uehementis uenti pulverem plurimum inijcit in Ungarorum
 oculos, quae res fecit ut Henricus uictor uicerit. In eo praelio perire uiginti sex
 milia, ex quibus uix tria milia fuerunt ex exercitu Henrici. Abas rex ex praelio eua-
 sit hostium manus, sed in uilla latitans a suis quos iniurijs maximis affecerat, oc-
 ciditur. Ungaria uniuersa confluit ad pedes Imperatoris supplex implorat ue-
 niam, petitque pacem. Quibus Henricus molestum & perbenigne respondet, & sum-
 mam aequitatem beneuolentiamque ostendit, Regem Petrum, quem Aba regno
 ui eiecerat,

ui eiecerat, restituit, & similtates quæ erant inter Petrum regem & quosdam Vngariæ proceres tollit. Regi præscribit uiuendi & gubernandi leges, ita ut non magis rex quæ præfectus Imperatoris in Vngaria hic Petrus dici possit. Hic Petrus in humanius uiolentiusquæ in Vngaros quosdam leues tantum ob suspiciones animaduertit, quare accidit illi quod plerisque solet euenire qui imperant uiolentia nimia. Vngari enim cõspiratione facta contra regem sumunt arma, ducibus Andrea & Leuenta fratribus ex nobili genere fortibus uiris, quibus ducibus omnes episcopos totumque clerum occiderunt in Vngaria, & professione Christiani nominis abiecta in uarijs abominandis superstitionibus uixerunt. Regem Petrum in pugna fortiter dimicantem capiunt, & luminibus priuatum ducunt in Albam, ibi mortuus est ex dolore uulneris & animi angustia. Rege superato dux Andreas coronatur ab Vngaris, appellaturque rex. Henricus magna comparata classe nauigat in Vngariam nauibus uehens omnem belli apparatus & comeatum. Obsidens minutissimum castrum Pescha (quod ad Danubij ripam situm est, habetque subterraneum meatum ad fluuium) silente nocte sub aqua natans quidam omnes Cesaris naues perforauit, submersaque sunt & perit comeatus & belli apparatus, multitudoque militum non parua. Hac iactura tantum debilitauit Cæsarem, ut soluere obsidionem & in Germaniam redire coactus sit. In patriam reuerso Cesare, decernitur synodus, dies & locus constituitur, sed eam quidam sibi male conscij impedire conati sunt. Præualent tandem boni qui rebus ecclesie consultum optabant. Habita igitur est Moguntia, in ea fuit Papa Leo de quo supra, & Imperator ipse, Quædam de personis ecclesiasticis alendis, quales esse debeant, & de ecclesiarum ritibus sunt in ea synodo instituta. Hac synodo finita, Henricus denuo conscribit exercitum & in Vngaros ducit, usque per omnia secunda fortuna uictor disponit res Vngariæ ex sua uoluntate, & consilio Leonis Pontificis, quem unam cum Imperatore in eam expeditionem profectum post Moguntinum concilium, accipimus. Post in Germania Pontifex cum Imperatore multa passim ordinauit in ecclesijs, priuilegiaque uterque dedit ciuitatibus & ecclesijs multis. Eo anno natus est Henricus 4. Pontifex ex Germania discessuros Vuormatiam rem sacram fecit in Cesaris præsentia & magna Principum conuentus, & benedictione apostolica ualedixit Germaniam. Henricus cum Pontifice ualidam manum Germanorum selectissimorum militum misit Romam, quibus illic factiosorum inordinatos motus comprimeret. Vbi attigit Italiam nunciatur Leoni Pontifici in itinere, Gisulphum Nortmannorum comitem, Beneuentumque urbem uel expugnasse suoque regno adieciisse. Quam urbem Henricus 2. donauerat Pontifici Romano. Cum enim curperet ecclesiam Babenbergensem in cathedralem prouehi, recusaui Pontifex Romanus, qui tum erat Benedictus octauus, nisi ecclesia Babenbergensis Pontifici Romano daret quotannis centum argenti marcas, & equum pharetratum album, quo tributum Romanis Pontifex remisit, pro accepta Beneuento urbe. Hanc ergo urbem Romanæ sede postquam audiuit captam, Leo celeriter nunciat Cesaris, sed fidens Germanorum militum manu, quos secum habebat, non expectat Cesaris auxilium aut responsum, sed ducit suos (quos tam bene armatos & alacres uel dens, putabat inuictos) quantumuis hosti numero impares, aduersus Gisulphum, confususque magis autoritate apostolica, pontificisque benedictionibus, quam arte militari ipse Leo Pontifex regit suas copias, igitur cum hoste imprudentius congregitur & capitur a Gisulpho Nortmannorum comite, qui breui post honorifice reuerenterque tractatum dimisit Pontificem, comitesque Romam usque dedit, timens nimium Henricum. Magna illis temporibus fames Germaniam afflixit, & alias finitimas nationes, quam sequente anno omnium rerum affluentia consecuta est, eiusque anni autumno crudelis sœuijt pestis.

DE GERMANIS

LIBER DECIMVS QVINTVS.



O anno mortuus est Hēricus & regio more Spira praesentibus proceribus sepultus est. Ante obitum uero filium suum Henricum regem appellauit Romano Pōtifice & omnibus Principibus cōsentientibus. Ergo puer quinq; annorū regnare coepit, nominatusq; est Henricus 4. Pater illi moriens cōmendauit matrem mulierē prudentem, & timentē deum, admonuitq; ut cōsilijs eius uteretur etiā in magnis imperij rebus. Primò pie obsecutus patris uoluntati, usus est matris cōsilijs & bene successerunt omnia. Sed breui per adultores & malos nebulōes seductus mollis puerilis animus matrē contēnens secutus est eos, qui suadebant quicquid illi arridere uidebant. Quidam igitur mali adultores puerum in se cōuerterunt, ita ut ratum habuerit quicquid statuerunt. Itaq; sua facta & conatus sub pueri praetexto defenderunt. Multisq; bonis deiectis, malos euexerunt. Multa de imperij iure rapuerūt, multa confirmarūt iniusta. Puer puerilia magis curans, omnia maiora concedebat. Facilius erat ad donandū magnas ciuitates, & remittenda tributa, quā ad amittendam quāpiam coloribus uarięgatam sonorā auiculam. Omnia literis, & sigillo nomineq; imperatorio corroborabantur. Effrenata licentia ubiq; erat in omni scelerum genere. Postquā uero Imperator adoleuit creuitq; cum aetate iudicium, incepit odire adultores per quos erat seductus, nam superstites quidā adhuc erant. Multa reuocauit quae rerum imperitus cōfirmauerat. Nec impune abiissent qui aetate eius abusi erāt, nisi mors plerosq; abripuisset, & reliqui propter extremam senectutem termino suo proximi fuissent. Diffluentem licentiam pessimorum morum cōpressit, leges bonas & iustitiam exultantem reuocauit quantum licuit. Porro aulici licentia peccandi diuturna corrupti, & malis moribus nobiles asueti odire Imperatorē incipiunt, cogitant de alio eligendo, conspirant, calumnijs falsis traducunt Imperatorem. Saxones primi cōtra eum arma sumunt, ex improviso eum opprimere conati. Sed deo omnium gubernatori optimo aliter uisum est. Henricus enim eorū manus euadit, mira celeritate exercitum cōtrahit, congressus cum illis a quo campo facile sibi malē cōscios fugat, diripit regionem eorum aetate, arces ex rupibus altis deiecit, incēdit castra & urbes. Pertinaces diu sic passi sunt grassari, neq; petierunt gratiam, quāquam se cernerent uictos, quare omnes ex patria sua eieci sunt, in exilio iussu Imperatoris capti sunt, tamē pleriq; breui liberati rursus coniurant contra Henricū, statuuntq; inter se prius mori, quā aut cedere ex sua patria, aut se dare Imperatori. Adiunguntur uero illis quidam ex Longobardis, & ex Sueuis, non pauci etiam ex Francis Orientalibus & Bauari nonnulli, qui omnes non potuerunt accommodare uitam suam bonis legibus. Coniurant ergo, in Caesarem ducunt suas copias. Cum autem uident eum instructum potenti animo ad excipiendum hostem paratum, suis copijs non fidunt, quare mittūt Romam legatos ad Pontificem Gregorium 7. cum mandatis mendacibus, accusant eum grauissimē, quicquid detestandorum nefandorumq; scelerum fingi potest illi obijciunt. Obtestantur igitur eum per omnia sacra ut sua autoritate iuuet quo alius Imperator eligatur, qui sapiētia & grauitate dignus sit tanto imperio. Hunc esse dedecus & maculam non Imperatorum modò sed hominum omnium. Propter abominanda scelera, quae ipsi nominare non uerebātur, nos nominibus suis appellare prohibet pudor. Pontifex excommunicat Imperatorem, imperat suis appellare prohibet pudor. Pontifex excommunicat Imperatorem, imperat Principibus ut nihil cum illo cōmertij habeant, absoluit omnes Principes & imperio

perio subiectos populos à iureiurādo. Nunciatq; principibus imperij ut sint bo-
no animo, se breui in Germania affuturum, interim quiescant. Henricus Impera-
tor ubi hæc cognouit, obseruauit in itinere Pontificem obuiusq; illi exponit unde
sint illæ lachrymæ nempe quod homines nimia licētia perditī, rectè monētem &
salutares leges ferre non possint. Suam innocentiam probat. Papa absoluit eum.
Interea temporis electores imperij elegerant Sueuorum ducem Rudolphum in
Imperatorem. Qui cum usurpasset nomen Imperatoris mox armis ab Henrico
petitus est, Rudolphus fugit in Saxoniam, ut illic uires colligeret omnīū secum
sensentium. Nec dubium est, electum hunc Rudolphum consentiente Pontifi-
ce Romano, quia in itinere Papa eum metu absoluisse dicitur, ueniebat enim ua-
lida militū manu obuiam Pontifici, ut si non uerbis posset, armis extorqueret ab-
solutionem. Henricus, fugiente Rudolpho, occupat omnia quæ erant in Sueuia
& Bauaria hostiū suorū. Rudolphus collectis suæ factionis uniuersis uiribus ob-
sidet Herbipolin, Cæsar cum suis copijs eodem cōtendit. Erant exercitus multi-
tudine ferè pares. Principes qui erant ex factione Rudolphi per insidias multos
subornarant qui ad Henricū se contulerunt & militarunt cum eo, ubi igitur uen-
tum est ad pugnam illi subintroducti quidam uerterunt tergum, quidam uerte-
runt arma in proximū quemq; horū proditorum periurorū multi erant in equi-
tatu, idcirco equitatus prius quàm peditatus in fugam actus est. Nec diu confusi
& perturbati pedites consistere potuere. Henricus Imperator uulneratus euasit
cum equitibus. Rudolphus potitur uictoria & urbe. Henricus animi constantis
& infracti uir reparatis copijs repetit Herbipolin, electisq; præsidijs recipit eam.
Recepta urbe sine mora proficiscitur in Saxoniam, cui opponit se Rudolphus non
abiecti animi homo. Multis prælijs multoq; Germanorū sanguine productū est
per totā æstatē bellū in Saxoniam, postremo maiore reliquis prælio superauit Hen-
ricus. Amputata est Rudolpho pertinacius pugnāti in eo prælio manus dextera.
Quam ostendisse ferunt ubi fuga elapsus est, episcopo suo, cuius impulsu rebel-
larat Cæsari, & obiurgasse episcopum propter impium & malum cōsiliū, & di-
xisse hæc est manus qua ego periurauī Henrico domino meo ex animoq; pœni-
tuisse eū. Ex eo uulnere & animi dolore mortuus est Rudolphus. Porro nec post
mortem Rudolphi petiere Saxones pacem aut gratiam, sed peruicaces alium eli-
gunt & nominant regem Romanorū, Hermānum nomine armorum peritia &
robore animi simul & corporis præstantissimū uirum, sed pauld post electionem
è Saxoniam expulerunt, causæ non sunt, quod sciam, proditæ ab historiographis.
Hic fugit ad Treuerensem episcopum, à quo exceptus est propter militares uir-
tutes. Exploraturus quā animose quidam in arce uellēt hostem repellere propu-
gnando, cum opus esset, assumptis aliquot socijs, ceu expugnaturus accurrit ad
castrī portas, ibi ictu lapidis, qui ex arce missus est à muliere, perit. Saxōes in pro-
posito persistunt donec ad extremam raritatem sunt redacti. Autores rebellionis
qui non fuga cōsuluerunt sibi, omnes occisi sunt. Pōtifex Romanus multis uijs
palām & clām Hērici res impedire conatus est per aliquot hos annos, sæpe eum
excommunicauit, sæpe absoluit. Fama enim exierat de hoc Henrico eum esse pa-
rum æquum sacerdotum generi, & factis multis cōtra ecclesiasticos testatus est.
Qualis in eum Papa fuerit hæc uerba Bullæ in Germaniam contra eum missæ te-
stantur abunde, quæ sic habent, Henricus qui cornua & calcem cōtra ecclesiam
dei nimium superbe erexit facta coniuratione cum multis Romanæ sedis inimi-
cis in Italia, Gallia & Germania. Qui fractus potius quàm ad sanitatē reductus
ad me in cisalpinam perueniēs, absolutionem anathematis suppliciter quæsiuit,
hunc ego quem ad pœnitentiam uenisse credideram in gratiam recepi, huic tan-
tummodo cōmunionem reddidi, nō tamen in regnum ex quo eum in Romana
synodo

Synodo merito depulerā restitui, nec uectigalibus regni ut ad fidē redirēt cōcessi.
 Hoc ideo feci ut si redire in gratiā cū finitimis suis quos semper uexauerat differ-
 ret, reddereq; res cum ecclesiasticas, tum personas ex fœdere abnueret, cogi ad of-
 ficiū execrationibus & armis posset. Hac opportunitate adiuti quidā Germa-
 niæ episcopi & Principes ab hac fera diu uexati in locum Henrici suis flagitijs è
 regno cadentis, ducem Rudolphū deligūt, qui regia modestia & integritate usus
 statim nuncios ad me misit, à quibus intelligerem se coactum regni gubernacu-
 la suscipere, non esse tamen adeo regnādi cupidum ut non malit nobis, quàm re-
 gnum pollicentibus obtemperare. Futurum se in dei potestate semper ac nostra.
 Idq; ut arbitramur nos facturum, filios obsides pollicitus est. Stomachari tum
 Henricus cepit, & nos primo quidem precari ut Rudolphū ab occupatione re-
 gni execrationibus propelleremus. Dixi me uelle uidere cui ius cōpeteret & eò
 missurum nūcios, qui rem omnem resciscerēt. Venuit Henricus quo minus res
 è legatis nostris decerneretur, multosq; tum seculares, tum ecclesiasticos interfecit,
 ecclesias diripuit, & prophanauit, hęc ob rem fidēs in dei iudicio & misericordia,
 sultus etiā autoritate nostra, ipsum Henricum eiusq; fautores uinculo anathe-
 matis colligo, atq; iterū regia ei potestatem adimo, interdicōq; Christianis omni-
 bus, illo iuramēto absolutis quo fides regibus dari solet, ne Hērico ulla in re ob-
 temperent. Rudolphum quem Germaniæ proceres delegerant, suscipiant &c.
 Paulò post in eadem bulla subiūgit: Agite igitur Principes & quod dixi uestra
 autoritate interposita confirmate, &c. Post pauca sequitur in Bulla: Hoc autē
 iudiciū citò in Henricum exercete, ut intelligant omnes iniquitatis filij, nō for-
 tuitu, sed uestra opera eum regno cedere. Velim insuper ut à domino gratiā con-
 sequatur, uestris monitis ad poenitētiā inductus. Actum Romę nonis Martijs.
 Fuerunt præterea aliæ discordiarum causæ inter hunc Henricum & Pontificem
 Romanum. Nam Imperator beneficia & prælaturas ecclesiarum cōtulit quibus
 placuit, nō expectata apostolica è Roma autoritate. Quod permolestè tulit Pon-
 tificis, aduersus iura ecclesiastica hęc fieri dicētans. Sæpe admonuit Henricum ut
 ut ab illa intolerāda ecclesiæ præsumptione desisteret, ecclesiæ suam ius relinque-
 ret, non poneret manus in cœlum. Cum uero pertinaciter Henricus in proposi-
 to pergeret, omnes apostolicas è Roma siue per literas, siue per legatos ueniētes
 admonitiones contemneret, cogit Papa Romę frequentissimam synodum epi-
 scoporum & reliquorum prælatorum ecclesiasticorum. In quo cōcilio multa de
 potestate Papæ sunt statuta & cōfirmata, ut seruētur perpetuo apud omnes Chri-
 stianum nomen profitētes. Henricus denuo ceu hostis persecutoriq; ecclesię ex-
 communicatus est. Hęc synodus anathematizauit eas quoq; ecclesiasticas per-
 sonas quæ de manu alicuius secularis (sic enim loquuntur) personæ acciperent,
 aut unquā accepturæ esset inuesturam. Vt est scriptū quest. 16. cap. 7. quod inci-
 pit: Si quis deinceps. Quo loco paulò inferius scribitur: Si quis Imperatorum, re-
 gum, ducum, marchionum, comitum uel qualibet secularium personarum inue-
 sturam episcopatuū, uel alicuius ecclesiasticæ dignitatis dare præsumpserit, eius-
 dem sententiæ uinculo se esse obstrictum sciat, &c. quæ in bulla scribūtur. In hac
 quoq; synodo excommunicati sunt simoniaci & fornicatores sacerdotes omnes,
 & prohibitū plebi ne ad scortatorū sacra accedat, & uxores sacerdotibus adēpta.
 Hoc ita habere testatur breue apostolicum ad Cōstantiensem ecclesiam scriptū,
 quod ita ad uerbū sonat: Gregorius episcopus seruus seruorum dei, clericis &
 laicis maioribus atq; minoribus in Constan. diocesi constitutis salutē & benedi-
 ctionem. Misimus fratri nostro episcopo uestro Othoni literas exhortatorias per
 quas pro nostri necessitate officij apostolica autoritate iniunximus illi ut Simo-
 niacam hæresim de ecclesia sua penitus excluderet, & castitatē clericorū studiose
 prædicandam

prædicandam susciperet, sed episcopus uester neq; Beati Petri reuerentia præce-
 pti, neq; officij sui sollicitudine attractus, ut nobis relatū est, quæ paterne suaera-
 mus perficere curauit, & ut non solum inobedientia, uerumetiam rebellionis of-
 fensam cōtraheret, quemadmodū accepimus, palàm clericis suis iussioni nostræ
 inò uerius Beati Petri omnino contraria permisit, ita ut qui mulierculas habue-
 rant retinerent, & qui non habebant illicita temeritate subintroducerent. Quod
 ut audiuimus moleste ferētes alterā ei scripsimus epistolā indignationis nostræ
 motus ostendentes, quinetiam ipsum ad synodum Romanam aduocauimus, ut
 rationes reddat & inobedientia causas, si rationabiles fuerint, in audientia totius
 conuentus exponat. Hæc ideo filij charissimi uobis nota facimus, ut saluti ue-
 stræ consulamus, si enim fronte aperta episcopus uester repugnans & cōtumax
 esse studuerit, indignū est ut præsit, &c. Quapropter omnibus sicut prædiximus,
 deo & Beati Petro obedientibus apostolica autoritate præcipimus, si in obdura-
 tione sua persistere uoluerit, nullā ei obediētia reuerentiā exhibeatis, neq; id anxi-
 mæ uestræ perniciem esse putetis, nam si præceptis apostolicis uoluerit esse cōtra-
 rius, ab omni illius subiectionis iugo B. Petri autoritate uos absoluius, ita ut si
 etiam sacramenti obligatione quilibet ei fuerit obstrictus quā diu deo ac Sed.
 Ap. rebellis extiterit, nulla illi fidelitatis exhibitione fiat obnoxius. Sunt autores
 qui dicunt episcopum illum Constantiensem omnino infensos habuisse scortar-
 tores, patrocinatorūq; coniugio sacerdotum. Romam inuitatum non uenisse ad
 synodum, timuisse enim ne sententia sua locum non habuisset. Sunt præterea
 alia multa pontificum decreta contra fornicationem pro castitate seruanda sacer-
 dotibus. Et propter hanc causam congregata est synodus Erdfurdia ab episcopo
 Moguntino, cuius sacerdotes abhorrebant ab hac pontificia constitutione (ple-
 rique enim habebant uxores, aut senes iam aliquando habuerunt) & contrā asse-
 rebant ex euangelio & Paulo, naturaliq; dei institutione. Et plane erat episcopus
 eiusdem sententia, sed magis dissimulare metu pontificæ autoritatis coactus est,
 nam idem quod Constantiam scripserat etiam Moguntinæ ecclesiæ Papa. In pri-
 mo synodi confessu proponebatur breue apostolicum quod imperabat imperio.
 fassimè ut omnes sacerdotes aut coniugium, aut sacerdotium relinquerent, hocq;
 sine omni tergiuersatione facerent sine mora alioqui nō solum excommunicatio-
 nis sententiam latam obstinate inobedientes expectarēt, sed etiam animabus Sa-
 tanæ traditis, corpora supplicij afficienda seculari potestati traditurum dominū
 Papam. Sacerdotes omnes uno consensu respondebant: Se sua omnia subijcere
 iudicio ecclesiæ, nec ab ea unq; dissensuros, modo nō aperte cōtra domini institu-
 tionem faciat, coniugium cui essent diuina institutione, fideq; data obstrictæ de-
 serere aut abiurare non posse. Nec minus post fidem datam sacerdotio se mini-
 sterio altaris abdicare posse. Et multa pro cōiugio aduersus coactum celibatum
 adducebant, & quo quisque uir melior aut sacerdos sanctior, hoc pluribus uehe-
 mentius repugnabat. Episcopus dicit se cogi apostolica Romana sedis autorita-
 te ad hanc exactionem. Nec quenquam sperare debere, quod argumenta suppli-
 cationesq; aliquid hic mutare possint. Romæ esse hoc decretum in sacrosancta
 Pontificis, cardinalium & episcoporum synodo frequentissima. Post episcopi
 responsionem & excusationem, sacerdotes inter se consultaerunt, inter uarias
 sententias præualebat illorum qui censebant, ut spacium consultandi peterent,
 quod si illud negaretur, nihilominus domum quisque rediret, nec responderent
 uxores ne an altaris ministerium deserere uellent, Episcopum sententiam execra-
 bilem nō promulgare ausurum, cum ipsi unanimes concordese sint, prius Ro-
 mani

nam argumenta sua missurum, saltem rem ita differri posse sine periculo. Episcopus cum uideret omnes unius animi uniusque uocis esse non audet contra muire, timet enim propius periculum, magis quam remotum quod à Pontifice expectandum erat. Nam sacerdotes potuissent eum cathedra episcopali deturbare. Quare iubet ut quieti sint, nihil in uulgus spargant, aliquidue in Pontificem Romanum seditiosè dicant. Se cum alijs episcopis conatorum D. Papam ab huius sententiæ austeritate abducturum. Sic soluta est hæc synodus. Anno domini 1074. Negotium ita dilatum est in annum sequentem. Frequentes Bullæ, frequentes nuntij à Roma ueniebant eo anno quibus ira Pontificis in non obtemperantes sacerdotes significabatur, & minabantur episcopo & clero Moguntino anathemata & execrationes. Quare statim post annum synodus ecclesiæ Moguntinensis diocesis est congregata in urbe Moguntia. Adueniebant etiam alij ecclesiastici prelati, inter quos erat Curiensis episcopus qui linguæ facundia uir potens erat, ueniebant autem ut cauere schisma ecclesiæ quod præuidebant futurum ex sacerdotum Moguntinæ ecclesiæ contentione cum Romano Pontifice. Aderat etiam apostolicus ex Roma legatus cum bullis pontificijs quæ continebant horrendas minas, nisi statim absque ulla disputatione & tergiversatione aut uxores repudiarent, aut se ministerio altaris abdicarēt. Hoc cum episcopus urgeret Moguntinus (contra tamen suam uoluntatem & conscientiam, quod non semel tantum factus est) urgeret episcopus Curiensis, & alij qui aderant ut inducerent ad obedientiam clerum ecclesiæ Moguntinensis. Quidam audacioris spiritus (quam prohiberetur erat mandato Domini Papæ, & uiua uoce legati apostolici Romani) contra sententiã Romanæ sedis multis magna uoce dissierebant. Nonnulli, pauci tamen, uel timentes famem, si essent sacerdotia relinquenda, uel alioqui non amantes uxores, libenter uxores concubinis commutantes, responderunt se ecclesiasticis constitutionibus sacrosanctæ synodi obtemperaturos. Horum quidam postea clam usi sunt uxoribus suis, retinereque sic uxores & sacerdotia: ij uero qui suas uxores non amabant, uel cum ancillis suis, uel cum adulteris mulieribus, quas multas ipsi fecerunt, uel cum uulgarî immunda meretricum turba consuetudinem habuerunt, loco uxorum. Ii autem, qui contra præstitam fidem uxoribus & aduersus dei constitutionem, putabant salua conscientia de precepto despecto hominum constitutionibus obsequi non licere, nihil aliud responderunt quam sententiã ex scriptura, & disputando molesti apostolico legato fuerunt qui occluserat aures suas ad eorum argumenta. Itaque mandatum est illis, ut relictis suis quibus præerant ecclesijs alio se conferrent, ne turbaret eos qui in eorum locum essent mittendi. Si quis aliter faceret excommunicationem animæ simul & corporis interitum præsentissimum expectaret. Sed sacerdotum illius ecclesiæ maior pars (nescio qua fiducia) obdurata domum reuersa apud plebem suam causam ex suggestu contra Pontificem Romanum egerunt, & quod diu alius ab alio audierat de matrimonio ex Biblia, singuli plebem suam docebant, resellentes opinionem Domini Papæ, quæ odiosissimis nominibus appellabatur. Hæcque prædicarant quam primum ueniebant domum per aliquot dies continuis quatuor aut quinque horis, nam sciebant illis non diu locum fore concionandi, nisi populum pararet, ut nouam à Roma uenientem opinionem non admitteret. Nec pontificij non intelligebant periculum, quare excommunicationibus fulminabant, publicantes latam sententiã ab apostolica sede profectam. Parochi autem ubique occupant sua doctrina animos uulgi, nihilque mouebatur Bullis Rom. nihil minus, nihil execrationibus, quod ubi animaduertent pontificij, aliquot præstantiores, diuersæ

diuersæ partis captos interfecerunt. Hoc exemplo alios deterrere uolentes sed longe aliter accidit quã ipsi opinabatur, supplicio enim affectis quos ipsi bonos & deum timētes uiros, ueritatemq; defendentes iudicabant, inceperunt omnem potestatem & auctoritatem Romanæ sedis contemnere, male de ea loqui, & quie quid Pontifici Romano intelligebant placere, illis suspectū erat, conspirabantq; multi cum eis etiam sub alijs episcopatibus donec tanta multitudo non solum in Germania, sed etiam in Gallia in eam contra Romanum Pontificem sententiam adducta sit, ut impune ubique & facerent & dicerent contra sedem apostolicam Romæ: nam erant etiam Principes in ea factione. Henricus cōiuebat ad hæc, imò grata illi erant, quam minimam enim optabat auctoritatem Pontificis à quo excōmunicatus erat. Quæ dissensio Imperatorū & Pontificis in causa fuit, ut diutius & latius sparsum sit dogma illorū qui dissentire ausi sunt à Pontifice & synodo Romæ ritè congregata. Ritus ecclesiarū mutabant, sacerdotes non uxoratos obseruabāt, deprehēsos in scortatione sententijs ex biblijs & Pontificum constitutionibus confutabant, & accusabant palam coram populo, conferre iubebant scortatorem meretricis satanaq; membrum, & maritum castè uiuētem & liberos iuxta dei institutionem educantem. Breuiter erat magna illo tempore in ecclesia occidentali turbatio, coelum miscebatur terra. Atq; hæc discordia fecit ut multi Orientali ecclesiæ accesserint. Dominus absq; dubio iudicabit hypocrisiam & iustum, retribuetq; unicuique iuxta opera sua. Nostræ modestiæ & angustii captus est interim sententiam suspendere, & orare simplici humilicq; corde dominum, ne cæcitatem & errores immittat in populum suum propter peccata. Id quod sæpe factitasse legimus. His temporibus multa in Germania prodigia acciderunt, Constantiæ peperit mulier, puerum bina capita, quatuor manus, totidemq; pedes habentem. Terramotus in multis extitere locis, &c.

Henricus igitur partibus Pontifici Romano aduersis fauebat & arte & consilio aderat. Conradus uero exequabatur uel Pontificis placita, Henricus fluctuanti et perturbatæ ecclesiæ consulere uolens, cogit conciliū Brixie quæ est urbs Norica, conuocat autem omnes episcopos & abbates secum sentientes aduersus Gregorium Pontificem. In eo concilio absentem Gregorium à sede apostolica depellebant suis decretis, ut ecclesiæ turbatorem & uelatum monachum, nam monachus ante pontificatum fuerat: in eius locum eligebant archiepiscopum Rauenatensem Guibertum nomine. Recensebo autem eius decreti uerba quæ sic habent: Quia Gregorium illum cōstat non à deo electum, sed à se ipso in fraude & pecunia impudentissimè erectum, qui ecclesiasticum subuertit ordinem, qui Christiani imperij perturbat regnū, qui regi catholico ac pacifico corporis & animæ intentat mortem, qui periurum defendit regem, qui inter cōcordes seminat discordiam, inter pacificos lites, inter fratres scandala, inter coniuges diuortia (loquitur hic de sacerdotū coniugio) & quicquid quietè inter pie uiuentes stare uidebatur concussit. Nos autore deo congregati in unum, legatis ac literis freti episcoporum decem & nouem, die sancto Pentecostes Brixie congregatorum, contra eundem Gregorium procacissimum sacrilegia & ac incēdia predicantem, periuria & homicidia defendentem, catholicam & apostolicam fidem de corpore & sanguine domini in quæstionem ponentem, hæretici Berengarij antiquum discipulum, diuinationum ac somniorum cultorem manifestum, necromanticū, pythonico spiritu laborantem, & idcirco à uera fide exorbitantem, iudicauimus canonicè deponendum & expellendum, nisi ab ipsa sede, his auditis, descenderit in perpetuum contemnendum. Acta autem sunt hæc septimo Calend. Iulij indictione tertiam. Porro in eadē synodo mutarunt nouo Pontifici nomen, ut mos est, & eum appellarūt Clementē (erat enim inter Imp. & Pont. Gregoriū magna inimicitia)

Hoc

Hoc decretū per nunciū Romam missū est, & sanē incredibiliter terruit Gregorium totamq; Romanam curiam, erat spes tamen magna in Rudolpho. Statim post hoc conciliū bellum illud cōtra Rudolphum per Henricum est gestum in quo uulneratus perit Rudolphus ut iam ante dictū est. Hoc nunciū ergo breui secutum est Romam illud de decreto. Maior ergo pavor mentes Pontificis & Romanorum concussit. Et accessit aliud quod non leuius animos pontificiorū afflixit. Henricus enim filius Imperatoris Henrici quarti (quem pater cum Germanorum copijs in Italiam miserat ut amicos sociosue retineret in officio & hostibus sicubi opus esset resisteret, & si uideretur etiam inuaderet, non paruo praelio uicit hostes, qui a re Pontificis merebant. Facile uerbis consequi non est, quā post illa incōmoda Pontifex & omnes qui senserāt cum eo aduersus Imperatorē animo deiecti fuerint, prospiciebant enim iamiam Henricum cum suo Papa adfuturū, & ulturum se. Paucis post diebus nunciabatur Romę aduenire Henricū cum infinitę multitudinis copijs. Romani igitur munire portas, muros, cōuehere cōmeatum, delectum habere militum, sollicitare & excitare quoscunq; potuerunt in Casarem. Vngaris multa promittere ut inuadant Germaniā, apud Gallos nihil intentatum relinquere, &c. Henricus uenit ad mōnia Romana eo die post annum quo decretum fuit illud Brixie contra Gregorium, nempe die Pentecostes. Obsidione urbē conatur premere, sed uidens omnia tam diligēter prouisa, ut à timidis fieri consueuit, ut nulla omnino spes capiendi eam esset in præsentiā, cum suo clemente Pontifice Rauennam profectus est. Anno proximo post rursus uenit ad urbem inuadendam, paratior ad producendam obsidionem, qua diuturna ad ultimam famem eos adegit. Inceperant in urbe qui Imperatori Henrico fauebāt, palām illius partes defendere, desciuerunt multi ad eum ex urbe & reliqua Italia quę Papę erat. Discordantibus igitur intra mōnia animis paucisq; fideliter suum locum defendentibus, uic expugnauit. Populus Imperatori acclamauit, sese illi cōmendauit, in illius laudem & gloriā cecinit. Pontifex uidens se a populo desertum, rimam fugę nullam esse, cum cardinalibus in castrum S. Angeli confugit. Castrum militibus ab omni parte circundatur, nullumq; spacium egrediendi aut ingrediendi relinquitur. Cum uero Pontifex diutius sustinisset obsidionem Romanis committit Henricus ut diligenter custodiant, & omnibus uiribus ad deditiōnem nitantur eum adigere, ipse ad reliquas ciuitates pontificias in Italia expugnandum cum exercitu Roma discedit, plerisque igitur ex sententia sua subiugatis (quoniam facile se dabant, postquam audierant quo loco essent res sedis Romanę) Romam redit, cum quibusdam suis Pontifex fuga elapsus est, cōnuentibus Romanis. Romani ergo dediderunt se Henrico, qui cum suo Pontifice episcopo Rauennate magna pompa & fucata Romanorum læticia intrauit Romam. Clamabat omnis populus ecclesiasticus & secularis: Benedictus qui uenit in nomine domini, etc. Statimq; post gloriosissimum introitū, consecratus est ex more Pontifex, per cardinales & episcopos, mox a Pontifice inthronizato, uti enim liceat stilo Romanę curię, coronatus & Imperator Augustissimus appellatus est Hēricus quartus. Hoc loco dissenserūt autores, sed superstitiosius excutere nobis, opinor nō est necesse, cum ad Romanam sedem magis quā Germaniam, pertineant. Hęc dum Romę acta sunt, in Germaniā & Gallijs discordia maxima fuit in ecclesia. Quare Casare in Germaniam reuerso, conciliū Moguntię habitū est, in quo Hēricus multitudinē sequēs accessit eis qui sacerdotū coniugiū sublatū uolebant, quare, resistentes ei opinio ni cōdemnati sunt. In hac Moguntina synodo pax in Germania est constituta. Saxones quoq; uolentes imperio obtemperaturos se promiserūt, Casaremq; agnouerunt Henricū. Multi uiri bene animati & expectantes salutē animarū suarū in
his

his turbationibus & contentionibus se è mundi uanitate eo tempore in monasteria contulerunt, in quibus fuerunt Principes quidam uiri. Quamobrem monasteria quædam tunc sunt fundata, monasteriū quoq; S. Georgii in Hercinia (sylua tūc est ceptum ædificari. Item monasterium ad duplicem aquam Germanice Zuifalten & alia. Loquimur autem de ætate annorum à natiuitate domini 1083. & 1084. &c. Circa idem tempus Henricus 4. Sueuiam inhumaniter afflixit, quod sibi elegerat regem dum ipse abesset in Italia, Augustam urbem uero præcipua clade affecit. Cuius exemplo reliquæ terræ urbes obtemperabant Imperatori, nec quisquam res moliri nouas audebat. Hoc tempore Friderico duci Sueuiæ Imperator dedit uxorem filiam suam Hagnem, ex qua Hærico genuit duos nepotes nominibus Fridericum, & Conradum qui postea Imperator factus est. Hæc Hagnes mortuo primo marito Friderico nupsit Marchioni Austurio Luipoldo, eumq; parentem fecit quatuor filijs & filiabus tribus. Peperit enim illi filios Luipoldum ducem Bawariæ, Conradum archiepiscopum Salsburgensem, & Henricum ducem Austriæ. Henricum ferunt rursus cum Germanorum copijs Italiã ingressum & seditionum, quæ plurimæ Rempub. imperij turbabāt, autores puniuisse, & Saracenorū grassantium in maritimis locis Italiæ ferociam compescuisse. Post reditum urbem Augustam obsessam & afflictam ante, nūc proditione capit anno eodem, qui fuit 1089. Rutenorum regis filiam duxit uxorem. Hoc tempore Pontifex Romanus in synodo frequenti contra Henricū decernit multa (nam Clemēs quem Henricus Pontificē fecerat, mortuus erat) quæ non laturus Imperator conscribit exercitum, & in Gallijs magni motus & mortalibus multis exitiales. Qua discordia principū fretus Turcus suū propagat imperiū Christianorū magnā multitudinem trucidat, & abducit in seruitutē quolibet mortis genere duriorē. Eodem tempore quoq; miserè ab hostibus fidei afflicti sunt, qui Hierosolymis erant Christiani. Pontifex igitur qui tum erat Urbanus 2 studet in gratiam redire cum Imperatore, conciliatq; alios Principes, docet periculorum à Turco magnitudinem & præsentiam. Decernitur igitur expeditio in Turcum qualis antea nunquam fuerat. Aliæ nationes alijs itineribus ibāt, Germani, de quibus loquimur in præsentī opere, ducuntur per Gualterum Sueuiæ ducem, descendētes per Vngariam, in Bulgariam primò, deinde Cōstantinopolim ueniūt. Cōstantinopoli statuit Gualterus expectare socios ex reliquis nationibus, qui erant ingens exercitus. Cōstantinopolitani omnem humanitatem ostendebāt nostris militibus. Ducibus munera dabāt. Post paucos dies, ueniunt copix, ex Gallijs, Hispanijs & Italia. Coniunctis igitur omnibus unā uiribus nauigant per Hellespontum in Bithyniam, quæ in Asia est. Cōmeatus abūde sequebatur à Constantinopoli, usiq; sunt uentis secundis. In Asia castrametati sunt, intellexerunt enim hostem non longe abesse, & primis quidem diebus cauti pabularum & frumentatum à castris recesserunt non longe, paulatim longius abierūt & plures, minoriq; cura, cum sic per mensem totum (nam cōmorati sunt eo in loco duos menses) nullum uiderent hostem, semperq; impunè præda onusti uenerent, ausi sunt tādē per decem miliaria sine metu pererrare regiones illas armenta & greges ad exercitū agebant. Postremo circiter tria milia Germanorum impeditum & duo milia equitū longius progressi, à duce Turcorū Solimano (qui ita ex dolo hæctenus grassari passus fuerat, eos ut negligentes redderet) circūuenti & omnes ad unū trucidati sunt. Qua clade audita, uulgus in castris furere, arripere arma, magistratus monentes, cautè & prudenter, non temere agendum, furore nihil effici, ratione opus esse, nō audire. Quare frena remittere duces coacti, instructa acie peditum uiginti quinq; millium, equitum quatuor millium, aduersus hostē contendunt. Solimanus infinita multitudine uenientes excipit, pugnat

tur diuā uostris acerrime, sed nimia multitudine circūfusi ferē omnes occisi sunt. Occubuerūt multi nobiles in eo pralio, inter quos Gualterus Sueuus dux occisus est. Hæc negligentiam & inobedientiam mala consecuta sunt. Circa hæc tempora Godescalus presbyter teutonicus cum 15. milliū copijs ludæos per Germaniam passim cogebat profiteri Christum, aut occidebat. Incepit autem in Fracia Orientali. Postea in Vngaria ceperūt ludæos quoq; persequi, rexq; Vngarorum persuasus piū opus hos facere, non restitit. Cum igitur illi Godescali milites onusti essent præda, & superbirent in diuitijs quas ludæis rapuerant, quotidie ebris, & petulantes, nullumq; modum tenentes, etiā iniuria afficientes alios non tantum ludæos, rapiebant enim maritis uxores per uim, stuprabant uirgines ciuū. Quod cum rex uidet irascitur, cogit copias, illos comessando, potādo, ludēdoq; occupatos trucidat ferē omnes, & ludæorum facultatibus potitus ipse. Hic finis fecit ut Godescalus malus hypocryta iudicatus sit à plerisq;. Quod huic sub prætextu religionis successerant rapinæ, paulò post alij insurrexerunt eodem rapiendi proposito, autor eius factionis erat Emicho comes de Lyningen, homo factiosus, & rapinis assuetus. Primum quoq; tantum ludæorum hostes uolebant uideri, sed quid in animo habuerint postea est cognitum. Reliquias ergo ludæorum per Germaniam misere afflixerunt. Vbi uero ad fines peruenerūt Vngarorum, ad locum Zaborth, inuenerunt iter quo transeūdum fuit, clausum, idq; imperante rege fuit factum. Emicho multitudine confusus ponte facto pertransire flumen conatur uī, præsidia regia adoritur, munitiones oppugnat. In tantam fiduciā erāt adducti, ut inceperint tractare, quomodo uellēt regnū inter se diuidere, quis in regem eligendus sit. Et dum ita inter se cōsultant, disputant, & cōtendunt, ecce Vngari ex improuiso erumpunt & plurimos ex eis occidunt, quosdam capiūt, pauci fugæ debebant uitam. Ut autem redeam ad expeditionem cōtra Turcos susceptam. Vbi audiuit Cōstantinopolitanus Princeps nostrorum cladem, Solimani uero prosperitatē, multa agere cepit contra nostros, illis qui præcesserāt, quos diximus in Asia castrametatos, & ferē 20. milia amisisse, præripuit cōmeatū, sequentes impediēbat, Hugonem fortem heroa fratrem regis Franciæ per insidias & dolum captum in uincula coniecerat, Solimanum hoc modo sibi conciliare uoluit. Sed fortissimi uiri ex Gallijs & Germania cū copijs secuti, ubi cognouerūt Hugonem ducem exercitus Gallorum captum, celerrime miserunt nūcios ad Imperatorem, qui peterent ut quos sine omni iure in uinculis teneret dimitteret. Id Imperatore negante, sine cunctatione omnem circa Constantinopolim regionē diripuerunt, ita plebi, ut solet fieri, delictum Imperatoris sui deuorandum fuit. Tandem etiam sibi timere incipiens in urbe dimisit Hugonem & quos cum eo in custodia habebat. Necdum hic Alexius hoc Imperatori nomen erat, celsauit moliri quicquid aduersus nostros facere putauit. Id non ferentes nostri multas ciuitates ditioni eius subiectas occuparunt, iura, leges, & incolas mutabant. Vbi Alexius nostrorum potētiam & alacritatem uidet, & præsens suum discrimen, petit pacem, opem suam cōtra hostes pollicetur, magna munera nostrorum ducibus mittit. Nostri utendum in præsentiarum homine hoc iudicabant, quāquam non ignorabant fraudulentum & uersutum hominem esse, omnia ex falso animo facere, &c. Conuenerunt ergo in Bithynia omnes copix, quæ numeratæ inuenta sunt pedum millia sexcēta, equitum centum millia. Si uniuersi primum urbem Neceam populi frequentia, opibus, munitionibusq; incomparabilem, obsidione circumdederunt. Solimanus Turcarum Princeps coactio uix credibilis multitudinis exercitu, celeritate mira longis itineribus confectis aduenit auxilium laturus urbi laboranti. Pralium est cōmissum, à matutino tempore usq; in noctē est pugnatum, Turcæ uerterūt tergum, in fuga occisi sunt plures quā in pralio, rī

ui sanguine fluebant, ducenta milia desiderata eo pralio ferunt, sed multo maior
 numerus Turcorum occisorum fuit. Post pugnam urbs expugnata & direpta
 ē nostris est. Solimani uxor & liberi in ea fuerunt & periere. Solimanus uir for
 tis ira succensus ob pulcherrimā urbem, uxorem liberosq; amissos, uidens se col
 lectis illis ob uirtutem eorū non esse parem, obseruat occasionem tempusue quo
 diuisos aggrediatur. Nec eius consiliū & expectatio uana fuerunt. Nostri enim
 post tantam stragē Solimanū non timentes disuncti per aliquot miliaria copias
 ducebant. Quosdā igitur qui longius procefferant a socijs, Solimanus aggressus
 inopinatio fugat, interficitq; multos. Quod ubi ad nostros peruenit, statim cōiun
 cti in hostem feruntur & uincunt, Solimanus fuga uix tutatus est uitam suam in
 eo prelio. Ex nostris maxime Germanis periere multi acutis febris. Progres
 si hinc in Pisidiam peruenerunt, omnia in itinere subiicientes. Postq; longas iti
 nerum maris & terrā ambages Antiochiam peruenerunt, quam urbem obsede
 runt mēsisbus octo, quo tempore multa incōmoda passi sunt, oppidani enim do
 lis & artibus multis instructissimi plurima damna nostris intulerunt, sepe intēpe
 sta nocte, facta eruptione, nō sine multa nostrorū exade repulsi in urbem sunt. Ex
 uicinia omnia ante nostrorū aduentū erant in urbem uecta, ecq; homines se con
 tulerant cum suis facultatibus omnibus. Hinc factum est ut noster exercitus ma
 gna laborarit fame. Cumq; iam de obsidione soluenda cogitassent, nulla spe ca
 piendā urbis apparente, disceptatio inter exercitus Principes est orta, alijs uolen
 tibus obsidionē producere, alijs cum nullam spem uiderent, nolentibus manere.
 Fuit in exercitu Boēmūdus Tarentinorū Princeps, qui spem per proditionē ex
 pugnandā urbis fecit, idcirco manserunt, & ut Boēmundus dixerat tradita est a
 quodā proditore qui in turrim nostros admisit silēte nocte, uigilibusq; occisis ex
 illa in alias proditore duce sunt ducti. Tandemq; aperuerūt portam totū intromi
 serūt exercitiū, qui grassatus est sanē nimīū inhumaniter in omnes, nō ut oportuit
 habito respectu sexus & ætatis. Omnes domus & plateæ implebatur cadaueribus.
 Magna uis auri, argēti, preciosarumq; aliarū rerum est inuēta militū pleriq; sunt
 diuites facti ex præda opulentissima urbis. Porro nō ignoro de hac re longe ali
 ter Blondū & Platīnam scribere. Nam illi scribūt, cum res essent in ancipiti discer
 mine quendā in urbe primas tenentem Pyrrhū nomine, plurimū apud omnes ci
 ues gratia & autoritate pollētem, petisse uidere & alloqui Boēmundum heroa,
 cuius gestorū fama ad illū Antiochenū ciuē peruenerat. Id, inquit Blondus, per
 inducias cōrigisse illi. Conuenisse per interpretes collocutos, tantopereq; illum
 Pyrrhū raptū in amorē Boēmūdi ob animi dotes quas in uerbis & moribus eius
 perspe: erat, ut promiserat, se effecturum ut Antiocheni ciues tradāt urbem Boē
 mundo, modo ille solus gubernare uelit eam & id uelint reliqui exercitus princi
 pes concedere. Id relatū ad Principes, cōcessum esse, urbem ita ab illo Pyrrho tra
 ditam scribūt. Edictēq; cautū esse apud milites ne ciues laderēt, in Turcos & Sa
 racenos (qui armati erāt in urbe ut propugnādo defenderent eam) sauitū est. Tur
 corum magna multitudo cōfugit in arcem, ubi uiderunt hostem in urbem intromi
 ssum. Quare statuerunt arcem expugnandā omnibus modis esse, anteq; disce
 derent Antiochia, quamuis uiderēt ea arx humanis uiribus inexpugnabilis, erat
 enim sita in altissimo monte rupibus, naturali saxo durissimo inaccessa. Hanc ar
 cem temerario impetu expugnare nitūtur, putant enim metu perculsos nihil ani
 mi habere, qui cōsulerant. dum igitur rem nō possibilem conātur, multi cadunt
 lapidū telorumq; iactu, & Boēmūdus ipse fortius nimium q; temerē pugnās uul
 neratur grauiter sagitta, & ex eo uulnere decubuit per aliquot dies. Dum ita in
 arce oppugnāda laboratur per aliquot dies, nunciatur nouus uenire Turcorum
 exercitus, quibus præerat Corbana Princeps militiæ regis Persarū. Nostri nun
 cio

cio hoc accepto illis obuiam procedere communi concilio decernunt, sed antequam
 potuerit acies ordinari, ad moenia adsunt, cinguntque urbem, in arcem admittuntur
 a socijs. Ex arce sperabant se expugnare urbem posse, quare ex arce eruptionem
 in urbem faciunt, pugnatur ante arcem in urbe acriter, compelluntur Turcae fugere
 in arcem. Multi utrinque occubuerunt in ea pugna. Post hanc subitam eruptionem
 nostri munitionibus arcem clauerunt. Intercipiebatur ubique mari & terra com-
 meatus, nihilque inferri in urbem poterat, erat enim circumfusa hostibus. Propter
 rea tanta fames exorta est in urbe ut asinos, equos, canes & mures comedere co-
 cti sint, perireque magna multitudo inedia. Quibus difficultatibus moti omnes una-
 nimiter in urbe censebant egrediendum ex urbe praelioque commissio experiri for-
 tunam satius esse fortiter pugnantes cum laude mori quam fame tabescere & con-
 sumi. Erumpunt, hostes acie instructa non instrenue excipiunt nostros, pugna-
 tur dubio Marte aliquandiu, tandem Turci uertuntur in fugam. Centum milia
 Turcorum eo praelio occubuisse concordantes scribunt auctores. Hac potius uictori-
 a in castris inuenerunt omnium rerum abundantiam, miracum annonae utili-
 tas est eam uictoriam consecuta, nam uel ea sufficere poterant quae inuenta sunt
 in castris hostium: sunt autem praeterea quoque omnes uiae quae ab hostibus occlu-
 sae erant, apertae, & quemadmodum secundam fortunam solent sequi amici, multi
 miserunt legatos foedus societatemque cum eis facere petentes. Post hoc praelium
 in arce quoque territi de deditioe inceperunt cogitare. Arcis praefectus sciens
 se nullum locum post deditioem habiturum apud Turcam, & fortassis alioqui
 non magnopere abhorruit a Christiano nomine, quare arcem nostris tradidit,
 ea lege ut qui recusarent nomen Christianum cum suis facultatibus incolumes
 sinerent abire liberos quod uellent, qui uero Christianam uellent profiteri religio-
 nem concederetur ius liberè inter Christianos uiuere, & eorum legibus uti non aliter
 atque si essent ex Christianis parentibus orti. Hoc modo uenit & arx in potesta-
 tem Christianorum. Boemundus Princeps Antiochiae constituitur, sed ita ut ex-
 ercitus cum suis copijs sequatur usque ad finem expeditionis susceptae. Venerunt
 Antiochiam legati a rege Aegyptiorum, foedus & pacem cum nostris ut facerent,
 contra Turcam auxilium pollicentur. Nam a Turcis Aegyptij multa erant pas-
 si. Foedere iuncti, mittuntur ad regem Aegyptiorum cum legatis Germani pro-
 ceritate staturae praestantissimi ex toto exercitu, qui cum Babyloniam uenerunt
 ad regem, Aegyptij & rex mirari non satis poterant hominum nostrorum statu-
 ram, corporis habitum, armaturam, incessum, uultus, quae omnia animos praestan-
 tissimos praese ferebant. Rex Aegyptiorum comparat copias, & illos Germa-
 nos secum accipiens, ad Hierusalem, quam Turca tenebat, ducit, obsidet urbem,
 minatur totum exercitum qui Antiochiam ceperit, foedere sibi iunctum, hos se ad-
 ducturum, ostentat Germanorum praestantia corpora, tales esse omnes in exerci-
 tu trecentorum millium, inquit. Hierosolymitani perterrefacti his minis. Nam fa-
 ma ad eos peruenerat quo modo Antiochiam occupassent illi ex Europa, tradunt
 urbem regi, qua recepta eam circumuallauit, & omnique genere munitionum fir-
 mauit, ut eam nostri non expugnare possent. Ita nostros decepit rex ille & eos qui
 habitabant Hierosolymis, nam illi stupefacti nostri exercitus famae magnitudi-
 ne, non metu regis urbem dediderunt. Antiochiae post illa in urbe & extra urbem
 praelia, crudelissime sauit pestis, quare quam primum eduxerunt exercitum, prius
 tamen rebus in urbe ad religionem Christianam coordinatis. Iter propositum
 prosequentes, uersus Hierusalem copias ducunt, in uia ferè omnes ciuitates tri-
 butarias faciunt. Interim rex Aegyptiorum arte qua dixi potius urbe, parat se ad
 ferendam obsidionem, & oppugnationem. Eijcit ex urbe omnes Christianos, &

ipsum patriarcham spoliatos omnibus facultatibus. Quare Iunio mense quinto anni 1099, copia nostræ ante urbem Hierosolymā peruenerūt. Quæ, sicut etiam ex sacris scripturis licet uidere, in monte est ædificata inter ualles & montes sita, qua re sit ut hosti difficillimus sit accessus. Accedit alia incommoditas obtidentium eam, quod scilicet intra mœnia aquæ satis habent, extra paucas modicæ aquæ profundas, quæ ruricolis nix sufficiunt ad arcendam sitim. Annis Siloë perexiguus ex monte Sion descendit in conuallem Iosaphat, sed per urbem transit antequam ad exercitum perueniat, quo fit ut cum lauet urbem tam populosam, pestifer reddatur, stercorandisque agris urbi subiectis aptior, quàm animalium corporibus potu reficiendis, & præter sordium colluuiem quæ semper purgatur illo flumine, etiam oppidani cum uident hostes ea aqua opus habere, ueneno inficiunt. Sunt quoque qui dicunt torrentem esse, qui æstate sæpe exiccet. Nostri igitur in ea obsidione aquæ penuriâ laborarunt maxima. Quare intelligentes se in obsidione durare diu non posse constituunt maturare oppugnationem, idcirco cum primum totus exercitus conuenit ad urbem, iusserunt unum atque alterum diem exercitum, refocillare cibo & quiete corpora, interea Principes muros, situm & reliqua perpendunt, quibus que partibus uisa est exposita expugnationi magis in ijs locis aggrediuntur uniuersi eodem tempore, Hierosolymitani accerrimè defendunt muros, nostrosque repellunt, ita triginta dies quotidie oppugnando certant, non sine uulneribus & eadē die trigesimo primo uarijs tormētis, quibus turbabāt è muris propugnatores, uarijs machinarum generibus, quibus muros deſciebant, & uarijs pontibus quibus transibant fossas, & transcendebant mœnia, freti occuparunt urbem per uim, in quam admissi omnia militari furore omnia prosternebant, non muliebri sexui, non puerili ætati, non infantibus parcetes, trucidabant omnes. Feruntur supra decem millia qui cōfugerant ad templi altare obtrūcati. Post hanc horrendā cædem, sancta loca quæsiuerunt, & uisitauerunt. Hoc loco miracula multa recensent magni etiā autores, quæ quantū plerisque fabulæ uideantur, tamen paucis attingere uisum est. In ciuitate sancta (scribunt) multis apparuerūt multi qui in itinere de Christianorū exercitu perierant. Et eo die quo capta est urbs episcopus quidam qui Antiochiæ mortuus erat fulgentibus aureo colore uestibus cum aureo baculo super murum urbis stans apparuit, & lata fronte nostros adhortatus fertur. Ita loca sancta etiam sepulti per uias quibus iuerunt uisitasse dicuntur. Hoc anno ter est Hierosolyma capta & uastata, prius enim Saraceni ceperant ex manu Aegyptiorum regis, qui qua fraude rursus ceperit dictum est. Nostri Godfredum Lotharingiæ ducem regem Hierosolymæ faciunt, hic enim præstantibus factis meritis uidebatur in ea expeditione, præter alios, regnum. Instituitur præterea patriacha, instituuntur sacerdotum collegia ad ritum Romanæ ecclesie primò.

DE GERMANIS

LIBER DECIMVSSEXTVS.



ED redeundū in Germaniam ne prorsus obliti uideamur pro-
 uincia suscepta. Henricus quartus his temporibus Ratisponæ
 degit. Vbi Iudæis, qui erant ab illis de quibus supra est dictum,
 ad baptismū coacti, iterū Iudaizare permisit. Et facultates quas
 Iudæis rapuerāt sub specie religionis quidā, ab illis exegit mul-
 ticq; etiam suas facultates dare cogeātur, nam inuidi, ut solet fie-
 ri, plura rapuisse dicebant. Accusabantur etiam per calumniam quidam diuitio-
 res, facileq; calumniae credebātur, & condemnabātur à pecuniæ inhiantibus. Se-
 quenti anno Aquisgranū cōcessit, & sententiā uoluntatemue suā, qua Conradū
 maiorē natu filiū sibi uoluit succedere in imperio, mutauit, & Henricū filium mi-
 norem natu regē pronūciauit. Cōradus enim rebellarat, sed iustas ob causas, pa-
 tri suo. Hanc erga se patris uoluntatē intelligens Cōradus, excusauit se apud im-
 perij Principes, causis redditis cur à patre iuste dissenserit. Hæc tamē omnia mo-
 destissime de patre dixit. Nomē regis nihilominus ferē per decem annos, si rectē
 tempora rebus gestis conferens, colligo, obtinuit, & magnis Rerumpub. com-
 modis in Italia imperauit. Nam uir est habitus timens deum, omnia posthabuit
 publicæ utilitati, clemens & comis erga omnes. Historiarū diligens lector, uehe-
 mens antiquitatis amator. Patrem iuxta præceptum dei honorauit, nec de patre
 male loquētes audiuit, quicquid statuerit in eum pater iratus, nominauit patrem
 Imperatorē & se seruū eius. Propter hanc animi modestiā & pietatē regno, Italiae
 utilis & charus fuit. Immatura morte uero multorū magno dolore abreptus est,
 Veneno sublatum credunt quidam. Tempestiuum est ut reuertamur Hierosoly-
 mam, ut cognoscamus quid illic Christiani, quorū potissima pars Germani fue-
 runt, egerint, quisq; finis expeditionis fuerit. Godfredus igitur Hierosolymæ rex
 cōsensu totius exercitus cōstitutus regnare feliciter cœpit, opera, uirtuteq; exerci-
 tus omnia finitima sibi subiecit. Porro Babylonie Aegyptiorūq; rex coactis & in-
 structis magnis copijs aduersus nostros uenit, Hierosolymā recepturus, cui no-
 strorū copia collecta in unū obuiā in loca opportuna processerunt, in urbe reli-
 cto sufficenti præsidio. Rex Aegyptius nomine Calipha homo erat superbus &
 arrogās, & propterea nō ualde prudēs, usq; ad mœnia urbis nō putauit expectan-
 dum hostē, imo in hoc erat quomodo possit elicere hostē extra mœnia. Quā ob-
 rem sine ordinibus diuisim, sineq; excubijs dūcebat exercitū. Nostri adhibita dili-
 gēti locorū & tēporū ratione, & oratione ad omnipotentē optime sapiētissimeq;
 cūcta gubernantē habita, hostē oneribus pressum, ex itinere fatigatū, arma ad pu-
 gna necessaria imposita iumentis habentē, & nihil tale expectantē adoriūtur & fe-
 rē sine omni suorū sanguine hostiū occidunt circiter quinquaginta millia. Reli-
 quos dissipatos in fugā agūt. Nostri igitur triūphantes lateq; potiti uictoria deo
 dant gloriā, orātq; ut & in posterū à malo liberet populū suū & nomen suū glori-
 ficet. Cumq; post hoc præliū iterū maxima pugna, in qua hostiū millia centū desi-
 derata sunt, superassent, essentq; late lōgeq; in circuitu Hierusalē omnia subiecta
 Godfredo regi, maiori parti exercitus ex Gallijs & Germania placuit domū redi-
 re. Post quorū discessum Godfredus uir prudētissimus, nō ocio ignauo dedit se,
 sed indefesso studio quicquid ad imperij robur & constantiam facere uisum est
 procurauit peruigil, alijs dormientibus, ipse cōsultauit de regno stabiliendo, me-
 ditatusq; est legē dominī sedulo. Primā uero institutā ritē religionis rationem
 habuit, sine qua nullum unquam imperiū durabile fuit aut erit. Constituit per

ciuitates passim episcopos, qui populum docerent & in sacris regerent. Quibus omnibus sapienter institutis, Godfredus obdormit in domino. Post quem regni Hierosolymitani eligitur in regem una omnium uoce Balduinus frater Godfredi, qui in ea expeditione fortiter factis, & animi modestia, & prudentia fratri per omnia comparari potuit. Qui rex à Pontifice Romano per legatum apostolicum, unctus & coronatus est. Hic Balduinus studuit acceptum regnum dilatare, quare Astar & Cesaream expugnauit, non sine magna uirtutis laude. Factus est breui omnibus hostibus terribilis, & multi ad eum reges & ciuitates mittebant munera, amicitiam eius expetentes. Auo & matre Germani fuerunt ij duo reges. Cum domum redierunt illi quos dixi, ex Hierusalem, & retulerunt mirabilia quae cum illis dominus fecerat, crescebatq; per multorum ora fama rei. Sicut solent adtingi multa. Innumerabilem multitudinem inuasit cupiditas uisitandi loca sancta, & contra infideles pugnandi, quare altera est decreta in Saracenos expeditio, in quam militum Germanorum 20. millia fuerunt. Huius expeditionis fortunas describere longius esset. Illis igitur relictis ad propiora proposita redeamus. Hericus filius quarti qui à patre Aquisgrani rex & uinente patre consors imperij est factus, quorundam consilijs seductus aduersus patrem molitur res nouas, & patrem impie infamat, hereticum nominans, & inimicum ecclesiae ueræ. Multi in imperio Principes ecclesiastici & seculares se illi cõiunxerunt, breuiq; tempore potens est effectus. Alij alijs ex causis se illi iuxerunt, plurimi quod iuuenem diutius durare posse iudicabant, quam senem, alterum iam pedem in sepulchro, ut dicitur uulgo, habentem. Hericus iunior cogit synodum generalem in Northusen uilla regia, ubi magna ex parte intellexit qui illi essent audientes. In hac synodo multa in ecclesiasticis ceremonijs instituta & confirmata sunt, Simoniacam hæresim cõdemnarunt. Est quoq; in hoc patrũ conuentu hæresis Nicolaitarum condemnata. Henricus s. sic enim est appellatus hic, se, suum iudicium, & consilia sua omnia subiecit sedis pontificiae dignitati. Nihilq; æquè in patre desiderare quã reuerentiam debitam Romanæ sedi, testatus in concilio. Qua re sanè plurimum causam suam iuuit aduersus patrem. Hac synodo finita Henricus s. episcopum Moguntinensem à patre expulsam conatur restituere, copijs igitur hostiliter Moguntiam, ubi erat pater filium hostem expectans, petit. Ad muros urbis ubi uenit, multi Principes interposuerunt se, omnia tentantes, sed nulla quibus cõponerent pacem media potuerunt inuenire, filio nihil aliud perente (per simulationem, putant, quoscilicet pontificum & omnium aliorum ecclesiasticorum fauorem sibi conciliaret) quam ut pater obediret ecclesiae, & gloriam debitam Romanæ sedi præberet. Patre nihil minus facere uolente: uerum alia maiora pollicente, non hæreditariũ ius imperij confirmaturum, imperium cum filio diuisurum potiores partes filio relicturum. Hæc igitur cum filius recusasset, nihil est effectum. Cum autem uideret se in præsentia patris nihil ausurum, resistētibus omnibus Principibus, & imperium iudicantibus, nihil etiam potuisse credo, patre præsidijs urbem tenente firmis. Quam ob causam rectã illinc discedens, Herbipolensem episcopum patris summũ amicum e sede episcopali deturbat, ex suis familiaribus alium substituit. Post hoc factum aliõ properat, suos præficit in ecclesiasticis personis & secularibus, ut patrem debilitet, se ipsum potentiorẽ reddat. Venit ad Noricos qui à patre patris stabant, Noribergam obsedit, & uic expugnauit. Quidã, quod credo, putant prodicione captam. Apud Noricos rebus ordinatis, Ratisponam uenit, obsidionem parat, minatur illis exitium nisi se sua sponte dedant. Patrem accusat odiosis nominibus diuina iura perturbantem, ecclesiae reuerentiam conculcantem, etcæt. Econtra se excusat patrem illum relinquendum, odioq; prosequendum propter Christum, iuxta euãgelistas. Ratisponam scribit pater se ad futurum

fatis

satis tēpestiuē reuellit obiecta inobedientis filij. Simul iubet ut in urbe armati ex-
 pectent, ut cum ueniat & cum hoste congregiatur ipsi erumpant præsentes forti
 animo adsint, nihil esse periculi, nō debere eos respicere successus eius, hactenus
 se illi non restitisse. Pollicetur præterea Ratisponē sibus magna, si in fide perseue-
 rauerint, ut uno uerbo expediam hanc Ratisponæ obsidionem. Venit pater cum
 copijs, erumpunt contra expectationem Ratisponenses, fugatur cum suis filius,
 in urbem admittit pater. Hēricus filius post illam fugā ueritus nominis iacturā,
 iusto pralio cū patre decernere statuit, quare laceffit eum quantū potuit, erat fre-
 quens inter eos duellum. Patris & filij castra opposita paucis passibus distat: ante
 multi ex gregarijs militibus & nobilibus in duellis cadebāt quotidie. Principes
 denuo de pace agebant, sed frustra. Multō maiores erant filij copix q̄ patris. Item
 plures socios & obtemperantes habuit, descuerūt quoq; à patre multi ex nobili-
 tate prima, scientes filium fore Imperatorē post mortē patris utcunq; res caderet,
 recōciliare ergo filio cupiebant. Pater ergo cum dies pugna aduenisset, uidens
 suorū animū à pugna alienū (palām enim clamabant se nolle dimicare) simulans
 se aciem instruere (nam filius nihil æquē exoptauit q̄ patrē captū habere, propter
 rea obseruauit eum multis modis) & ita clanculum cum paucissimis se subduxit
 ex exercitu. Post q̄ pater sic copijs exutus fuit, filius Spiram properauit, nam illic
 erant thesauri magni patris, qui semper studiosior pecuniæ fuit. Filius potitus pe-
 cunia paterna, omnia ubiq; sibi sine labore subiicit, ueniunt quotidie qui se excu-
 sant, quod patris autoritatē secuti sint, fide enim illi fuisse obstrictos, nunquā du-
 rum patris animum probasse, sæpe admonuisse ut uoluptatē ex prudētissimo &
 fortissimo filio capiat, potius q̄ dolorem, &c. Porro paulō post conuenit, quod
 quidam boni Principes procurarant, inter Henricos patrem & filium, ut cōueni-
 rent Bingæ, propter pacem cōponenda quō ubi peruenerunt, uidet pater episco-
 porum, quorū autoritatē sequebatur filius, in se animum irritatū. Quare quo
 differret rem, nihilq; contra propositum cogere facere, incōstantiā notā enim
 bonus senex timuit, petit ut Moguntia iterum alio die cōueniant, interim se deli-
 beraturū. Quod facile est cōcessum, neq; enim suspicabatur quisq; aliquid doli.
 Antequam autem ueniret cōstitutus dies in quandā arcem se recepit, ibiq; latuit,
 neq; enim suam libertatē aut uitam fidei episcoporū cōmittere. Sic enim scribunt
 quidam scriptores, quæ uera sint nec ne declarabit patris epistola quā mox subi-
 ciemus, in qua intelligemus patrem à filio captū Moguntia. Itaq; filij perfidiam
 reticere quibusdam uisum est. Veniūt Moguntiam multi seculares quos uocant
 Principes, plures ecclesiastici ueniūt, ad diem quē petierat Henricus 4. expectāt
 patrē regis, tandē intellexerūt consiliū eius, propterea scilicet petiisse alium diem
 ut interim abscondere se posset, ne cogere reuocare suā sententiā de Romanæ
 sedis potestate & iure. Quare in eo conuentu antea excōmunicatus, iterum ana-
 themati, quo efficacior reddatur excōmunicatio, subiicitur, & quicunq; illi con-
 sentiunt, aut illum sub rectorum admittunt. Erant autē qui consulebāt seni, ut trade-
 ret imperiū filio, quod uolens iam ante fecisset. Quare Imperator prodit, omnia
 imperij insignia filio tradit, cōmendat eū Principibus. Quod ad heresim attinet
 sic excusauit, se quieturum, uacaturū orationi, iussis ualere mundi curis, suis opi-
 nibus nemini nociturum. Sed paulō post pœnituit patrem quod totum imperiū
 in manus dederat filij, erant enim quidem sententiæ eiusdem de religione, & for-
 tallis nimiam filij potentiam imminutam cupiebant, h̄ ergo Henricum quartum
 excitabant, qui quieti se dederat. Nec erat contemnenda potentia quam pater
 iterum consecutus erat, Episcopus Leodiensis, Henricus dux Lotharingia, &
 ciuitates quædam Colonia, Iuliacum, Bunna, etcætera. Dux igitur Lotharin-
 gia copijs contractis, regia præsidia ad Mosam disposita trucidat, & capit, dum
 Henricus

Henricus 5. Aquisgrani celebrat cenā domini. Quare mox Henricus 5. ducem Lotharingā in frequenti Principum cōuentu condemnat, maiestatis reum, hostem reipub. pronūcians. Decernitur communi omnium consensu contra eum bellum. Interea tēporis Colonia rebus ordinatis, & urbe munita, recepit se Leodidum Henricus 4. illinc literas ad uerbum tales mittit filio & Principibus: Henricus dei gratia Roman. Imperator Augustus, episcopis, ducibus, marchionibus, comitibus, cæterisque regni principibus, gratiā & dilectionem dignātibz eam recipere. Cōqueror deo omnipotēti & dominæ S. Mariæ & B. Petro principi apostolorum patrono nostro & uobis Principibus omnibus quæ habemus contra diuinum & humanum ius ad infamiam & uituperium regni expoliati sumus, ita ut nihil penitus præter solam uitam nobis relictum sit, ubi cum fermē omnes essetis magna ex parte contristati, proh dolor nihil nobis uestra contulit tristitia, qui de uobis sibi satisfaceret, uolūtas inimicorū nostrorum odiosa. Et quia cum cōsilio & rogatu filij nostri fide & securitate uite & honoris ab eo primū accepta, ficialiter & desiderāter Moguntia in p̄sentia legati Rom. & Principū tēderemus, ut eorū dispositione ageremus tam de statu ecclesiæ & honore regni q̄ de salute animæ nostræ, ipse non est ueritus in hac uoluntate & obedientia nos contra datam fidem capere, & usq; ad periculū mortis ferē perducere. Non ausi sumus ita nos illi credere ut iniurijs & contumelijs nos pro uoluntate sua sicut prius ualeat tractare, quapropter multum rogamus uos & obnoxie precamur, ut pro amore dei & honore regni, ac honestate uestra dignemini studere quomodo de iniuria in manibus uestris nobis illata per uos possimus recuperare iustitiam. Nos quoque pro consilio uestro & aliorū qui nos odio non habent religiosorū uiroꝝ, parati sumus tam filio nostro si in aliquo eum offenderimus q̄ alicui in regno libenter emēdare. Præterea sicut domino Papæ in p̄sentia legati sui & uestra obediētia, sincero corde & deuotione exhibere, & tam consilio uestro q̄ spiritalis patris nostri Hugonis Cluniacē, abbatis, aliorumq; religiosorū uiroꝝ de statu ecclesiæ & statu regni quantū in nobis est disponere. Cū igitur ad hæc omnia parati sumus rogamus uos & obnoxie precamur, ut pro deo & honore regni & uestro instāter moneatis filiū nostrum, cum secundū præfatam sententiā nulla ei aduersum nos residua sit occasio, ammodo desistat nos & fideles nostros persequi, & quiete ac pacifice uiuere permittat, ut supra dicta cum tranquillitate perficiant. Quod si noluerit rogamus uos per autoritatē Rom. ecclesiæ cui nos cōmitestum & honorē regni, ne super nos & super fideles nostros ueniatis, quia manifestum est eum non diuinæ legis zelo, uel Rom. ecclesiæ dilectione, sed cupidine regni hoc incepisse. Apud quem si interpellatio uestra aliaue interuentio ad præsens non prodesse poterit, appellamus Rom. Pontificem & sanctā uniuersalem Romanam sedem & ecclesiam. Ex hac epistola liquet ipsum non post Moguntinum conuentum secessisse metu, ut diximus quosdā scribere, qui Hērici quinti impietatem erga patrem dissimilarunt, sed contra fidem à filio captum patrem. Ad has patris querelas, sic respōdit filius, quæ tamē prius passim publicari fecit. Verba adscribā: Post inueteratā per annos circiter quadraginta dissensionē imperij Rom. quæ tam diuinas q̄ humanas penē leges oboleuit, & exceptis mortibus omnimodis, sacrilegijs, periurijs, rapinis & incendijs ipsum regnū nostrum non tātum in solitudinem, sed etiam ad apostasiam catholicæ fidei siue in ipsum pagonismum prope redegit, respiciente tandem suam ecclesiam diuina clementia, nos eiusdem Christi sponsæ filij per spiritum sanctum in unitate fidei & quantum eam pestem respuimus, ipsum incorrigibile schismatum caput Henricū dictum Imperatorem zelo dei & apostolicæ fidei obedientia abdicauimus, catholi

cum

cum nobis licet ipsius de semine natū regem elegimus, cuius regni principitū sui finem esse cōspiciens, etiam ipse tanquam uoluntarius, sed ut iam eius fatentur li-
 tera nimis inuitus collaudauit, regalia reddidit, filij curā cum regno nostrā fidei
 lachrymādo cōmisit, de reliquo nullam se regni pompam, sed animę suę potius
 medelam ulterius affectaturum sponndit, at nunc ecce pristinis se reddens tergi
 uersionibus præiudicium se passum per orbem terrarū conqueritur, Gallorū,
 Anglorum, Danorum, ceterarumq; finitimarum gentium gladios cordibus no-
 stris infigere meditatur, super illatis etiam iniurijs recuperare sibi iustitiam preca-
 tur, cōsilijs quoq; nostris ammōdo promptum obedire se pollicetur, re autē ue-
 ra solitis argumentis castra hęc domini dispergere Christi exercitū exarmare co-
 natur, & ut in propatulo est uineā domini quę iam sero florescere cepit, tam per
 se singularem utiq; feram, denuo depascere, quā per lupos illos nimirum qui si
 bi adherent pestilentes homines demoliri, ac per sacrilegia sacerdotū Belial ana-
 themati recidiuo reddere quasi quod dictu nephas est Christū iam iterum in ec-
 clesia sua resurgentem in omnium cordibus crucifigere meditatur. Quapropter
 placet tam regi quā uniuersis regni Principibus, ut senior idem, ne ulla sibi pa-
 teat aduersum nos iusta querela, quacuncq; uelit securitate, quacuncq; maluerit sta-
 tione coram præsentē senatu simul & populo causam suam agat, iustitiam susci-
 piat, & reddat, ut ab ortu schismatis, omnibus seditionum causis ac si nil inde fue-
 rit diffinitum undiq; discussis, tam filio quā patri sua iustitia respondeat, eccle-
 się uero regniq; status nō ut ipse more suo proponit post longas inducias, sed in
 præsentiarum his controuersijs sublati uacillare delinat. Cum his literis misit le-
 gatos episcopos qui corā arguerēt. Legati uix ab ira senis liberati sunt, adeo gra-
 uiter hęc tulit. Rescribit igitur ad hęc Principibus de filio suo odiosissimē: nem-
 pe esse hypocritam, nihil studio religionis facere, sed iuuenili stulta ambitione, &
 rerum imperitiā iam adhuc nihil uidere quid iustum, quidq; iniquū sit. Futurum
 ut idem uelit & sentiat filius quę iam pater (quod postea euenit, quod iam audie-
 mus) ipsum filium persequitur malos suos consultores, adulatores illos qui
 iam per deuiā seducant eum. Rogat simul, si qui sint cordatiores ex bona cōscien-
 tia liberē iudicent, neminē timeant, quā eum qui occultas iudicaturus sit cogita-
 tiones. Se satis sibi consciū, nulla causa tantopere resistere quorūdam fastui &
 dominandi libidini quā propter imperij dignitatem & cōmoda publica & ca-
 tera in hęc sententiā rescripsit. Quibus respōdet filius & alij Principes: Senē esse
 delirium menteq; captū, obcæcatum scilicet hæresi. Cur non de salute animę suę
 cogitet, cui iam moriendum sit, cur non pœnitentiam agat, & redeat ad matrem
 sanctam ecclesiam. Quam, docēt, graue iudicium sit habiturus qui toties Satanaę
 sit traditus, qui imperiū ita cōturbarit, religionem, bonas leges, sanctorumq; con-
 ciliorum decreta subuerterit, iura ecclesię uiolarit. Huiusmodi multa literis & le-
 gationibus ad eum mittuntur. Hęc uero cum ad senem perlata sunt, commoue-
 runt eum uehementissime. Nam cum sint senes morosi non aliter atq; a groti (est
 enim senectus morbus) etiam in ijs quę bono animo illis fiunt, multa sinistre in-
 terpretantur, & animi dolore torquentur. Senex ergo furere, incepit in legatos
 qui hęc ad eum pertulerunt, & tanto dolore, animi affectus est ut aliquot diebus
 non comederit. Henricus s. ducit exercitum in Lotharingiam, illamq; belli iure
 sibi subiicit. Senis mors ob animi mœrorem maturata est, obiit enim in his turbis
 Leodij, & sepultus est illic in monasterio. Post mortē senis filius Coloniam reci-
 pit auxilio episcopi eius urbis. Recipit & reliqua quoq; omnia in gratiam. Leodi-
 enses noluit recipere nisi effossum genitoris sui cadauer, abijcerēt in locū quem-
 piam ubi solent mortua pecora locari. Tanta erat non religio hominis, sed uel in
 patrem odiū, uel simulatio qua ecclesiasticis inseruire uoluit uideri. Leodienses ut
 t absoluerentur

uerentur ab excōmunicatiōe, excōmunicatum cadauer effossum extra urbem ruri sepelierūt. Sed postea est rursus effossum cadauer Spiram est translātū. Quīdam scriptorū mirantur hunc Henricum quartū tantopere odio profecutum Romanos Pontifices, cum alioqui fuerit bonus Princeps, & deum timuerit, quod testantur eius opera, multas enim eleemosynas dedit, fueritq; insigniter prudens, & ueritatis cognoscendæ studiosissimus. Quæ autem causa odij & excōmunicatiōis pontificū in Hēricum fuerit, si quis cognoscere petit legat Carionem, quī causas reddit. Anno domini 1108. mortuo Henrico 4. Hēricus quintus Aquisgranī in frequēti Principū conuentu appellat Imperator, quanq; ante a patre bis declaratus fuerit rex, & ut dictum est imperauerat. Post comicia illa Aquisgranī iterum sequenti anno iterū Francofurdix conueniunt Principes & Imperator, deliberantq; de bello suscipiēdo contra Polonos, qui tributū Imperatori debitū dare recusabant, regemq; sibi elegerant, ipsiq; coronā imposuerant. Quī tum Imperatoris erat summus contemptus. Quare cōscripto exercitu in eos proficiscit. Rex ante Imperatoris aduentū in castris est, pugnatur aliquoties multo utrorūq; sanguine, ad extremū uero uicit Imperator, milite Germano fretus, & potentia sua. Polonis igitur in fidem receptis, tributocq; ueteri aucto propter belli expēsas, reuertitur in patriā, comitia statim a reditu celebrat Ratisponæ, ubi cum Principibus confert suum consilium de profectiōe suscipiēda in Italiā. Approbantibus institutum eius Principibus, cōparat exercitum magnū, de peditatus multitudīne nihil certi accipio, magnū fuisse scribitur, equitatus uero fuit milliū 3000. ex Germania, quibus ubi uenit in Italiā adiuncti sunt plures alij. In Italia omnes ciuitates & proceres obuiā ueniūt, reuerenter excipiētes munera offerūt. Aretio excepto, nam illi primum insidijs & dolo circūuenire Imperatorem conati sunt, sed non successit, deinde palām restitere, multis Italis clanculum adiuuantibus. Quamobrem propugnacula eorū expugnauit primū, deinde urbem cepit & diripiēdam dedit militibus, exemplum statuens ne quæ alia ciuitas talem rebellio-nem tentaret. Deinde profectus est Sutrū, ubi legati pontificij obuij ueniunt Cæsari, excipiunt Cæsarem nomine Pascalis Pontificis, & apostolicam benedictio-nem illi paratā esse, modo ecclesiæ priuilegia uetera cōfirmaret, & exemplo præcessorum suorū augeret. Et multa alia de iure Cæsaris & Pontificū sunt tractata. Henricus omnia iusta se facturū, nec latum unguem a patrum decretis discessurū promittit. Sed hoc etiam uelle a pontificijs exigere, ut nihil amplius aliud uē conētur quā accepert a maioribus. Se fore legum custodem, id esse officium suum, non habiturū personarū respectū nullum qui a legibus institutionibus uē maiorum discesserit se passurū. Quæ respōsio Henrici quinti terruit pontificios, nam patre uiuēte in omnibus se fore subditū Romanæ sedī prædicarat sæpe, proptereaq; cū patre bella gerere uoluit uideri, quod pater nimia libertate in exigendis officijs ecclesiasticorū uteretur. Mirabantur igitur nouas uoces, & oris libertatem insolitam. Multis autem utrinq; cōmutatis tandē conueniunt conditionibus & legibus certis. His constitutis, & literis iuramentisq; confirmatis, proficiscitur Imperator Romam, cui omnes hominum Romæ degentiū ordines procedunt ordine obuiam, cum reliquijs, cantu & gratulatione excipiunt Henricum, deducuntq; eum usq; in B. Petri Basilicā, ubi Papa missam celebrat, postq; sumpsit Papa sacramentū, uertit se ad Cæsare ei quoq; ministrat panem corpus domini, in testimoniū fœderis factaq; pacis perpetuo seruādæ. Dum Cæsar sumit sacramentū de manu Papæ, ecce ecclesiasticorum quidam Principes, quos malè habebant Cæsaris minæ de conseruandis patrū constitutionibus, in templo per armatos seditionē tumultūq; excitant, corporis Henrici custodes suis locis deturbantes, eum capere nituntur, Cæsar suis ipsius manibus uim repellēs uix euasit. Cæsar ad exercitum

ad exercitum ubi uenit, colligit suos, succensus ira supra modum, ad urbis portas properat, non claudunt portæ, neque enim sperabatur resisti tanto exercitui Germanorum posse. Omnes excusabant se, inuitis magistratibus factum asseriebant, omnes qui rei illius seditionis essent, pollicentur se dignis supplicijs affecturos, uel Imperatori tradituros. Sed Hæricus persuaderi non potuit, furit in urbe in omnes, magnam ciuium & clericorum multitudinem trucidat, Papam captum tenet custoditum, extorquet ex eo confirmationem omnium quæ optauit, & extorquet coronam benedictionemque quæ conferri consueuerat Imperatori à Pontifice Romæ. extorquet iuramenta, sigilla, bullas & constitutiones. Postea liber factus Papa, coronam Romæ imponit Hærico. Sed ne iterum uulpes incidere in laqueum, custodes corporis plures, instructiones, diligentius obseruantes dominum, & propiores habuit. Præterea ante templum equitatum iussit expectare. Vbi autem res finita est feliciter, omnes cecinere, gloria in excelsis deo. Accepta corona et apostolica benedictione, Romæ omnia composuit ratione qua potissimum fides & pax perdurare iudicauit, omnia iuramentis interpositis roborauit. Vbi Romæ imperium satis pro uirili confirmauit, ad reliquas Latini ciuitates cum copijs profectus, similibus rationibus, quibus Romæ, omnia disposuit. Cogebaturque Italia tota iurare se neque conaturos aliquid contra Imperatorem, neque aliquid molientibus re aut consilijs adfuturos, sed contra, imperij dignitatem defensuros facultatum iactura, & uitæ si opus sit, periculo. Omnes quod petijt fecerunt. His hoc modo stabilitis incolumis cum incolumi exercitu (præter paucos amissos in seditione Romæ de qua iam diximus, & quosdam ex morbis mortuos) in Germaniam uenit. Porro uix Italia egressus & in Germaniam reuersus Cæsar excōmunicatur à Pontifice & collegio episcoporum & cardinalium. Neque enim arbitrabatur se teneri iure per uim extorti iuramenti, neque inimicis ecclesiæ fidem seruandam iudicabant. De qua re in uita Pascalis plura scribuntur. Hæc contra Cæsarem excōmunicationis lata sententia, ecclesiasticos ferè omnes, multosque seculares Principes alienauit ab Imperatore. Turbantur non mediocriter imperij res, plurimumque negotij est exhibitum Henrico. Multi conspirant aduersus eum. Quibus ex causis Moguntiam cōuocat imperij Principes, ut se excuset respondeatque accusatoribus & sicubi erret, mutet sententiam. Sed Principum nulli ueniebant, præter unum atque alterum episcopum, quibus quoque non conueniebat cum Romano Pontifice. Henricus uehementer doluit, simul ira succensus iterum ad omnes nuncios mittit ut ueniant, suam innocentiam cognoscant. Paratum si quis ostendat se non recte sentire, mutare sententiam. Nihil aliud se querere, quam imperij constantem & felicem statum, &c. sed nihil efficit, nulli ueniunt. Quod ubi intellexerunt Moguntini, quos adhuc uiuente patre, uehementer afflixerat, eorumque agrum, propterea quod patris partes souebant, uastarat, putabant sibi occasionem datam ulciscendi se, quoniam uidebant eum destitutum præsidij, & omnes imperij Principes inimicos habere. Quare ama arripiunt, & eum obsident inclusum in aula sua, cum penitus esset in manu Moguntinensium. Minati sunt ei nisi omnia quæ petant largiatur, concedat & confirmet moriendum illi cum omnibus suis esse. Itaque cogebatur facere quicquid illi uolebant. Inter reliqua postulabant episcopum suum Adelbertum, quem iam in tertium annum captiuum tenebat, restitui in locum suum. Idque mox facere re coactus est. Postquam uero uotis eorum satisfactum est, & iureiurando confirmata à Cæsare sunt illis omnia, soluerunt obsidionem. Cæsar igitur hinc abiens, quocumque uenerat amicos nullos inueniebat. Conspirant episcopi & Principes cum Pascali Pontifice. Anno domini 1116. Omnes ecclesiastici & seculares maiores in imperio magistratus cōuenerunt Colonia, ut de Henrico, capiendo, aut saltem deponendo deliberarent. Aderat quoque Romanæ sedis legatus cum excōmunicationum fulminibus in Henricum. Imperator suo nomine mittit ad comitia Episcopum

scopum Herbipolensem, cum mandatis huiusmodi. Imperatorē paratum accu-
 satoribus respondere, iudicibus Principibus, non decere causa nō audita illum
 cōdemnare, & Satanæ tradere. Libenter cessurū si erret, & satisfacturū ex senten-
 tia imperij Principū. Imperatorē hactenus omnia fecisse & à quibusdam dissen-
 sisse propter imperij Remp. Hoc genus cū episcopus uir faciendus multa dixisset,
 & humiliter petijisset aut audiretur, etiā si putent certū esse quod iniustam causam
 habeat, propterea quod imperitis & ignaris rerū suspectū esse possit, si audierint
 inauditum (præsertim cum cupiat pro se dicere & rationē factorū reddere) conde-
 mnatum, nihil effecit, imò ipse quoq; in discrimen nō solum famæ, sed etiam uitæ
 uenit. Serio enim cum mandata exposuisset, serio cum Imperatore sentire contra
 Romanam sedem est iudicatus. Nihilq; aliud responderunt episcopo legato Cæ-
 saris quàm: Ipsum eodē loco habituros, & excōmunicaturos nisi desinat hæretico
 impio filio diaboli Henrico patrocinari. Episcopus metu se excusat bona fide ex
 Henrici non sua dixisse sententiā. Hoc officiū legati fuisse. Promisitq; eum uitæ
 turum ceu hæreticū, nec cum ea posthac quicq; cōmerij habiturū. Redijt igitur
 Herbipolīn episcopus Cæsari nihil responsi afferens, & uitaturus Henricum nec
 accessit ad eum ut satisfaceret pontificijs, Cæsar irasci, mala fide legatione functū
 dicere, cogere ut omnia dicat. Episcopus rem narrat ordine, quo pacto penē ue-
 nerit in discrimen uitæ. Quibus auditis, cogit episcopū ut non solum secū come-
 dat, sed etiam coram illo missam celebret, quod erat magnū piaculū. Episcopus
 quàm primum potuit se subduxit, & iterū ad consiliū Colonix reuersus, quid illi
 acciderit exponit, absolutionēq; est cōsecutus. Quā ob causam Cæsar uehementi
 ira cōmotus est, idcirco ducaturā Franciæ Orientalis, qui erat episcopi Herbipolen-
 sis, dat Cōrado Seuorū duci filio sororis suæ. Hæricus igitur Imperator ubiq; ab
 omnibus excluditur, ab omnibus contemnit, omnes eum uitāt, ceu mēbrum pu-
 tridum. Quare iterū Romā proficiscitur, suppliciter admitti ad oscula pedū Pon-
 tificis, gratiamq; & misericordiā petit, ceu seruus qui grauius deliquit, à domino
 suo. Pollicetur Imperator se facturū quicquid imperauerit Pōtifex. Mirum est,
 quā iniqua petierint pontificij à Cæsare sic humiliato: Nihil enim illi reliquerūt,
 q̄ solum nomen. Magni erant in Germania tumultus, dum Cæsar fuit in Italia.
 Factiosorū collecta multitudo uastabat multa monasteria & alia sacerdotū colle-
 giā. Legibus nullus erat locus, qui potuit plus plura sibi arrogabat. Eratq; planè
 miser Germaniæ hoc tēpore status, populo in uarias & discordantes partes diui-
 so. Cum aut tam iniqua à Cæsare exigeret Papa nihilq; supplicādo proficeret Cæ-
 sar, cōfugit uim armorum, iratusq; omnia diripiēda militi cōcedit. Potitus urbe,
 eijcit Papam, aliumq; in eius locū substituit. Interea episcopi & Principes in Ger-
 mania molitūtur aduersus Henricum quicquid possunt, multos qui erant à parte
 Cæsaris alienabant ab eo uarijs modis. Saxones excitant ut contra Imperatorem
 armis sumptis cogere quoq; qui nolebant rebellare. Henricus igitur utcunq;
 cōpositis in Latio rebus, q̄ celerrimè redit in Germaniam, ducitq; copias in Saxo-
 nes, quibus cū cōgressus uicit eos pugna cruēta. Cōponitq; res ut potuit difficul-
 tate & infelicitate status rerum Germanicorū, rursusq; in Italiā proficiscit. Pon-
 tificis hostis Cæsaris interea dum Imper. absuit coniunxerat sibi socios inter quos
 præcipui erant dux Apuliæ & dux Cāpaniæ. Sed Henricus fugato Papa ex Ro-
 ma, absolutionem accipit à Pōtifice quem ipse elegerat, & nominauerat Grego-
 rium octauum. Hoc Pontifice cōfirmato, & Romanorum fidei cōmendato, per
 Italiā pœnas sumpsit de omnibus ciuitatibus quæ aduersę parti adhærebant, to-
 toq; Latio pacato & subiecto sibi & Pontifici suo, reuertitur in Germaniā. Non
 diu post, Henricus s. Moguntiam obsidione circūseptam premit, ut neq; inferri
 neq; efferrī quicq; potuerit, tum per Rhenum, tum per terram. Moguntino epi-
 scopo

scopo & urbi auxiliū laturi Saxones cogebant copias. Vbi hoc significatū est
 Henrico, cōscribit plures milites in Alsatio & apud Rauracorū Basileam. Princi-
 pes Germaniæ utrosq; ad pacem hortati sunt, & Henrico persuaserunt, ut rem to-
 tam componendam crederet imperij Principibus arbitris. Conuentus Principū
 generalis Herbipoli habēdus est decretus. In eo conuentu cōmunis pax est con-
 stituta, ut quicquid in his Germaniæ seditionibus & partiū motibus esset adēptum
 uel ecclesiasticis uel secularibus, id cuiq; redderet. Si quæ cōtentio de iure incede-
 ret, ut illa sine mora iudicaret apud iudices, quos cōstituebant Principes. Legeq;
 grauē poenā statuebāt temerē litigātī. Raptores et factionū autores ubicūq; in im-
 perio deprehenderentur, à magistratibus q̄ primum ē medio tollendos decerne-
 bant. Quod uero attinet ad excōmunicationem Romanę sedis relinquebāt Prin-
 cipes. In hoc cōuentu redierunt Germaniæ Principes cum Imperatore in gratiā.
 Caesar enim satis expertus se solum aduersus tot nō posse persequi suā sententiā,
 cedit, maluitq; de iure suo cōcedere, quā omnia miscere, & multū sanguinē effun-
 dere, quod uidebat necessariō futurū, si uellet p̄seuerare in suo proposito, quod
 utile & salutare alioqui iudicabat imperio. Vuormatiæ statim post hunc conuen-
 tum fuit altus de stabilienda pace inter Principes, concordia enim post tot factio-
 num calamitates omnibus cordi fuit. Ibi à pontificijs legatis quorum autoritati
 & potestati subiecit se propter pacē, est absolutus & in sinū Romanę ecclesię re-
 ceptus Henricus 5. cum omnibus qui cum ipso excōmunicati erant. Quid autē
 concesserit Romanę sedis per hæc uerba Imperatoris intelligimus, quæ ad literam
 sic habēt: Ego Henricus dei gratia Romanorū Imper. Augustus pro amore dei
 & sanctæ Rom. ecclesię, & domini Papæ Callisti (nam hic receptus à Rom. erat,
 & Gregorius 8. eiectus, quē Imperator fecerat Papā) & pro remedio animæ meę
 dimitto deo & sanctis eius apostolis Petro & Paulo, sancta q; catholica ecclesię,
 omniē inuesturā per anulum & baculum, & concedo in omnibus ecclesijs fieri
 electionē & liberā consecrationē possessiones & regalia B. Petri quæ à principio
 huius discordię usq; ad diem hodiernū siue tēpore patris mei, siue etiā meo ablata
 sunt, quæ habeo eidē sanctæ Rom. ecclesię restituo, quæ autē non habeo, ut resti-
 tuantur fideliter iuuabo, possessiones etiā omniū aliarū ecclesiarū & principū, &
 aliorū tam clericorū q̄ laicorum cōsilio Principū, quæ habeo reddā, quæ non ha-
 beo, ut reddant fideliter iuuabo et do uerā pacē Callisto sancta q; Ro. ecclesię, &
 omnib. q̄ in parte ipsius sunt, uel fuerūt, et in quibus sancta Rom. eccl. auxiliū po-
 stulauerit fideliter iuuabo. Illam resignationis formā Callistus accepit, sed manu
 Imperatoris subscriptā & sigillo cōfirmatā. Cōtrā uero Pont. se quoq; obligauit
 Casari in hac forma: Ego Callistus seruus seruorum dei dilecto filio Hērico dei
 gratia Romanorū Imperatori Augusto. Cōcedo electionē episcoporū & abba-
 tum Teutonici regni qui ad regnū pertinet in presentia tua fieri absq; simonia &
 aliqua uiolentiā, ut si qua inter partes discordia emerferit Metropolitanī & cōpro-
 uincialium concilio uel iudicio saniori parti assensum & auxiliū p̄beas, electus
 autē regalia per sceptrū à te recipiat, exceptis om̄ibus quæ ad Ro. ecclesiā pertine-
 re noscunt, & quæ ex ijs iure tibi debet faciat, ex alijs uero partibus imperij conse-
 cratus infra sex mēses regalia p̄ sceptrū à te recipiat, de q̄bus uero nisi querimoniā
 feceris, secundum officij mei debitū auxiliū prestabo, decq; tibi ueram pacem &
 omnibus qui in parte tua sunt uel fuerunt tempore huius discordiæ. Data anno
 1122. nono Calend. Octobr. Hæ obligationes Imperatoris & Pontificis in ma-
 xima populi corona ante urbem Vuormatiæ in campo iuxta Rhenū lectæ sunt,
 & paribus datæ, hoc autem factum est, ut quā plurimi essent testes. Posthūc alte-
 rum conuentū habuit Babenbergæ ubi de muneribus Pontifici Rom. mittendis
 est actū. Nam Imperator declarare uoluit animū suū erga Rom. Pont. quare lega-

tos Romanos regalibus muneribus donatos dimisit. Post hæc Otho episcopus Babenbergensis ecclesiæ, uir non uulgariter religioni deditus, misit Pomeranorum genti uicarium suum uirum pietate & facundia præstante, ut apud illos apostulatu fungeretur, nam adhuc nihil de Christo audierat, hoc prædicante Christiana nam religionem assumpserunt, & operibus fidem testati sunt. Othone Frisingensi teste, Vangiones hoc tempore defecerunt ab Imperatore, & eius suburbanam uillam, in qua sæpe se oblectari solebat, destruxerunt, & expulerunt quos sciebant Cæsari studere. Quæ circa urbem & in urbe habebat sibi uendicauerunt. Quæ ob causam Cæsari contractis copijs urbem eorum obsedit, & cum per proditorum quempiam sciret horam qua ciues erupturi essent, suos clam ita disponit, ut obstructis portis milite, reditus fugientibus non pateret, quare magna ciuium cædes fit, plurimi capiuntur, paucissimi elabuntur fuga, capti alij alijs membris mutilati, plurimi oculis orbati dimittuntur in urbem, quo spectaculo ciues in magistratus defectionis autores scire inceperunt, itaque discordia in urbe orta, & clade magna accepta, petunt pacem, quam consecuti sunt, magna pecunia data, nec sine libertatis mediocre iactura. Post hanc urbem subiugatam Imperator urbes in Rheni ripis sitas inferioris Germaniæ, in ordinem redegit, qua re confecta omnino ex animi sententia apud urbem Traiectum Pentecosten celebraturus in morbum letalem incidit, ubi sensit nullam spem uitæ relicta conuocat suos proceres & Melchilidem uxorem suam, quid uelit de facultatibus suis post mortem fieri indicat, testamenta constituit, de imperij rebus consulit. Insignia regia & coronam imperialem dedit conseruanda diligenter, in arce munitissima Hamerstein. Quæ postquam omnia compos rationis ipsius quibus plurimum fidei habuit, commisit, functus fato est, anno domini 1125, Imperij anno 15. Spiræ delatum cadauer regali pompa sepultum est.

DE GERMANIS

LIBER DECIMVS SEPTIMVS.



Henricus 5. nullam reliquit prolem, fuerunt illi ex sorore Hagna nepotes Fridericus dux Sueuiæ & Conradus dux Franciæ Orientalis. Post huius igitur Imperatoris mortem sine contestatione Principes imperij conueniunt Moguntiam, ibi cum multi malis artibus ambirent imperium, incorrupta Principum electorum integritas quatuor regni optimates designat (teste Goffredo Vi-terbiensi) Fridericum scilicet ducem Sueuorum, Lotharium ducem Saxoniam, Luitpoldum Marchionem Austriæ, & Carolum Flandriæ comitem. Ex his quatuor designatis quem potissimum eligerent aliquot dies deliberarunt, tandem tamen Lotharius concordi sententia electus est, uir humanitatis amator, fortisque animo. Multos male habuit quod non de progenie Henrici quinti quispiam electus erat, præcipue uero qui erant de illius genere contemptum grauiter ferebant. Quare Lotharius ab illis sibi periculum fore facile intelligens, nihil omisit quicquid ad minuendos eos facere putauit, Fridericus & Conradus Henrici quinti nepotes multa contra Lotharium machinati sunt: & alijs quoque causas fiduciam rebellandi dederunt. Quapropter Lotharius timens illos, primum non armis debellandos, sed excommunicationibus, deterrēdos censuit, idcirco excommunicati sunt ab Honorio Papa. Illi nihil mutati excommunicatione quod potius magis irritati, contrahunt copias, Conradus creatus à Friderico fratre & alijs quibusdam rex, factus rex statim cum copijs magnis uersus Romam uertit signa, in itinere omnia suo nomini subiicit. Mediolani ab episcopo coronatus est corona ferrea. Multa liberalitate usus est in itinere, omnia recepturum.

rum sperauit ubi subiiceret sibi Italiam. Cum in Italia impensis (eduxit enim se cum magnum exercitū) & largitionibus quā facultates ferebant maioribus exhaustus totus esset, & simul audiret Lothariū Imperatorem Sueuiam & Franconiā hostiliter uastare, in Germaniā redit, cōiuncturus se cū fratre Frederico, uerum ubi attigit patriā desperatis rebus suis, cum Lothario foedus facit, depositaq; regia appellatione suis cōtentus uiuit. Vlmam uix expugnare potuit Lotharius, tāta cōstantia & fide ciues urbē defenderūt, obsidisse eā diu accipimus, suburbia incendisse, tandē arietibus alijsq; machinarū generibus muros diruisse, & multitudinē militū obruisse oppidanorum paucitatem. Verum post mortem Lotharij Conradus Imperator eam urbem propter singularē uirtutē & constantiā amans magnificentius aedificari iussit q̄ antea fuerat, priuilegijs & agri latitudine, uillis, monasterijs eam egregiē donauit & ornauit. Quae omnia hodie possidēt Vlmenes feliciter aucta & in maius prouecta. Nec mirum tam prosperē crescere & tam diu durare quae tam laudabilem originem habuerūt. Anno domini 1141. Henricus Austriae dux magnū exercitū per Germaniā conscripsit, & aduersum Vngarorum regem Geisam duxit. Rex Geisa aduētū Germanorū cognito, omnes in Vngaria qui bello per atatē corporis uē uires idonei uidebantur, ex ijs elegit circiter octo milia quos iudicauit robore corporis, & animi uirtute praestantissimos, reliquis quoq; in certas partes diuisis, misitq; per longas uiarū ambages qui à tergo hostē proficiscentē impediret ultimū agmen carpando misit & ad latus partē, qui quoq; cōstituta hora aggredierentur hostē, quā per signū indicaturū se praedixit, ipse rex cum reliquo exercitū in planicie expectat hostem, factis in campo caecis fossis, & acutissimis ferramentis impleuit eas fossas. Tot insidijs in hostē instructis, iussit domi manere ecclesiarū ministros omnes & orādo deū propitiū redde re patriae, ne cōcederet hosti diripendas miserorū facultates, adessetq; sua cupientibus tueri, nō aliena rapere. Idēq; clerus sedulo die noctuq; fecit. Illi igitur qui erāt missi ad deuorandū hostē appropinquantē, cum uenerūt in eum locū ad quem missi erant, hostē sequuntur carpuntq; ex impedimētis quaedā, & eos qui aliqua causa impediti ab exercitū procul aberant, neq; potuerunt consequi Germanos qui expeditis itineribus plurimū antecesserāt, multo nimirū profecti longioribus itineribus, q̄ rex ituros iudicabat, sed cum uētum esset ad flumen quoddā quod erat transitu difficile propter impeditas ripas magis q̄ aquae altitudinē, consecuti sunt Vngari Germanos sed equitatu tantū, neq; enim pedites aderant. Cū Henrici copiarum pars transisset, pars adhuc hæreret in citeriore ripa, equitatus uero Henrici longius processisset, Vngari equites magnā multitudinem interfecerūt. Neq; enim opponere se hostibus potuerunt oneribus graues oppressi ex improuiso. Itaq; qui nō fuga elapsi sunt, occisi aut capti sunt omnes, & magna pars comatus uenit in potestatem Vngarorum. Misit ad illos qui erant post hostē missi rex nūcios iussitq; ad flumen castra munire ut si qui ex Germaniā sequerētur, impeditent, nam fama erat multo maiorē multitudinem primis auxilio missam uenire, sed nemo ueniebat, nec tamen inutile erat cōsiliū de castris à tergo hostiū muniendis, nam cōmeatum qui ex Germaniā sequebatur intercipientē. Rex igitur Henricum in castris sub dio positus expectat, habens insidias à latere absconditas. Vbi appropinquauit cum Germanis Henricus, opponit castra Vngaris. Rex statuit se continere in castris, cunctandoq; tardius hostem potius sine suorū sanguine, quā cito non sine suorum cede uincere, sciebat enim hostes neq; habere, neq; posse se qui cōmeatum. Cum igitur Henricus uideret se in magnis difficultatibus constitutum, diligenter circumspicit an regis castra expugnari possint, cumq; uidet nullam spem educit suos acieque instructa conatur procedere ad diripiendos agros hostiles, sed rex id quoque prauiderat futurum fossis caecis

factis

factis in ea agri regione per quam suspicabatur profecturū hostē, quare ubi uentum est ad cæcas fossas mittit equitatum rex suum qui hostem abeūtem adorian- tur quo magis properet, & in fossas incidat, idē accidit, nam Vngaris equitibus appropinquantibus, arctius coniungunt se, aliusq; aliū trudit, & semper ad pro- grediendum propellit, quisq; enim dum cauere uult in tanta multitudine ne ipse primus equitibus expositus sit, incredibile est quantū promouerit exercitus, ne- que enim consistere cum uult potest, ita frustra clamant qui in primo agmine in fossas detruduntur. Equitum uero quoq; primum impetum non sufferētes ma- gis in fossas incidunt, ex quibus se expedire non potentes à suis prosternuntur. Hoc cum rex in castris animaduerneret educit omnes quos secū habuit, & Henri- cum in fugam agit, multis Germanorum millibus occisis, Henricus cum paucis reuertitur in Austriā suam. Gallia ecclesia illis temporibus multa habebat cum Germanorū dissensientia, Innocētius Pontifex Roma expulsus, ritus & ceremo- nias earum cōposuit, fretus Principum fauore. Quod Innocentiū ecclesie pacifi- canda studium, & religionis amor omnes Principes ei beneuolos reddidit, estq; illi Lotharius restitutionem pollicitus. Quare Lotharius Principibus ecclesiasti- cis & secularibus adiuuantibus, magnas contrahens copias iter in Italiam parat ut restituat Innocentiū in pontificatū. In itinere nusquam propter ullam causam moratus cito cum Pontifice uenit Lotharius Romam, exceptiq; (quia habuerūt magnum Germanorū exercitum) honorifice sunt à Romanis, latuit enim nescio ubi antipapa. Romæ igitur omnibus ordinatis, Lotharioq; glorissimè à Pontifice Innocentio corona imperiali exornato, paratur reditus in Germaniam, in itine- re igitur omnia in Latio pro sua uolūtate ordinat Cæsar & redit in Germaniam: Babenbergāq; sua familia uiuit, illicq; causas grauiiores omnes imperij iudicat, & cōponit discordantia. Babenbergam ad Lotharium uenisse tradunt B. Bernhar- dum Claraualensem, ut reconciliaret illi Fridericum & Conradū Henrici s. ne- potes, quos Imperator in gratiam recepit, motus precibus Sācti uiri Bernhardi. Itaq; per Germaniam pace floreante, nullis palām discordantibus, parat expeditio- nem in Polonos, qui rebellabāt, & tributum debitum dare recusabāt. Poloni ue- ro bellum timētes Imperatori obuiam mittunt ducem suum cum magnis mune- ribus, quem occurrentem in Saxonia ad se admittere noluit, nisi tributum prius persolueret, quod duodecim annis non soluebant, debebant autē singulis annis quingentas libras. Præterea iurarent se obtemperaturos imperio in perpetuum. Hæc omnia dux fecit, & præterea dona dedit magna. Atq; in hunc modū pacem fecit cum Polonis. Et in eadem expeditione regem Dacia imperio subiecit sola nominis autoritate. Et ab Vngarorum rege munera maxima eodem tempore Im- perator accepit. Hæc dum ad septentrionem à Cæsare geruntur, Roma antipapa rursus erigit se aduersus Innocentiū, fiuntq; uehementes Romæ motus, populo in factiones diuiso. Innocentius mittit legatos in Germaniam ad Lothariū, ex- ponit rem ordine quid Romæ à discessu eius actum sit. Rogat per cōmunem pa- cem ecclesie, ut quā primū rebus consulat, in Italiam quā ocyssime uolet, in- dies enim aduersariorum uires crescere, eosq; in uulgus spargere de Cæsare men- dacia, esse occupatum in Germania, Principes bellum aduersus eum parare, ni- hil praesidij reliquum in eo esse, destitutum enim ubiq; amicis & socijs. Hæc ubi Lotharius audiuit, selectissimorū militū copias parat, maiores illis quas antea in Italiam duxerat, ducit eas per uallem Tridentinā in Italiam, in itinere Cremonen- ses & Mediolanenses occurrunt Cæsari obuiam, petunt utriq; à Cæsare contra al- teros auxiliū. Nam diu inter se bellum gesserunt, Imperator auditis utrisq; & cau- sa percognita, Cremonenses condemnauit, & imperauit ut impensas & omnia damna Mediolanensibus restituāt. Legati ubi hanc Imperatoris Germani cōtra se sententiam

se sententiam domum retulerunt, Cremonenses urbem manere, praesidia ubi opus uidebatur disponere, itaque se Lothario opponere conantur. Imperator eorum agros & castella depopulatus urbem praeterit, uenitque Papiam, cuius urbis ciues magna pecunia gratiam Imperatoris emerunt, iuraruntque in leges eius. Aemilienses & Bononienses quoque occurrunt oblatiis muneribus gratiam & pacem petunt, peragravit totam Italiam omnes ciuitates in deditioem accipiens. In Campania & Apulia non mediocriter laborauit, cum Rogerio praesidijs aliquot dimicans, & eum superans & fugientem usque in Calabriam parte exercitus persequens. Omnia autem ubique subdit sibi Lotharius, & ecclesiam restituit quam Rogerius rapuerat. Apuliam uiro forti summo amico suo Rainaldo tradit Caesar, ultra mare fugato Rogerio. Antipapa interea temporis moritur, Romanique uno ore, corde autem minime, Innocentium agnoscebant Pontificem. Quare Imperator, Italia imperio subiecta, & Pontifice in locum restituto, in Germaniam reuertitur. Ecce in itinere non procul a Tridento letaliter aegrotare cepit, & in rustico tugurio in monte haerente moritur, anno regni sui 12. Cuius morte audita Itali factionibus & seditionibus, magno Italiae malo, omnia confundunt. Rogerius rursus contractis in Sicilia copijs, Apuliam recipere conatur, sed uictus a Rainaldo (cui Lotharius Germanos milites discedens reliquerat) fugit in Siciliam. Sed non diu post Rainaldo uita defuncto, Rogerius reuersus Apuliam recepit omnibus nobilibus Apuliae uel occisis uel in exilium eiecit, hinc seipsum Siciliae regem nominauit. Et a Pontifice Innocentio exigit belli impensas, praeterea multa mala illi facit. Anno domini 1138. excessit e uiuis Lotharius a cuius morte statim Conradus dux Sueuorum in conuentu principum eligitur ad imperium apud Confluentiam. Omnes Principes in hoc eligendo unanimes fuerunt, praeter Saxones & Henricum Bauariae ducem, cui cognomen fuit Superbus. Henricus enim dux Bauariae cum haberet imperialia insignia, quam moriens Lotharius illi potissimum commiserat, quoniam gener erat Lotharii, sibi imperium iustius deberi arbitrabatur. Resistebat igitur & contradicebat illi electioni. Conradus igitur Babenbergae comitia celebrauit prima imperij sui, ad quae Saxones uenerunt & mortui Lotharii uxor cum eis, petieruntque quaedam ab Imperatore, nomine uiduae, quae Saxonibus & uiduae Conradus, quia aequa uidebantur, concessit, hoc modo gratiam & pacem Saxones consecuti sunt. Boioariorum dux Henricus illa comitia despiciens non uenit quam uocatus, & expectabatur ab eo imperiales fasces. Post hunc conuentum, alium indixit, Ratisponae celebrandum praecipue propter Henricum Bauarium rebellem. Vocatus igitur est Ratisponam additis minis nisi ueniat. Henricus principum consensum, & simul Saxonum cum Conrado concordiam & reconciliationem intelligens, imperialia insignia Ratisponam mittit, nimirum coronam, lanceam & crucem. Simul mittit suos oratores, sed tam apte dicere non potuerunt ut potuerint Henrico placare Imperatorem. Quem Conradi in se animum animaduertens Henricus cognomemto Superbus, in Germania nihil uidens quod contra Imperatorem pro se faciat, uertit se in Ungariam & Italiam, quare ad Rogerium mittit legatos, & adhortatur clam ut strenue pergat Rogerius nihil egens stimulo satis enim sponte currebat. Multos iam amicos imperij, inter quos erat Robertus dux Capuae ex Italia expulerat, qui omnes ad Conradum uenientes auxilium perebant. Sed Conradus ueritus ne Superbus aliquid in Germania notum moliretur, non ausus est excedere Germaniam, quam quomodo in eum esset affecta nondum plene scire poterat. Conrado enim persuasum erat, nouo Principi nihil esse contemnendum quantumuis leue. Innocentius cum diu Imperatorem frustra expectasset. Roma & per reliquam Italiam collectis copijs proficiscitur in Apuliam aduersus Rogerij furores, sed cum non satis peritos militarium rerum duces, & exercitum ex quibuslibet obuijs leuibus ociosis nebulonibus haberet, praelio ui-

ctus est, & Papa cum cardinalibus & episcopis qui expeditionē eam sequebantur, captus est à Rogerio. Porro rex Rogerius ubi cognouit Papæ & cardinaliū ingenium nō nihil, liberos dimisit & reuerēter comitatos Romā deduxit. Quā in eos beneficentia & liberalitate cōsecutus est id quod sperarat, nempe Pōtifex cōmuni cardinaliū consensu eum in regē unxit & coronauit, appellauitq; eum regē Siciliæ. Rogerius igitur ut stabile esset regnū suum, Conrado negotium ubicunq; fieri posset faciendū iudicauit. Quare Guelfonē & Henricū duces Bauariæ adiutos pecuniā cōtra Conradū concitauit. Rex quoq; Vngarorum Conradū Imperatoris potentē optans, omnemq; occasionē eum minuendi captans, postq; audiuit Bauarorū duces eius hostes esse, adhortatus est eos, clamq; pecuniā & rei militaris forissimos uiros misit illis, simul cōsilia eum aggrediendi dat. Rex enim ille Vngarorum erat uir incōparabili prudentiā in bellicis rebus. Et simul pollicetur maiora auxilia, si bellū serio & forti constantiq; animo gerant. Rogerius interea non cessat in Italia suum regnū propagare latius & stabilire omnibus modis. Et ciuitates optimatesq; Italiæ de imperio partim blandimētis, partim donis, partim minis abducere & abstrerrere. Etiam apud Innocentiū Pont. effecit Rogerius, ut Imperatorē Conradum multis rationibus impediret. Conradus hæc intelligens, hostiū consilia non cōtemnenda iudicauit, sed q̄ primum contra eundem. Comparatis igitur copijs maximis, ducit contra Guelfonē, qui cum suis copijs erat in minori Rhetia, non longē à castro Flochberg. Conradus magnā militum multitudinem habuit ex Sueuia, & ex illis agris qui nūc sunt Heluetiorū, & ex Hercynia sylua. Dux Bauaria Italos et Bauaros in suo habuit exercitu. Vterq; ergo cōfusus uirtute suorū militū, congregiuntur. Sed Guelfonis acies impetu Conradi perturbata est statim post cōtionem primā. Quare in pedes se cōficiētes dissipati fugiūt in montes. Ipse quoq; Guelfo montiū syluestriū latebris uita debuit. Magna multitudo capta est in eo prælio ex Italis & Bauaris. Guelfo iterū breue post tempus suas recollegit copias, aduersus quem Conradus mittit filiū suum Henricum cum iuuenem bellicis laudibus cum quouis ueterū cōferendum. Hic Henricus cum hoste conflixit nō procul ab oppido Vuinsperg, eumq; uicit & fugauit. Hoc oppidum post præliū obsidione ad ditionē redactum, concessit Henricus Conradi filius (alij Conradū ipsum in obsidendo oppido adfuisse scribunt) matronis & uirginibus, propter gratiā, fauorem & amorē erga muliebrem sexum, ut quęcunq; humeris portare possent liceret efferre, quæ neglecto muliebris mundo & preciosiori suppellectili, maritos suos humeris impositos extulerunt secū. Et hæc industria cōiugaliscq; amor Principi totiq; exercitui admirationi & uolūtati fuit. His bellis confectis, & ducibus Bauarorū fractis, Conradus cogit Herbipoli comiciā Principum, ubi Henrici ducatum alijs tradit, proscripto Henrico. Henricus ad amicos suos in Saxoniam se contulit & exposuit eis fortunas suas. Quorum auxilio uehemēter afflixit eos quibus Cæsar dederat ducatū Bauariæ, & cū iam esset recuperandæ ditionis spes, morbo corripitur Henricus paucisq; diebus ægrotus obit. Post mortē patris filius cui quoq; nomen erat Henricus, bellum, Saxonibus adiuuātibus, à patre inceptū, prosequitur. Adfuitq; quoq; Guelpho patruus illi, sed post multā cædem, ob paupertatē à proposito coacti sunt desistere. Multa his temporibus scribuntur apparuisse in Germania passim, acies armatorum instructæ, gladij in aëre, armati per aëra non aliter atque per terram gradientes, missas celebrantes sacerdotes & ministrantes angeli, etcetera. Quæ cum à uero abhorreant, muliercularumq; deliramenta seu fabulæ, quibus pueri terretur solent, sint, non dicam. Ut ad Imperatorem Conradum redeamus. Hic Conradus Germaniā patriam suam impensissimē dilexit. Multis egregijs ædificijs exornauit. Norinbergam urbem non Germaniæ modo, sed etiam totius Europæ imō orbis

orbis terrarum ornamentum, hic Cōradus auxit ædificiis, institutis & priuilegijs, debetq; illa ciuitas magnā sui partē huic Imperatori. Monasteriūq; illic ad S. Egidii fundauit. Viasq; circa eam urbē undiq; latrocinibus obfessam tutas reddidit. Anno à natiuitate domini 1126. die Mercurij in hebdomada festi Pentecostes per totam ferē Germaniā pruina frigore perierūt arborei fructus, & fruges, uites cū fertilissimū omnia pollicerent annum. Frumētareæ fruges erant in flore, tenerimus in uitibus abundabat humor, quibus causis est factū, ut expositissima frigori fuerint. Post gelu hoc mox 16. Calē. Iulij imbres secuti sunt tantū ut aluei torrentum & fluminū capere aquam non potuerint, & exundatione frumentum & pabulū plurimū perierit. Toraq; ea ætas pluuiosa fuit, quæ causa fuit ut apes penē omnes per Germaniā perierint. Autumno proximo varia morborum genera secuta sunt. Circa uel ante hæc tempora Bernam & Friburgum in minori Burgundia ædificauit dux Sueuiæ Bertoldus de Zeringen, qui ædificauit etiam arcem Brisaci, ex qua Burgundiam bello diuturno asinxit. Leguntur igitur in porta hi uersus insculpti:

Hanc dux Bertoldus portam struxisse notatur;

Ex qua propria fraude Burgundia depopulatur,

Quantū quo tempore hic Bertholdus uixerit non cōcordes scribunt, nec ego auim quicq; asserere. Hic Bertoldus cum parua equitū manu sæpe incursionem in Burgundiā fecit, retulitq; magnā prædā. Belli causa erat quod duci Burgundiæ cōmiserat filium instituendum in militari disciplina, quē dux Burgundiæ tractauit cōtumeliosus, Bertoldus igitur reuocat filium domū, & copijs in Bernensiu Friburgensiuq; agro conscriptis, ducit eas in Burgundiā, cui dux Burgundiæ se opponit. Cumq; utrinq; aliquādiu leuioribus prælijs pugnassent, tandē Bertoldus, cū in ea regionis parte illi omnia essent infesta, Brisacū se recepit, illius munitionibus fretus bellum diu gerit cū Burgundionibus. Hanc familiā de Zeringen peruetustam amplā, & diuitem fuisse testant uetera eius monumēta quæ adhuc hodie uisuntur per Germaniā. Ruthardus de Zeringen Alsatiæ Princeps fundauit monasterium Gengenbach, & alia magna quædā monasteria, & donauit ecclesias multas per Alsatiā non uulgaribus muneribus. Bezelinus & Gebiso fratres ex familia illa, inceperunt & perfecerunt monasteriū monialiū in Sultzberg ubi sepulti sunt. Gebhardus ex ea familia episcopus Constantiē. fundauit monasterium S. Petri Constantiæ. Sunt alia multa uirorum & mulierū huius familiæ nomina, quæ multis locis passim per ecclesias legunt lapidibus in unumētorum inscripta. Testaturq; inscriptiones illæ plusq; octingentos hanc familiā durauisse. Quod rarum est, propterea mihi uisum est notabile. Oportet enim bonæ cōstitutionis corporis fuisse illam familiā, quæ tam diu durare potuit. Bonamq; constitutionem boni quoq; mores secuti sunt necessario. Sicut necesse est malam corporis tēperiem malos etiā animi mores sequi. Etsi nō ignorē esse benedictionem domini, sed dominus solet per huiusmodi mediā benedicere. His temporibus fuit cōuentus Principū ecclesiasticorum & secularium Moguntia in quo est tractatum de doctrina & morum probitate uiris probatis in monasteria constituendis, qui iuuetutem nobilium potissimum (quos bene institutos & humanitate imbutos utile est multis) moribus & disciplinis instituerēt. Nec ferē ex nobilibus quisquam erat qui non in monasterijs educaretur. Hinc uirgines castæ & modestissimæ nuptui dabant in timore domini educatæ. Turcæ & Saraceni in Asia Christianos afflixerunt miserrimē. Quos miseratus Ludouicus rex Galliarum cōscribit copias, comparatq; omnia bello necessaria, & in Asiam nauigat anno domini 1146. Conradus quoq; Romanorū rex à Pontifice & Principibus reliquis rogatus & adhortatus est ad eam expeditionem suas uires præcipuæ ex Germania

conferat. Quare cōparatis exercitū & apparatu omni ad tam longinquā expeditionem necessarijs uerno tēpore per Bauariā & Austriā, & Vngarorū fines profectus est, in magnis æstatis caloribus peruenit Constantinopolim cū toto exercitu incolumi, præter paucos æstus impatientiores in itinere aut mortuos, aut ægrotautes relictos. Hic est cum omnibus suis omni honore exceptus ab Imperatore Cōstantinopolitano Emanuele. Quo cum multa de imperio, multaq; de Turcis contulit, & adiutus ab eo cōmeatu, nauibus & nautis in Syriā per mare uenit secundis uētis. Postea Iconeum, quæ est Lycaonię Metropolis, applicuit, hætenus quocunq; uenerunt usi sunt felicibus successibus, & omni humanitate excepti sunt à regionū incolis. Imperator Constantinopolitanus uiarū duces dederat nostris, qui nostros per deuiā duxerunt, ab Iconio semper pollicentes breui uenturos in regionem omni genere frugum & pabulorū plenam, nostri sequebantur longis itineribus, cumq; penē omnem cōsumpsissent cōmeatum, nocte clām ex castris subduxerūt se duces. Qua causa ignorat, sua ne malitia, an mandato Emanuelis sui domini, an pecunia corrupti à Saracenis, an propterea quod ex ignorantia seduxerint se & nostros, & cum nostros uiderent nullum habere commeatum, & idcircoq; irasci timuerint sibi, dubiū est, quanquā tam bonos uiros fuisse narrant, ut totus exercitus ferē nihil peius suspicatus sit q̄ quod ignorantia errarint, & nullum finem sciuisse tix. Luce igitur orta, duces nusq; apparent, Imperator conuocat Principes, consulant quid in tanta difficultate faciendū sit, pars censebat progrediendū, alij cōsulunt redeundū, Quod fieri non potuit, aut enim breuius inueniendum iter ad homines, ubi inueniant alimenta sibi & iumentis, aut moriendū, tam lōgo itinere enim ad redeundū quæ habebāt alimēta reliqua non sufficiebāt. Vicit igitur sententia eorū qui iudicabant q̄ primū iter arripiendū & procedendū, forte enim breuius iter esse. Cū igitur aliquantulū processissent, illis qui in primo agmine fuerunt obuiam Turcorū equites ueniebāt, qui nostros læcessabant freti celeritate suorū equorum. Nostri gaudebant se uiderere homines, quanq; hostes essent, sic enim aliqua spes aliquo modo apparebat fame cōsumptis. Igitur hostes secuti fugientes ceu fideles itineris duces, cōspexerunt magnarum copiarum hostiliū aciem aduersus se uenire. Quare nostros fame debilitati q̄ primū mori aut uictores hostium castris potiri cupiebāt. Instruunt igitur utcūq; aciem, in locorū magna iniquitate, & quanq; uiderent propter famem se nō diu posse prælij labores ferre. Ventū est igitur ad pugnā, diuq; pugnarunt utriq; fortiter. Iamq; hostes aliquot passus cesserūt, nostros uero fame deficientes non satis institer infecuti sunt quāobrem rursus cōstitērunt hostes, & debilitatis nostrorū uiribus, opprimūtur multitudine Turcorū, nec tamen fugæ se commiserunt, sed omnino defecti omni corporis robore, animi tamē uigore pugnaes cadūt. Vbi Conradus Imper. uidet omnes trucidari, nullamq; spem uictoriæ prorsus relictā, hortatur ut paulatim pedē referant, sed nihilominus hostem repellant cedētes, ut non totus exercitus delect. Supererat autē uix media exercitus pars. Hostes insecti sunt eos ferē miliare, in æditum locū sic paulatim peruenerūt nostros unde facile hostem repulerunt, loci freti opportunitate. Circa crepusculum igitur muniūt leuiter locū, nam benē non poterāt, deerant enim uires, et deerāt instrumenta ad fodiendū. Ea nocte equos aliquot maclarunt & comederūt, quibus uehementer opus habuissent ad uehēdos uulneratos & alioqui debiles. Per totā eam noctē clamauerunt ad dominū deum, ut non in finē relinqueret populū suum. Peruenerunt autē sequentibus diebus non procul à Nicea ubi quidam cibos inuenerūt. Subsequentē igitur cōstituunt exspectare Ludouicū regem Gallorum, nam breui adfuturū sperabant. Rex igitur Galliarū Cōstantinopolin non minori honore quā Conradus est exceptus & deductus à Emanuele Imperatore Græcorum. Vbi in Bithyniam

in Bithyniam peruenit rumor ad illum perfertur Imperatorem Conradū exerci-
 tum suum penē totū amississe. Hic Ludouicus rex exanimatus est dolore pariter
 & metu, nam non minus cōfidebat Conradi copijs q̄ suis, conat̄ cauere nec hæc
 fama in exercitū suum perueniat, sed nullis uinculis potuit cōtinere fama malum
 ocysimè crescens. Vbi exercitus Gallorū, de clade Cōradi audiuerūt, statim ani-
 mi deiecti sunt. Multis uero de reditu in patriā consultantibus, rex properare &
 se cum Cōradi reliquijs cōiungere statuit. Igitur Ludouicus paucis post diebus
 peruenit ad castra Imperatoris, Germani, uis Gallis, respirāt, Galli uero exerci-
 tus Germanorū calamitate ob oculos posita spiritus amittunt. Imperator & rex
 Ludouicus diligenter cōsilijs cōmunibus deliberāt quid faciendū sit, postq̄ lon-
 gas disputationes tandē cōstituunt Ephesum unā proficisci, quò ubi peruenerūt,
 Imperator siue fastū Gallorū non ferre uolens, siue propter paucitatē suorū, siue
 quod parū censuit regijs copijs territis confidendū, cum suis recta reuertit̄ Con-
 stantinopolim. Vbi oppressus hyeme manere aliquot mēses cogitur, neq̄ enim
 per hybernū cœlum uentis turbatū nauigare poterant, Rex uero Galliarū Ephe-
 sum relinquēs peruenit ad Venādrum flumen, quod trāsire nostros prohibebāt
 Turci, quare ad fluminis illius trada hæsit per aliquot dies exercitus regius, uerū
 quot idie alacriores reddebant̄ Christiani, & cupiebāt ultroq̄ postulabat̄ milites
 hostem aggredi. Nam ripæ fluminis nō erāt eiusmodi ut magnopere aut nostros
 impedirēt, aut hostes iuuaret. Ludouicus igit̄ clam̄ per deusa mittit, qui alio loco
 conentur trāsire, qui repulsi ab hostibus redeunt ad exercitū, & affirmāt propter
 paucitatē non potuisse se pertrāsire, quod si plures fuissent paulò, nullam difficul-
 tatem fuisse in trāsitu. Quare cum rex uideret in longitudinē aliquot miliarium
 præsidijs hostiū ripas munitas, diuidit exercitū in aliquot partes, quas simulat se
 in diuersis locis transmittere uelle quo hostes minus perseuerarent coniuncti in
 uno loco. Discedūt igitur nostri, tanq̄ quidam ascēdentes in superioribus locis,
 quidā descendētes in inferioribus locis uelint pertrāsire flumē, hostes igitur nihil
 aliud consilij subesse putantes, cum & antea idem facere conati fuerunt nostri, di-
 mittunt in omnes partes suos, nostri autem ut præceptum illis à rege erat, uelo-
 cissimè reuertuntur, & regem transeuntem sequuntur, & planè sic omnia ordi-
 nata erant, ut non discessisse sed præcedentibus tantum primum locum dedisse
 uideri possent, nam una acies facta est antequam primi ad hostes uenerint. Hos-
 tes uero quò iussi à ducibus fuerant ire profecti expectant hostem. Tandem se-
 ro sine ordine concurrunt, cum primi iam essent cæsi uel fugerent. Estq̄ hoc
 Ludouici consilio factum ut sine suorum magna iactura infinitam hostium mul-
 titudinem occiderit, & magnam prædam adeptus lætus cum hilari exexercitu lon-
 gius pergat. Magnus terror ab hoc prælio inuasit omnes earum regionem inha-
 bitatores. Omnia igitur sine negotio capiunt, magnam omnium rerum copiam
 ubiq̄ inueniunt. Sed dum illi gestientes uictores indulgent genio, hostes colligunt
 magno studio uires, & occasionem opportunitatemue captant, qua ulci-
 scantur se & focos & aras tueantur. Nostri igitur iter facientibus per montem
 sine ordine, hostes à latere in uertice montis irruentes in nostros diuidunt illos,
 qui præcesserant ab illis qui sequebantur, itaque hostes, nostris paucis in summi-
 tate mōtis facile uictis, facile ex superioribus locis, in nostros sub oneribus pres-
 sos tela & lapides mittunt. Pugna fit magna, Christianis diuisi utrinq̄ in hostes
 impetum faciētibus, Turcis magnos lapides deuoluētibus. Magnus nostrorum
 numerus cadit. Nox dirimit pugnā, Silente nocte nostri qui in extremo agmine
 fuerant, reuertūtur rursus ad montis radices, & circuitu itineris longo iungunt
 se illis qui superarant montem, Magnam cladem in prælio acceperunt Galli, &

cōmeatus qui sequebatur sequi nō poterat, quare fames non parua afflixit exerci-
tum. Tandem post longa itinera & magnas difficultates, Satilā peruenērūt quæ
urbs est subiecta Imperatori Cōstantinopolitano. A ciuibus eius urbis nostri ad-
iuti nauigant ad portū S. Symeonis, ubi aliquot dies moratus est, ut fessos recrea-
ret, & ulneratis adhiberet curam. In eo portu occurrit regi Francorū Raimūdu
Antiochiæ rex, cum donis & reuerenter exceptum ducit secum Antiochiam. Pe-
titū Raimūdu a rege Ludouico ut aliquot urbes adijcere suo principatui posset
uirtute Gallorum, sed negat Ludouicus ullam causam tam magnā esse quæ eum
reuocari a proposito posset, Hierosolymā enim omnino se profecturum. Quare
Antiochia discedens Hierusalē petit Ludouicus cum exercitu. De his omnibus
quæ acciderūt regi Gallorum post discessum suum audiuit Cōradus Imperator
qui hybernarat, ut diximus, Cōstantinopoli, quare hyeme transacta cōstituit pe-
tere potius Hierosolymā ciuitatē dei, quā domū cum ignominia redire. Quamob-
rem nauigat recto cursu ad portum Aconensem & postea, ut in longissimo itine-
re breuis situ, Hierosolymā pertuenit, effundit autē Imperatori Conrado se obuiā
uniuersa ciuitas Hierusalē, Rex clerus, populusque deinceps ibant, & introductus
est in Sanctam ciuitatē. Pauculis post diebus nunciat aduenire Ludouicus rex.
Cui obuiā miserunt patriarchā cum clero, rex in ciuitate mansit, hocque factum est
ut declarare Cōradus Ludouico maior. Introduxerunt ergo magnifice regem
Gallorū. Vbi igitur loca sancta uisitarunt rex & Imperator, duce rege Hierosoly-
mitano & patriarcha, conuenerunt de rebus regni Hierosolymitani consulturi,
quo stabilirent quæ infirmiora uidebātur, & adijcerent alia. Cōmuni autē cōsilio
statuunt Damascū urbem obsidere, quæ urbe potentia sua multū Hierosolymita-
nis nocuit. Ea urbs est sita in planicie, habetque exilē agrū, sed cultura industriaque
sit fertilissimus. Neque enim tam infelicis ingenij terra reperit ulla, quæ non fructū
suū proferat si colatur, & seratur seminibus quæ non recusat natura soli. Copijs
igitur iunctis tres reges Hierosolymitanus, Imperator & Galliarū rex ad Dama-
scum iter faciūt per montē Libanū, ubique ad urbis Damascenæ moenia ueniunt,
munitur castra multis locis, quo includāt oppidanos. Cum primū nostri accesser-
unt Turci ante urbē in hortis macerijs & densis arboribus munitis se cōtinebāt,
nostros hinc repellere conātes, ne propius ad ciuitatē castra admouerent, & sane
nō nullius negotij fuit illinc deturbare & intra moenia cogere, sagittis em̄ in no-
stros iaculantes damnū dederunt nō parū, sed nostrorum uirtus hortos, oppida-
nis in urbē cōpulsis, occupauit igitur muniēdis dum nostri occupantē eruptione
facta Turci in nostros magno impetu ruūt, sed multis occisis in urbem repellit.
Sed breui post tēpore iterū erumpētes repulsi sunt. Postquā uero in ea parte ur-
bem uidebāt expugnabilē, altera urbis pars credita est minus firma, quare per su-
men nostri traduxerunt exercitum. Quod ubi factū est ex loci natura potuerunt
oppidani nostros prohibere (occupatis prioribus nostrorū stauis) ab aquatio-
ne & comœatu. Quā ob rem frustra aliquoties conati expugnare urbē tandem
sitim & famem diutius ferre non potētes, necessario obsidionē soluunt, & Hieru-
salem repetūt. Cōradus igitur quā primū utile esse iudicans redire ad imperiū, ue-
rusdā & ueteribus reparatis nauigijs credit se itineri nomine domini. Non mul-
to post sequitur eum Ludouicus rex, sed in itinere incidit in classē Saraceno-
rum & ab illis capitur. Eodem fortē tempore Rogerius de quo supra, Saraceno-
rum & terra superauit. Regē Tunesi eo anno uicit, & illi pacem concessit pro-
pter promissum ingens tributum, cumque Rogerius per maria ubique classe uictor
liber uagaretur, incidit disponente maris, terræ & coeli domino in classē Tur-
carum quæ habebat captum Ludouicum regem Gallorum, nauali igitur pugna
commissa

cōmissa est, uincit Rogerius, classis tota hostium uenit in manus Rogerij, regem Ludouicū uiuum liberat magno cum gaudio. Atq; hoc modo redit eādem post multa discrimina & multos labores domum Ludouicus rex. Cōrado uero in eo reditu, quod sciam, nihil grauius accidit. In Germaniā ubi uenit, curauit diligenter ea quæ ad religionem & communem pacem spectant, discordias hominū ambitiosorum stultas cōposuit, ecclesias ornauit & fundauit nouas, sed hæc frustra fieri nisi sint in ecclesijs personæ uitæ sanctitate insignes, quibus nihil cordi quàm oratio & gloria dei sit, quicq; factum huius mundi uanitatem esse intelligāt. Non diu uero post reditum in Germaniā, cœpit laborare morbo Cōradus, quo quoti die ingrauescēte tandem obiit diem, & regalibus adhibitis ritibus sepultus est in monasterio Lorch in Sueuia. Inscriptio sepulchri adhuc illic legitur. Mortuus est anno imperij decimo quinto.

DE GERMANIS

LIBER DECIMVS OCTAVS.



Tatim post Conradī mortem, multis imperium ambientibus, & innouare multa cupientibus, electores Principes Francofordiæ cōueniunt, & eligunt post multam deliberationem Sueuicæ ducem Conradī tertij nepotem ex fratre Friderico, Fridericum primum, qui cognominatus est Barbarossa. Et quanquam multi anhelarent ad imperium donisq; Romæ & in Germania clanculum agerent, tamē hic cōcordibus omnium Principum suffragijs est electus. Post electionem Aquisgrani coronam imperialem accepit, in conuentu uniuersq; status secularis & ecclesiastici Principum plurimorum ex Italia, Gallia & Germania. Et undiq; ex longioribus nationibus statim legationes cum muneribus uenerunt multæ. Erant tempore electionis huius Principis in Germania omnia uilia, uino ad extinguendam calcem utebantur bono, frumēti non minor erat copia. In hacq; rerum copia pax erat, ne usquā grassabatur pestis. Eo tēpore in collegijs monachorum & monialium iuuetus educabatur ad bonam frugem. Quanquam aliorum Principum formam non describere soleam, reuis cupiens esse, tamen non possum mihi tēperare ut non huius uiri corporis formā attingam, paucissimis tamē. Corpore mediocris habitus & staturæ fuit, fronte hilari, sereno uultu oculis splendentibus, seueritatem coniunctam cum comitate in facie tota præse tulit. Libet hic ascribere quoniam non inelegantes mihi uidentur, uersus Gunderi Ligurini de hoc Imperatore sic canentis:

Nobilitate uiget, clarosq; hinc sanguine reges,
 Inde duces contingit auos, facundia dulcis,
 Forma, animusq; sagax, manus impigra, solers
 Consilij, belloq; ferox & pace modestus.
 Mente senex, ætate puer, prudentia rerum,
 Certus amor, robusta fides, constantia mentis,
 Nec frangenda malis, nec sustollenda secundis
 Laudis amans, largitor opum, crudelibus atrox,
 Tranquillus placidis, ferus indomitusq; superbis,
 Supplicibus facilis, iustis pius, asper iniquis,
 Fortis ad instantes casus prudensq; futuri
 Præteritisq; memor, socijs bonus, impius hosti.

Huic

Huic Imperatori quantū debeat Germania prædicari satis nō potest, utinā quibus rerū habentē regendæ cōmissæ sunt e. ãpla illa ob oculos haberēt die noctiq;. Statim post acceptam coronam Mersburgi Danorū rex regiam coronā de manu Cæsaris accepit, & imperio iurauit se futurum fidelem. Multos conuentus in multis locis celebrauit, in quibus omnibus nulli rei studere est inuētus unquā q̃ publicis commodis studere. Quare initio imperij statim meruit nomē patris patriæ. Gallia dissidebat uehementer, sed Fridericus Imperator eam cōposuit. Erat magna dissensio inter Henricum ducem Saxonix, & Henricum Luipoldi Marchionis Austriæ fratrem, uterq; enim Noricum ducatum sibi arrogabat, uterq; allegauit ius & causas in speciem saltem probabiles. Hanc litem Cæsar dirimere cupiens magnopere laborauit. In superioribus est dictū qua causa Cōradus Imperator Henricū Superbum repulerit à ducatu Bauariæ. Eum autem ducatum Luipoldo Marchionis Austriæ filio cōtulit, hic Luipoldus admodū adolescens mortuus, reliquit ducatum Hērico fratri suo. Hæc fuit causa magnorum motuum in regionibus Norici ducatus, Sueuiæ & Bauariæ, casiq; sunt multi eam ob causam. Fridericus Imperator multa tentauit, quibus componeret rem, sed diu nihil proficere potuit, ita odio occaluerant pertinaces animi. Tandem adhibitis Germaniæ Principibus omnibus hac ratione pacem inter eos statuuit. Ducatum Boioariorū Henrico de Saxonix reddidit, nam hæreditario iure ad eū pertinebat quem parentes & auus eius possederant. Henrici uero Austriaci animū alio modo placare conatur, cum enim ante Marchionis titulum tantummodo haberet, appellateū Austriæ ducē, quare hic Henricus nomine Marchionis in ducis titulos mutato, alter Henricus uero ducatu Bauariæ cōtentus deponit iram. Hæc discordia prudēter per Imperatoris industriā sedata, Guelfo frater Henrici ducis Saxonix palam coram Principibus conqueritur se iniuste negligi, & suis facultatibus priuatum. Cui patrocinator dux Bauariæ Henricus Germanus frater eius. Fridericus rex Rom. cupiens & hunc placare, contulit illi Marchiam Tuscix, ducatum Spoleti & principatum Sardinix. Hi fratres Guelfo & Henricus dux Bauariæ fuerunt auunculi Imperatoris Friderici, quæ consanguinitas causa fuit potissima propensi ad eos iuuādos animi. Hoc enim peculiare hic Princeps habuit, quod omnibus uiribus & studio suos euexit, & beneficijs affectit, sed, quod laudabile est, non quoquo modo, nam nusquam iniuste deprehenditur, quæquam ex suis iuuasse per oppressionem aliorum. Erat illi frater Conradus quem Palatinū comitem Rheni fecit, uita defuncto Hermanno comite Palatino hærede nullo relicto ad quem iure perueniret Palatinatus. Hic Conradus Imperatoris frater Heidelbergam oppidum & arcem ædificādo ampliāuit & decorauit, ante eum enim nihil illic erat nomine memorabili dignum. Libēter enim eo loco habitauit. Collegium sacerdotū in Neuenburg iuxta Heidelbergam, mutauit in monasteriū monialium, & annuos redditus auxit. Causa mutationis hæc fuit in oppido uoluit doceri & institui pueros, aliq; habebat uirorū monasteria in quibus instituebantur pueri ingenui. Hoc autem uoluit esse scholam puellarum ingenuarū, ubi in pudicitia ad timorem domini & sanctam maritorū, post nuptias, obediētia puellarum instituebantur. Credidit enim seculum quod tum erat, & aliquot quæ post anteciperāt, nullam magis salutarem rem unquam institutam quam tales ad utrūq; sexum ludi instituti, hoc est monasteria, ex quibus prodibūt tot castæ ad maritos uirgines, quæ factæ matronæ suam prolem educabant ad modum quo ipsæ erant educatæ, aut domi, aut in monasteria, traditam. Ex illis scholis prodibāt iuuenes modestia & timore domini, humanitateq; præditi. Neq; erat ullus nobilium qui suos non tradiderit instituendos in has scholas, ubi erant præceptores uacantes lectioni & orationi & ieiunijs. Quam aliam causam putas esse tam honorū Principum

tipum & modestissimæ nobilitatis, qui fuerunt per aliquot secula: Nemo ferè à Ca-
 rolo Magno Principum fuit, qui non in monasterijs educatus sit à puero. Cõfer
 priores Nerones ad illos Principes de quibus partim iam dictum est, partim dice-
 cemus in sequentibus. Et si ullum seculum esset futurum, quod omen deus auertat,
 quod institutione illam sanctam iuuenturis, & religionem cõtemneret, suo magno
 malo & infelicitate esset uisurum inhumanitatem & impietatem omnium hominum a ma-
 ximo usque ad minimum, & nulla esset uicissitudinaria affectio humanitatis futu-
 ra. Quale seculum uidentur minari futurum sacre literæ, cum prædicunt charita-
 tem nullam aliquando in hominum cordibus futuram. Quare qui timent domi-
 num, & non exuerunt omnem humanitatem, huiusmodi scholas augeant, suis facul-
 tatibus in eas collatis. Ut sint uero boni in eis uiri qui seruiant domino, quibus reli-
 gionis uerum studium, amor proximi, bona literarum studia cordi sint, curandum
 esse non nego & dominum orandum ut tales mittat. Et in superioribus dictum
 est, Principes optimos hoc summo semper studio curasse. Erat Friderico Impe-
 ratori uxor filia Marchionis de Vogspurg, quam illi consanguinitatis nomine te-
 ste Abbate Urspergensis, habere non potuit, quare repudiavit eam. An fuerint aliquid
 quod quidam putant, causæ nescio. Duxit post diuortium aliam filiam Rainaldi
 Burgundie comitis, quæ peperit illi Henricum, Fridericum, Conradum, Philip-
 pum, & Othonem. Fridericus in Germania omnibus dispositis feliciter, paceque
 inter omnes firmata, conscribit exercitum, comparatisque omnibus ad profectio-
 nem necessarijs, uersus Italiam mouet castra. Vbi cum copijs Italiã attingit ueniunt
 illi obuiam Mediolanenses, petunt priuilegia quædam, petuntque Cumæ & Laudæ
 dominium, magnam pecuniam promittunt, & causas quæ petant addunt. Sed
 cum apud Imperatorem æquum & iustum esset pecunia preciosius, non potuit in-
 duci ut adimeret istis, illis adderet. Mediolanenses igitur non ferebant æquo ani-
 mo, quod negauit illis id quod petebant, uolentes autem ab urbe sua quã longissi-
 me Imperatorem cum exercitu iter facere, per difficilia deuia circumdixerunt eum
 per tres continuos dies, tandem intellecto eorum consilio, & fortassis aliquid peius
 metuens, recta petit, contra Mediolanensium consilium & uoluntatem, Mediola-
 num, cumque urbi appropinquasset, pro iusto precio exercitui necessaria petit, quod
 cum negarent, iratus Cæsar Rosatum castrum eorum egregium, quod habebat
 supra quingentos in præsidio armatos, capit & incendio consumit totum, & omnem
 agri eorum regionem peruastat, usque ad urbis portas. Nec mediocris timor in ur-
 be fuit, ne expugnaret urbem, multas præter dictum castrum, eorum arces deiecit,
 nominatim uero Gailardam, Trecam, & Minimam destruunt ferro & igne.
 Perque Padum flumen exercitu traducto Curiam uastat urbem, Astam incidunt,
 Dertionem obsident & capiunt, urbem præsidijs & loci natura munitissima, Pa-
 pienses aliorum iactura damnoque docti, Imperatori obuiam ueniunt & se suaque
 omnia commendant, cum magna reuerentia coronatum in urbem ducunt, aliquot
 dies illic commoratus officijs eorum oblectatus est. Discedens illinc per Longo-
 bardiam, Romaniam, Tusciam & Sutrium Romæ appropinquauit, ibi Pontifex
 Romanus cum suis cardinalibus, episcopis totoque clero occurrit Imperatori, offe-
 rendis illi primum coronationem imperialemque consecrationem. Deinde agit cau-
 sam suam aduersus Romanos, qui intulerant illi iniurias, deque rebus ecclesiasticis &
 Repub. Rom. multi collocuti perueniunt Romam. In Basilica diui Petri impo-
 nit imperialem coronam Friderico Pontifex in magna hominum frequentia. Ro-
 mani uero conati sunt exercitum Germanicum Imperatoris ex improviso oppri-
 mere, quare per portam Adriani erumpunt magna uiolentia & impetu in Ger-
 manos, quibus parati Germani opponunt se, & occisa magna eorum multitudine,
 magna etiam capta fugant. Qui conatus Romanorum postquam male cessit

pacem petiere & gratiam ab Imperatore & Pontifice, quam affecuti sunt, & rediti sunt illis capti. Omnibus igitur Roma dispositis & Pontifici subiectis, Fridericus Germaniam petere constituit, sed per aliam Italiae uiam domum profectus est, in quibus scilicet Italiae regionibus erant adhuc rebelles. Spoletum igitur urbem rebellantem & multa seditiosè contra maiestatem Cæsariam conantem cepit uis & solo æquauit, quo exemplo reliquarum multarum terrarum, sponte ueniunt, obtemperaturas se imperio promittunt, quarum omnes gratiam Imperatoris consecutæ sunt, tam enim facilis & benignus in subiectos & officium facientes, quam seuerus in superbos, & seditiosos fuit. Vbi uenit usque ad montis Falerni angustias, difficilia transitu itinera, exercitus pars transferat montem, Albericus Veronæ Princeps occipat clausuras montis, & præcludit uiam Imperatori. Petitus pecuniam ab Imperatore, alioquin minatur non passurum transire eum per montem, & si maior exercitus pars montem superarat & Imperatori coniungi non potuit, tamen Imperator uir magni animi non modo pecuniam dare recusauit, sed nec dignitatis suæ putauit latronem per legatos alloqui. Quare Othonem Palatinum de Vuitilispach cum legitimis expeditis militibus mittit per alias uias difficilimas, ductoribus locorum gnaris, qui per prærupta montis reptando supra hostes conscenderunt, & in inferiore montis parte expectabat Fridericus Cæsar. Illi igitur Germani in uertice montis cum magno clamore & animo inuadunt latrones & magnam earum partem præcipitant, partim trucidatos, partim uiuos quosdam capiunt. Fugientes currunt in manus Imperatoris. Itaque expedito itinere pergit Imperator in Germaniam per Tridentinam uallē. In Germania excipitur magno omnium gaudio, ignibus ubique in campis, collibus & montibus incensis. Veniunt ex longinquis nationibus legati cum muneribus amicitiam & pacem ementes. Imperator nihil aliud agit, quam ut fiat inter Christianos concordia, & sibi quam plurimos beneficiis deuinciat. Boemorum ducem ob singulares boni Principis dotes coronat in regem. Polonorum dux foedus & fidem Imperatori non seruans, uincitur, & sub iugum mittitur, cogiturque tributum dare maius quam antea unquam. Hæc dum in Germania à Cæsare fiunt, Italia tumultuatur & seditionibus laborat supra modum. Roma urbs & Pontifices hostiliter intestinis odijs inter se uitam miserè agunt. Adrianus Pontifex Fridericum exitialiter odire incipit, quod non ad nutum eius in Italiam cum copijs Germanorum uenit, quas querelas iniquiore tulit Fridericus animo, incepitque non leuiter potestatem pontificiam contemnere. Nullum legatum apostolicum ferebat in Germaniam nisi à se uocatum. Sacerdotia ipse incipiebat conferre, quarum iuris pontificum Romanorum erant. Neque ullum ex Germania Romam ire patiebatur sub forma appellationis. Hoc testantur literæ Papæ & Imperatoris, quarum sic habent.

Adrianus episcopus seruus seruorum dei Friderico Romanorum Imperatori salutem & apostolicam benedictionem. Lex diuina sicut parentes honorantibus longauitatem promittit, ita maledicentibus patri & matri sententiam mortis intendit. Veritatis autem uoce docemur, quia omnis qui se exaltat humiliabitur. Quopropter dilecte in domino fili, super prudentia tua non mediocriter admiramur qui B. Petro, & sanctæ Romanæ ecclesiæ non quantam deberes reuerentiam exhibere uideris, in literis enim ad nos missis nomen tuum nostro præponis, in quo insolentiam, ne dicam arrogantiam notam incurris. Quid dicam de fidelitate B. Petro & nobis à te promissa & iurata: quomodo eam obserues, cum ab his qui dei sunt & filij excelsi omnes, episcopis uidelicet homagium requiris, fidelitatem exigis, & manus eorum sacratas manibus tuis innectis, et manifeste nobis factus contrarius cardinalibus, à latere nostro directis, non solum ecclesias, sed & ciuitates regni tui claudis. Respice ergo, respice, tibi consulimus, quia dum à nobis coronam & consecrationem merueris, dum inconcessa captas, ne concessa perdas nobilitati tuæ timemus, &c. Ad hanc Pontificis

Pontificis Romani epistolā ita respondit Imperator: Fridericus dei gratia Rom. Imperator semper Augustus Adriano ecclesie catholice Pontifici, omnibus illi adharere quæ cepit Iesus facere & docere. Lex iusticie unicuique quod suū est restituit, non enim parētib; nostris derogamus, quibus in hoc regno nostro debetū exhibemus honorē à quibus uidelicet progenitoribus nostris, & regni dignitatem suscepimus & coronam. Nunquid tempore Cōstantini Syluester regalis aliquid habuisse dignoscitur, sed eius pietatis concessione libertas concessa est ecclesie, pax restituta & quicquid regalis papatus uester habere dignoscitur, largitione Principū obtinet. Vnde cum Romano Pōtifici scribimus iure & ex antiquo nomen præponimus, & ad iusticie normam eidem nobis scribenti concedimus. Reuoluite annales & si lectum neglexistis quod asserimus, illic inuenitur. Ab his autem quæ dei sunt per adoptionem & regalia nostra tenent, cur homagium & regalia sacramenta non exigamus, cum ille noster & uester institutor ab homine rege nihil accipens, sed omnia bona omnibus conferens, qui pro se & Petro censum Cæsari persoluit, & exemplū nobis dedit ut ita faciatis. Docet uos, dicēs: Discite à me quia mitis sum & humilis corde. Aut igitur regalia nobis dimittant, aut si hæc utilia iudicauerint, quæ dei deo, quæ Cæsaris Cæsari persoluant. Cardinalibus utiq; uestris clausa sunt ecclesie & nō patēt ciuitates, quia non uidemus eos prædicatores sed prædatores, nō pacis corroboratores, sed pecunie raptores, nō orbis reparatores, sed auri insatiabiles corrosores. Cū autē uiderimus eos, quales requirit ecclesia, portantes pacem, illuminantes patriā, assistentes causa humiliū in æquitate, necessarijs eos stipendijs & cōmeatu sustentare non differemus. Humilitatis autē quæ est custos uirtutū & mansuetudinis uestre nō minimam notā incurritis, cum huiusmodi quæstiones religioni non multū cōferentes secularibus personis proponitis. Prouideat itaque paternitas uestra ne dum talia mouet quæ indigna ducimus, offendiculum ponat illis qui uelut ad imbrem serotinum ori uestro aures suas arrigere festinant, non enim non possumus respondere auditis, cum superbie detestabilem bestiam usq; ad sedem Petri reptasse uidemus, paci ecclesie bene semper prouidentes. Bene semper ualere. Hæ sunt scriptæ literæ à Pontifice & Imperatore, quæ extant cum alibi, tum in cœnobio Hirsaugiensi diocesis Spirensis. Dum in hūc modum Imperator & Pontifex odio se commutat uerba, episcopus Laudensis in quadam causa appellauit Romam aduersus Imperatoris edictum. Cum uero ipse episcopus esset in itinere Romam uersus, ab Imperatoris equitibus uiarum custodibus uerberatur, capitur, in custodiam ducitur & seruatur. Quod ubi Romæ nunciatum est, Pontifex rei indignitate incredibiliter motus, mittit ad Imperatorem quàm primum legatos cardinalem & cancellarium suum, uiros morum seueritate & facundia præstantes. Qui ubi peruenerunt ad Imperatorem, qui tamē fortē Vefontij erat, literas Papæ obtulerunt Cæsari, quæ erant uehementer liberè & mordaciter scriptæ & oburgatorie ita ut mirum in modū offenderint Imperatorem, inter reliqua multa scriptum in illis fuit hoc: Quia quamuis nobis non ex æquo respōderis, non tamen nos pœniteret si maiora quàm acceperis de manibus nostris beneficia suscepisses, &cet. Nec minus mendacia & dura in mandatis habebant legati, quæ bona fide ex Pontificis iussu Imperatori in os dixerunt omnia. Nec uero aliud minus patienter tulit, quàm quod in literis & oratione legatorum uiua sæpe repetebatur, Pōtifici Fridericum imperialem coronam, & imperium ipsum debere. Quare cum unus legatorum contentiose ad Imperatorem dixisset: Si ergo Imperator ab apostolico non habet imperium, à quo habet? Quibus uerbis omnes aula Cæsareæ proceres ita succenssi sunt supra modum, præcipuè Otho Palatinus

de Vuitlispach, qui gladium Imperialem manibus tenebat, euaginato enim gladio legatum qui hæc dixerat petiturus, & à Friderico uix cohibitus est. Respondit legatis Cæsar ferè in hanc sententiam, quam uidemus in superius scripta epistola. Admonuit eos officij apostolici, exempli Christi. Quid intersit inter regem administratorem Reipub. rerum terrenarum, & huius uitæ, & ministrum ecclesiæ, mysteriorumq; religionis, multis exponit. Apostolici legati iniurijs affectos se queruntur, de sua potestate ex iure diuino & humano multa differunt, quo loco quoq; honore deus suos excipi & haberi præceperit, quam autoritatem inter homines illis dedit. De clauibus multa, multa item de inferno, & purgatorio. Admonent præterea exemplorum Imperatorum ueterum; quomodo reuerenter ecclesiasticos tractarint, quibus eos ornarint & donarint, qua felicitate & successu propterea usi sint. Imperator iussis tacere, abeuntibus præcipit imperiose, ut uia regia Romam reuertantur, ne quæstum in itinere faciant, si aliter comperit fuerit, non impune habiturus. Legati Romam recta petunt, ubi illuc peruenunt, Romano Pontifici enarrat iram, & blasphemias (sic enim uocabant) Imperatoris, iniurias sibi illatas, & uim factam queruntur, uix se mortem euasisse, nullum subulcum inhumanius ab ullo agrestissimo uillico tractatū unquam. Pontifex zelo accendi, meditari ultionem, cogitare de excommunicatione & anathemate cœpit, quamobrem frequentem episcoporum & cardinalium synodum cogit, multa in ea synodo tractantur contra Cæsarem, sed discordant sententiæ, quidam exēpla proferebāt, quod Pontifices Romani Imperatores cogerint iuxta suas leges & uoluntatem uiuere. Quidam contra, proferebant exempla, quod Imperatores urbe & Italiam diripuerint & omnia miscuerint pro arbitrio, Pontificesq; in exiliū miserint. Itaq; uariantibus sententijs in ea synodo statutū est nihil. Imperator quoq; cōuocatis Germaniæ Principibus, queritur, quod Papa Romanus nimium sibi arroget, cupiatq; Imperatorem obedire, ceu mancipium, pontificijs cōstitutionibus quibuslibet, apud Principes multa disputat de functionibus ministrorum ecclesiæ, de pace ecclesiæ, & quid pariat bonos hominū mores. Principes Germaniæ uidentes quæ tandem finem hæc tragœdia sit habitura, nisi q; primum principū Friderici & Adriani animos irritatos placent. Quāobrem episcopum Babenbergensem cum alijs magnis uiris ad Pontificem mittunt cum literis & mandatis mitioribus & ad sedandas iras accommodatis. Quibus nihil Pontifex motus est, pertinaciterq; in sua perseuerauit sententia. Quod ubi Imperatori renūciatum est, extēplo cum selectissimis copijs non magnis autē mittit in Italiam Othonem Palatinum, qui res in Italia disponat, se ipsum cum iusto exercitu subsequuturū minatur Italiæ, nisi omnes ciuitates obtēperent Othoni. Quod ubi Pontifex intellexit & totus cardinaliū ordo, timor inuasit eos, maxime cum uiderent Italiæ ciuitates audientes esse Cæsari. Quare habito consilio mittunt ad Cæsarem legatos episcopos & cardinales, qui de cōcordia agant, quiq; nihil aliud loquātur aut faciant quàm quod ad pacem faciat, seorsum uero quosdam Principes Germaniæ rogat per legatos & literas Pontifex, ut se interponant, Imperatoris iram extinguant. Post illa Augustæ est constitutus conuentus Principum, ubi cōuenerunt ecclesiastici & seculares Principes, quorum opera reconciliati sunt duo orbis capita, Adrianus & Fridericus. Hæc pax omnibus bonæ mentis Principibus gratissima fuit, nam quātum malū hinc timēdum fuit, nemo paulo cordatior non intelligere poterat. Postquam uero in gratiam redierunt Imperator & Papa. Italia cepit tumultuari intestinis odijs, discordijs & bellis. Et Mediolanenses adhuc memores malorum quæ illis Imperator in prima in Italiā expeditione

peditione fecerat, rebellare ceperunt, & alios sibi iunxerunt rebellionis socios, qui erant Lombardix ciuitates quædam opibus & uiribus pollentes. Cumam & Laudam quæ erant fidei Imperatoris commissæ destruxerunt, & alia quædam, quæ Cæsar in eorum agro incendijs & ferro ante deuastauerat, omnia repararât, & Cremonenses qui obtemperabant Imperatori, nec abduci ab imperio poterant, multis modis affligunt Longobardi & Mediolanenses. Quæ cum tolerabilia nullo modo Imperator iudicaret, contrahit ingentes copias, quas in Italiam duxit, ad aduentû eius tota est territa Italia. Primum Brixieses ad deditiõem compulsi sunt. Pergens postea castrametatus est iuxta flumen Adduam, ubi ab altera ripa Longobardæ & Mediolanenses hostes conuictis Imperatorem lacefferunt uerbis ad terredos animos ingeniosè cõuictis, ut irritarint neminem ex toto exercitu magis quàm Imperatorem. Ceruû ducem inter Leones, Leones hoc duce nihil egregiè facturos. Ceruû sibi cauere loco, proditurum propediem exercitû, Imperator ipse flumen cû selectioribus paucis transiit flumen lignea crate ex arboribus quibuslibet obujs facta, & cum hostibus conferens manus statim fugauit, qui se recipiunt in castrum proximum, quos Fridericus cum paucis secutus est usq; ad arcem in quam confugerant, signumq; dedit exercitui, ut totus sequeretur, id quod factum est. Illi in castro oblessi, desperatis rebus suis, mittunt supplices ad Cæsarem nunciû qui oret ut uitam donet omnibus qui in castro essent, & capiat castrum. Cæsar nihil illis promittere uoluit, quare coacti sunt se dare ad gratiam, ut loquuntur uulgò. Cæsar captis ducibus in castro, & militibus exutis omni militari habitu, cum pueris & mulieribus passus est nudos abire. Castrum militibus diripiendum concessit, & exurendum. Cæsar hinc discedens uenit Melegantium, illic moratus duos dies expectauit frustra Mediolanensium nuncios qui pacem peterent. Quare sine cunctatione longiore, collecto & aucto militibus Italis exercitu, properat Mediolanum. Veniunt magna multitudine armatorum obuiam Cæsari hostiliter. Cumq; inter fossas, quæ erant inter Cæsarem & Mediolanenses, constitissent, expectarentq; Cæsaris transitum, qui erat difficilis & nõ sine certo discrimine copiarum Imperatoris, propter altitudinem & latitudinem. Cæsar per aliam uiam mittit partem exercitus, neque enim longa ualde erat fossa, interea iubet in proximis agris fasciculos facere ex arbutis, quibus milites complerent fossam. Adsunt igitur qui missi fuerant alia uia, simul parati iniiciuntur fasciculi & sic duabus partibus adoriuntur hostem, qui primû impetum non ferens fugit ad urbis mœnia, quos Cremonenses insecuti sunt longius quàm Germani, quos cum Mediolanenses conspexerunt solos, iterum in eunt cum illis equestre prælium, quod anceps permansit, donec Imperator adcurrit & Germanorum uirtute intra mœnia cogit. Suburbia omnia incenderunt, Imperator urbem obsidione circūdat. Erat extra mœnia turris alta ad præsidium ciuitatis, quæ ubi in potestatem Cæsaris uenit, urbani desperarunt de rebus suis, quare misericordiam petunt à Cæsare. Nuncij qui uenerunt supplices ad Imperatorem ex urbe, inter reliqua quæ modestissimè & humilimè locuti sunt, dixerunt se agnoscere læsæ maiestatis crimen, non ignorare se uidere impudentes, qui sperent gratiam. Tamè ausos se fuisse tētare, quod de animi lenitate Cæsaris omnes tam magnifica prædicent. Fore maiorem laudem qui tam malè meritis ignoscere potuerit, nihil esse quod magnopere laudibus ferri ad astra possit, si quis leuiter delinquentibus culpam condonet. Seorsum uero locuti sunt cum Principibus qui erāt cum Cæsare Friderico autoritate pollentes in ea expeditione, scilicet

cum rege Boëmorum, Lupoldo Austrię duce, Othone Palatino, Rainaldo Bambergensi episcopo, & cum reliquis uiris quos putarunt apud Casarem ualere gratia & autoritate, illorum quibusdam munera clam dederunt, hę ergo apud Casarem inuenerunt Mediolanensibus gratiam. Iussa est igitur uniuersa urbis multitudo inermis ad Casarem exire, & se ad pedes Casaris prosternere. Ita que fecerunt & est illis uita donata. Nam Casar in animo habebat omnes ad arma habitos occidere. Facta est igitur pax, Mediolanum subiugatum est, obsides dederunt. Longobarde omnes ueniunt post Mediolanensium deditioem, misericordiam petunt, Imperatori obedientiam promittentes, Imperator totam Italiam subditam in se solum respicere uidens, legibus cauendum putauit ne post hac tam leuibus causis rebellarent. Quare Principibus conuocatis suppliciorum genera stauit in uiolatores pacis, & contemptores summorum magistratum. Constituit quoque pecuniariam multam in eos qui uiolarent fœdus, nempe urbes mediocres singulę centum marcas auri persoluerent. Maiores ducentas, Marchio quinquaginta, Comes quadraginta, & sic usque ad tres marcas pro cuiusque dignitate & facultatibus. Qui tres marcas auri non haberent, pro magnitudine rebellionis aut mori, aut uerberibus caedi & mitti in exilium deberent. Iudices quoque per singulas urbes constituit. Scribitur a Frisingense (qui eo tempore uixit & presentem in Italia apud Fridericum fuisse est probabile) Imperatorem magna diligentia a iuris peritis quesuisse quid iuris in ciuitates Italia Imperator haberet. Nam contra ius & æquum nihil uoluit prudens sciensue facere, persuasus nihil iniusti durabile esse posse. Omnes iureperiti & Principes ecclesiastici secularesque qui aderant, una concordia sententia adiudicarunt Imperatori, Omnia regalia, quę sunt monetę, telonia, uectigalia, nauigia, officiorum dignitatumue confirmationes, iudicium, consulum omniumque magistratum creationem, exactiones preterea quocunque tempore & quotiescunque necessariae sunt ad imperium defendendum, aut tuendum, aut augendum. Has leges & constitutiones per Italiam promulgandas comisit Imperator cancellario Rainaldo & Othoni Palatino & quibusdam alijs, qui comitati forti militum manu hæc per ciuitates singulas ordine denunciant, & seruanda imperant. Vbi Mediolanum uenerunt, conuocatis ciuibus, ut fecerunt in alijs ciuitatibus, constitutiones imperiales promulgant. Ciues his, inauditis apud eos, auditis, reclamant, & preconem interpellantes non patiuntur dicere, eijciunt ex urbe legatos mox contra Imperatorem multa faciunt. Quod fuit plurimarum calamitatum causa. Nam Pontifex eam Mediolanensium rebellionem fouit, & illud de iure suo postquam Imperator decretum promulgauit per Italiam, & multę preter Mediolanum urbes rebellare, nouaque optare uisę sunt, omnesque alienate prorsus sunt. Pontifex rursus quoque discedit ab Imperatoris amicitia, uocat eum iniustissimum tyrannum, sauum, & inflatum. Legatos Casaris Romam ingredi prohibet, nisi cum uelit ipse cum suis cardinalibus, uicem recipere uolens, nam & Imperator in priore similitate in Germaniam non admitteret apostolicos legatos, nisi quum placuit. Minatur Pontifex nisi desistat ab illis in Italia exactioibus, & imperiosa tyrannide, se toti orbi declaraturum non Imperatorem esse Fridericum, sed deperdatorem. Imperator ueritus periculum, ne Papa cum Constantinopolitano principe fœdus iniret, praesertim hoc tempore cum nouo se imperio decreto Italia exasperata esset, excusat se apud Pontificem uerbis quam leuissimis, pacem non esse rumpendam, quid hinc mali prouenturum sit enarrat, se paratum mutare, si erret, sententiam, sapientum iudicio se commissurum causam suam. Hęc omnia Papa recusat, nec potest placari, quod cum intellexit Imperator, non est arbitratus ex sua dignitate esse, plura offerre. Quamobrem
seditionem

seditionem Mediolanensium comprimendam esse iudicauit, ne illi diutius impu-
 niti alijs darent exemplum & fiduciam rebellandi. Cum exercitu, eiusque
 ciues in pristinum statum a quo a Mediolanensibus erant deturbati. Supra urbem
 Cumarum arcem munitissimam edificauit, in illam praesidium militum Germa-
 norum imposuit. Quam primum uero Imperator discedit ad alia quaedam efficien-
 da, prius quam aggrediretur urbem Mediolanum, Mediolanenses ingeniose fa-
 bricatis machinis, tormentorumque uarijs generibus arcem confregerunt edifica-
 tam apud Cumas, praesidium militum Teutonicorum captum in custodia seruant.
 Quod factum Mediolanensium animos multis addidit ut ausi sint aperte rebella-
 re, quare festinanter Imperator in Mediolanenses ducit copias, rura eorum cultissi-
 ma peruastat, uineta, segetes, arbusa, arbores omnia succidit. Obsidet urbem Fri-
 dericus cum maiore parte exercitus, reliquam partem contra alias rebelles urbes
 mittit. Contra Cremenenses, quibus se adiunxerant multi Longobardae & alij ex uici-
 nia, misit Rupertum ducem primi loci in toto exercitu, Basiliensem cum militibus Basi-
 liensibus, quos hic Fridericus multos in exercitu habuit, quosque propter ratam uir-
 tutem singulariter dilexit. Hic Rupertus Basiliensis ubi uenit cum signis Cremas-
 quae sunt ualidissimum oppidum, occurrunt illi obuiam cum maiore multitudine
 armatorum quam expectarant Germani, in loco equo concurrunt, primo utrinque
 accerrime pugnatur, multi cadunt, oppidani tandem uertuntur in fugam, qui fu-
 gientium non peruenerunt recto cursu intra moenia capti sunt omnes aut occisi. Ali-
 quot diebus obsident oppidum & expugnare nituntur frustra, tam paucis nullum
 ad oppugnationem apparatus habentibus impossibile erat expugnare tam fir-
 mam urbem cum munitissima arce. Quare reuocati ab Imperatore, ad exercitum
 redierunt. Ad munitiones igitur Mediolanensium Imperator tempus terens, nec
 capiendae urbis spem magnam habens, simulat discessum, receditque in proximam
 syluam, mittit uero Papienses contra Mediolanenses solos, qui ubi congressi sunt
 cum exercitu ex insidijs erumpit Caesar Mediolanensium magnam multitudinem
 occidit, magnam quoque capit. Nec tamen post hoc praelium humiliati sunt Me-
 diolanenses. Non ignoro quosdam scribere, quod & uerisimilius est, Caesarem
 cum maiore parte exercitus alio profectum, partem quaedam exercitus posuisse
 in insidijs. Imperator obsidionem tandem urbis Mediolani soluere est coactus.
 Quare Cremas cum toto exercitu repetit. Primum colloquio res acta est. Impe-
 rator iura imperialia quae promulgata erant, & propter quae Cremenenses in armis
 erant, exigit, Cremenenses munitionibus suis & castro firmissimo confidentes ne-
 gant quicquam talium duros se, nec debere argumentis disputant. Addit etiam
 illis animum quod Mediolanum cogi nondum potuerat, & quod iam olim Lo-
 tharius Imper. cum Germanis frustra diu in obsidione laborauerat. Imperator Fri-
 dericus eorum confidentiam animaduertens magnis conatibus oppidum expu-
 gnare nititur. Altissimam ligneam turrum erexit, arietes, machinarum alias spe-
 cies muris iniecit, fossas succisis arboribus, ac terra impleuit. Obsides quos ab il-
 lis antea ad confirmationem pacis acceperat, qui erant ciuitatis Principum filij,
 ad crates ligneas quae turri erant appensa alligauit, in conspectum propugnato-
 rum, & hoc modo turrum ad arcem propellit, nec potuit ullum telum in turrum Germa-
 norum mitti, ut non tangeret uades qui omnes erant eorum liberi. Sic enim sperauit Im-
 perator se admoturum turrum quocumque uellet, nec enim ullum putauit tam inhumanum
 impium esse, qui possit ferre suos liberos in conspectu suo trucidari. Sed oppidani
 indurati telis de castro missis, & alijs instrumentorum generibus in ligneam turrum
 missis, ferro & igne, crudeliter contemnentes naturae leges suos interfecerunt. Cre-
 menses uolentes par pari referre, quosdam captiuos Germanos in adito loco su-
 pra muros erectis patibulis suspenderunt. Germani postquam hoc uiderunt, suspen-
 derunt

derunt multos captiuos quoq; in conspectu oppidanorū. Tandem tantis operibus ad oppugnationē factis, & muris deiectis in magna urbis parte, & conquisitis turribus mœniorū, Cremenses despondent animū, supplices rogant ea que pacis sunt, omnia facturos pollicentur, uitam modo donet Imperator omnibus qui in urbe sint. Imperator quantūuis exasperarant illum, tamē timens dominū, misericordes & mites beatos prædicantem, donat omnibus uitam, ea tamen conditione ut tantū una simplici ueste induti cū paruulis exirent, relictis rebus omnibus in arce & urbe. Miserabile erat spectaculum, nudos uiros, nudas matronas cum paruulis sic de suis penatibus, & facultatibus abire. Imperator urbem militibus diripiendam dedit, & castrum direptum incendi iussit & funditus tolli. Hæc dum gerit per Italiam Cæsar, Romæ fit maxima contra Imperatorem cōspiratio, in qua se astrinxerūt iuramentis & sacramentis Papa Adrianus, cardinales & Sicilia rex Guilielmus & multæ ciuitates Italia. Excommunicatur igitur Imperator Fridericus cum omnibus sensicibus cum eo socijs. Accidit autē cum Adriano Pontifex excommunicationem promulgarat apud Anagninā urbem & multa in Imperatorem diceret, cōsiliūmq; cum ecclesiasticorum Principibus caperet de alio Imperatore eligēdo, procedereq; refrigerandi gratia cū familiaribus suis, uenit ad fontem, ex quo audius bibit, hausitq; muscam, quæ gutturi eius inhaesit ita ut nullis medicorum artibus extrahi potuerit, mortuusq; est non sine magno dolore. Abbas Urspergensis hæc scripsit ante nos, ne quis de fide nostra dubitet. Nam alij aliter scribūt, quæ mihi nō probabilia sunt. Vita defuncto Adriano mortis genere quo dixi, coniurata illa factio cardinaliū, regis Sicilia & ciuitatum Latij ad pontificatum euexit Rolandum Cancellarium Imperatoris inimicissimum hostem, Romanus uero populus suis magnis malis quæ propter rebelliones sæpe passus est à Germanis Imperatoribus, eligit cardinalem Octavianū cōsensientibus quibusdam episcopis & cardinalibus. Sed factio quæ elegit Rolandum fortior erat, quare electionem promulgant, appellaruntq; eum Alexandrum tertium, qui tamen propter multitudinem populi Romani ab urbe secedere cogitur, neq; enim Romani uolebant ut propter eum iram in urbem euomeret. Alexandro ab urbe expulso, Victor, nam sic uocabant Octavianū, occupat sedem pontificiā pauculos dies. Alexander contulerat se ad regem Sicilia, apud quem magna cardinalium & episcoporum ciuitatumq; conuentus est celebratus, in quo conuentu Alexander inthronizatus, ita enim loquuntur, est. Alexander uidens sibi opus esse ad possidēdum pontificatū Imperatoris autoritate & fauore, quare legatos ad eum mittit, qui Cæsarem orationum ui sibi conciliant, deq; cōmuni pace tractent, polliceanturq; Imperatori Pontificem imperij dignitatem cōmendatum habiturum. Fridericus utrūq; Pontificem iubet ad se Papiam uenire, ambo rumq; causā per prudentes & sapientes cognita, iuste in re sancta iudicetur. Alexander non fidens Friderico cuius tam apertè hostis semper fuerat, Anagninā se cōfert. Fridericus grauiter tulit quod aut abhorrebat à iudicio sapientum & piorum uirorum, aut fidei eius non credebat Alexander. Misit ad eum legatos Imperator, & imperat illi ut ueniat ad Papiensem synodum. In illa legatione nominat Imperator eum non Papam, sed cardinalem. Quæ res cōmouit non mediocriter Alexandrum, quare superbius respondet Imperatori, dicens Romanum Pontificem à nemine iudicari debere. Victor uero uocatus ab Imperatore Papiam uenit, quem synodus Papiensis uno omnium consensu Papam declarat, & Cæsar Papam salutat, & equum eius, ex maiorū more, per urbem deduxit. Hunc Victorem Fridericus mittit in Germaniam, ubi ab omnibus Pontifex Maximus salutatus & habitus est. Quas ob causas Alexander Fridericum cum suo Pontifice excommunicat. Fridericus uero à suo Pontifice absolutus non curat anathe-

ina Alexandri, Alexander sibi etiam iunxerat Philippum regem Francorū, Romanis uero dissidentibus ab Alexandro, quod metuebant Imperatorem, Roma decedit in Galliā se cōferens, concilioq; in Claro monte habito anathemata mittit in Imperatorem & Octavianum seu Victorem. Quæ fulmina Fridericus nihil ueritus, domat in Italia passim rebelles urbes, suo Pontifici Victori iurare cogit urbes ecclesiæ Romanæ subiectas. Bellum non facile his temporibus gerit Imperator in Italia, magnæ cum aduersarijs pugnae cōmittuntur, in quibus tamen plerisq; Germani uictores discedūt, non tamen sine suorū suanguine multo. Capit multas urbes per Latū, ex quibus quasdā diripiendas militibus tradit. Mediolanenses superbiunt, suam urbem inuictam putantes, nihil omittūt quod iudicare potest Imperatorem irritare. Quamobrem circumuallauit Mediolanum, & semel in animo fixum habet nō soluere obsidionē se uelle nisi urbs ueniat in potestātē suā, eam obsidionē aliquod annis durasse scribūt, multos cōflictus ante urbem cum urbanis habuere Germani, multa in ea obsidione Mediolanenses pertulerunt. Nullum animal tam immundū habetur quod non comederint. Ad extremum uenit Mediolanū in manus Imperatoris, sed quomodo certant auctores, alij inedia ad deditiōem cōpulsos, alij per uim captam, alij per ludæos proditā, uolunt, alij scribunt in urbe ciues intestina seditione seipos ita inuicem cōfecisse, ut ad raritatem redacti sint cui nulla reliqua spes resistendi potuerit esse. Quacūq; uia & ratione capta sit, constat in manus Imperatoris peruenisse, direptāq; à milite Germano. Innumerabilesq; homines, mares & foeminas, omnis generis ætatis in Germaniam trāsmisso, Imperator, postquā milites omnia in urbe conuasarunt, funditus euertit mœnia, & omnia ædificia, ubi urbs solo est æquata, circumducere aratrum, & sal seminari iussit, quod signum erat perpetuæ cōdemnationis. Placentini & Brixiensibus quoq; Imperauit muros suos demoliri, & fossas implere, nullamq; in posterum munitionem facere, ne desciscerent, ut saepe factitarāt ante, & alijs idem imperauit ciuitatibus quæcūq; nomine perfidiæ suspectæ erant. His ita in Italia multis laboribus, discriminibus, & longo tempore gestis, Fridericus Imperator audit in Germania exortus motus bellorū, magnas cædes fieri, obsideri urbes & castra, quare reuertit, præsidijs in Italia relictis. Vbi uenit in Germaniam conuentus celebrat, partiū causas cognoscit, iudicat, componit, nec potuit primo anno sedare, tanta odia erant. Eo tempore Boëmi magnam Germaniæ partem diripere, freti partibus factionū, quidam enim ad illos cōfugerant & eduxerant. Cæsar tamē magno animo suā interponit ubiq; autoritatē, & si adhuc unum annū cessasset in Italia, miserrime fuisset afflictatus Germaniæ status, quem felicem & pacificum discedens reliquerat. Quam primum autē Imperator compescit quorundam in Germania furores, cōuertit animum ad componēdam pacem inter ecclesiasticos, nam uidebat magnam pietatis & religionis iacturam dissidiū illud duorum Paparum parere. Quāobrem ut schisma illud tolleretur, mittit legatos ad Franciæ regem Philippum apud quem Alexāder Papa erat, habebant legati Cæsar in mandatis, ut admonerent regem Galliarū, quanta mala euenirent ex discordia illa Pontificum. Paratum Imperatorem, suum Victorem mittere ad synodum ecclesiæ generalem, quod etiam petat à Philippo ut idem faciat, quo considerata utriusq; electione, & uita, alter cedat, alter ad sedem pontificiam confirmetur una omnium sententia. Promittit se uenturū Rex Philippus, cōstituunt tempus & locum, nempe Diuionem. Imperator ad constitutum diem uenit & iuxta flumen Sauū, qui Gallos à Germanis diuidit, castrametatus est, qui locus non procul à Diuione distat. Conuenerant aliquot potentēs reges, Principes & ciuitates. Habebat secum Imperator suum Victore Papam. Alexander non esse posse legitimum conciliū quod non ipse, hoc uerus Papa

indixisset, affirmat, quare se uenturum recusat ad talem synodum. Rex Philippus ut fidem non seruasse dici non posset Diuionem uenit, & ea hora qua ingressus est, rursus egreditur. Quam fraudem ubi audiuit Fridericus & alij Principes non sine stomacho recedunt. Fridericus suum Papam cum copijs Germanorum in Italiam praxmittit, comparatis ad expeditionem necessarijs statim consecuturum promittens. In eo itinere paulo post moritur Victor in urbe Luca. Imperator sine mora alium creat Pontificem Guidonem Cremensem. Appellat eum Pascalem, illi obediunt ferè omnes Germaniæ Principes ecclesiastici & alij Italiae quoque ciuitatum & episcoporum maior pars. Qui uero in Italia contra Imperatorem coniurarant, conscribunt copias, ex Gallijs etiã in Italiam conducunt militum magnum numerum. Nam Germanos conducere milites conati sunt, sed frustra, omnes enim uia praxclusa illis erant. Coniuratioque noua multarum ciuitatum in Italia facta est, in qua fuerunt etiã Veneti, tantaque potentia hostium Cæsaris facta est, ut & Romani metuere Cæsarem desierint, & passi sint reuocare Alexandrũ Papam, ex Lutetia igitur Parisiorum Romam uenit comitatus regis Guilielmo Siculo, & multis alijs Principibus. Putatur Romanis addidisse animum Philippus rex Gallorũ, cuius potentia respexerunt potius quam Pontificis causam. Eo quoque tempore factio Italoꝝ hostiũ Imperatoris, omnes in Latio qui in fide erga Cæsarem Fridericũ manserunt, afflixerunt, & perfidia Imperatoris ex castris & urbibus eiecerunt, & trucidarunt quosdam, quosdã captos in carcerẽ coniecerunt. Quæ cum uiderent Cisalpinæ Gallia: populi spem concipiunt libertatis, arma sumunt seditiosè aduersus dominũ suum Fridericũ Imperatorẽ. His malis motus Fridericus maiore quam unquã antea manu cõtracta in Italiam per alpes redit. Vbi uenit in Italia alia ratione ducendi bellũ opus esse iudicauit, quam quæ usus fuerat in prima expeditione in Latium. Quã seuerissimè igitur prohibet, militibus, ne quis aliquid raperet, neue quis cuiuspiã molestus esset, sed omnia bona fide & iusto precio solueret. Etiã in eorũ agris nulli molestus fuit quod coniurationis primi autores fuerunt. In Brixiana regione diligentissime cauit ne quẽ læderet. Ipsos quoque Veronenses & Cremenses (qui nihil omiserant quod ullo modo aduersum Cæsarem facere existimari potuit) se adentes benignissimè & blandissimè allocutus est, nec cum quoquam exposulauit quicquẽ. Bononia etiam plusquam Mitior nem egit. Alexander Romæ in summo honore habebatur, cõuitia iaciebãt in Pascalem, non Romæ solum sed in tota Hetruria. Cæsar igitur uis suã facit Hetruriam. Romæ habebat magnam ciuiũ partem adhuc fauentẽ sibi. Quidã etiam si non fauebant tamen quia superiorũ tempora pericula timentes nihil cõtra Cæsarem audebant, uel facere uel dicere. Alexander largitionibus multos sibi iunxerat, & penè uniuersam ecclesiæ pecuniã in urbis defensionẽ exposuit. Quotidieque conciones ad populum habuit, in quibus animare aduersus Imperatorẽ conatus est Romanos, Cæsaris impietatem exaggerans. Barbariem Germanorũ multis modis accusans. Fridericus Anconã rebellem ad deditionẽ cogit, moxque ad mœnia urbis Romæ admouet exercitũ Basilicam B. Petri capit. Pontifex fugit in ædes Fregepanum in urbe magna discordia est alijs Imperatorem admittere, alijs excludere uolentibus. Imperator mittit suos in urbem oratores qui populum oratione in suas partes adducant, qui exponant quam nihil Cæsar iniqui cupiat, nihil illum querere, quod cõmunem pacem, cõmodaque Reipub. Petereque Imperatorẽ ut populus Romanus audita causa & discussa utriusque Papæ, ipse iudicet & iuuet æquior rem causam, quicquid ex illis melior sit uir & summi pontificatus loco dignior, confirmetur, ut unum sit sanum caput ecclesiæ. Neque diutius calumniator causam habeat calumniandi & malè loquendi de sancta Petri sede, & religione Romanæ ecclesiæ. Si æquos iudices in hac causa se ostenderent Romani, pollicetur, per lega-

tos se patrē Romanorū futurum, urbis Romane dignitatem aucturum pro uirili ecclesie omnia redditurū, quinimo ad ea quæ haberet additurum. Populus nihil iniqui perere Imperatorem uidens, & sibi pacem offerre, iudiciumq; in pontificum causa, gauisus est non mediocriter, & gratias egit Casari. Vicissimq; modestissime multa iudicio & auctoritati Imperatoris tribuit, obedientiā iustam promittant. Quod ubi uidit Alexander, in silente nocte cum paucis Roma decedit nauis Caietam delatus, hinc petit Beneuentum. Scribit regi Gallorum & regi Sicilia, Cōstantinopolitano quoq; Principi, omnibusq; Principibus & ciuitatibus quas contra Imperatorem esse cognoscit. Imperator paucis diebus Romæ cōmoratus, peste crudeliter grassante, discedere cogitur, nam quotidie magnū numerū militum abripiebat pestis, quantā multitudinem gregariorum militum sustulerit pestis possumus colligere ex episcopis & alijs principibus uiris quos pestilentię pressens uenenū interemit. Perierunt episcopi, Colonienſis, Spirenſis (qui maximæ apud Imperatorem erat auctoritatis, eius enim cōsilia in agendis rebus sequebatur Fridericus nō aliter atq; oracula ex tripode Apollinis) Ratisponensis, Pragenſis, Verdensis, Leodiensis. Præter alios uiros exercitus Principes periire dux dueuix nomine Fridericus, filius Cōradi regis, Guelfo dux Berēgarius, comes de Sultzbach, Henricus comes de Tubingen. Propter hanc pestis crudelem seuitiam Imperator quā primū cū copijs mutat cælum, sed militū uulgus in itinere sine numero cadunt, biberant enim Romæ ueneno infectū aëra, & infecti per contagionem alios infecerunt. Quibus ex causis diu est laboratū antequā exercitus liberatus omnino sit a peste. In Tuscia Romanorūq; agro castra muniuit omnia Germanorum præsijs, & nouas ædificauit arces. In monte Radicophano altissimū ædificauit castrum, ex quo urbi Romæ plurimū nocere potuit. Vias muniuit, urbes muris & uallis circūdedit. Milites Germanos præfecit ciuitatibus passim per Italiam. Quod Itali grauiter tulerunt, neq; enim putabant ferendū hominem aratorem aut pastorem, cultissimæ Italarū genti dominari. Hoc tempore egit Imperator Cōstantinopolitanus cū Pontifice Alexandro ut ecclesie Orientalis ritus cōcordes redderent ecclesie Occidentali, subiectioneq; ecclesie Græcorū Romano Pont. promittit, ea cōditione ut Alexander coronā imperiale, qua iure esset per anathema priuatus Fridericus, Romani Imperatoris Cōstantinopolitano redderet. Vnum enim imperiū fuisse, & magnorū motuū & bellorū causam fuisse diuisionem illam impetij, quæ per dissensionem nullo consilio sit facta. Aliaq; multa apud Alexandrū addunt legati Græci, quibus inducant Papam ut Emanuelem Græcorū Principē appeller Imperatorem Romanorū. Alexander cupiebat quidē depositū Germanū Fridericum, sed satis habebat exploratū qd impossibile esset. Quare etsi nullā spem haberet hoc posse fieri, tamen spem facit Græcis, nam magnam uim pecuniæ attulerāt, & plus expectabat, qua opus erat Alexandro in duccendū bellum cōtra Imperatorem Fridericū. Respondet uero Alexander legatis, se celebraturū breui synodū in qua res tam magna agenda sit, interim se deliberaturum, & acturum causam Cōstantinopolitani cōtra Germanū. Paschalis interea tēporis moritur Romæ in sede pontificia, & sepelitur in basilica diui Petri. Post huius mortem statim ex cōsilio & auctoritate Friderici Casaris eligitur Ioannes Sarmienſis Cardinalis ex Pannonia natus, creatumq; Pontificē uocant Callistū. Hic excōmunicat Alexandrū cum omnibus ei adhærētibus. Alexander uicissim excōmunicat Callistū cum Imperatore Friderico & omnibus obedientibus illi. Imperator semper omnē mouit lapidē quo pacem in ecclesia faceret, ita tamē necum nota existimationis suæ fieret, si improbis nimīū cederet. Quare episcopum Babenbergensem uirum religiosum, in uerbis uultu, & moribus præ se pietatem ferentē, amicū Alexandri, mittit ad Alexandrū Imperator, ut illi offerat cōditiones pacis, Alexandro satis, honestas, quasq; non recusasset, nisi suspicatus fuisset sub-

esse tam liberalibus conditionibus dolum. Natio enim plerumque alia, nescio quomodo, alij non satis fidere solet, & quisque magis credit suae nationis hominibus, quam alienae. Hoc autem potissimum erat quod suspectum habebat Alexander in oblata illa pace à Caesare, quod excluderat à pace Longobardos, quorum amicitia maxime fidebat Alexander. Putabat enim Papa propterea Longobardos excludi, ut distinctos facilius vincere posset. Idcirco episcopum uirum bonum remittit ad Imperatorem, nihil aliud respondens, quam per liberaliter Imperatorem quidem offerre sibi pacem, sed non esse suae fidei deserere fideles suos socios, Longobardos æquum esse habere communem pacem, quibus cum habuerit communia pericula & belli incommoda. Post hæc Alexander Romanos, Imperatorem Constantinop. omnes Latini ciuitates, Regem Galliae, regemque Siciliae sollicitat ad arma uno tempore capienda aduersus Imperatorem Fridericum. Et mittit quoque clam literas in Germaniam, si quo modo bellum etiam illic posset suscitari & non omnino nihil effecit. Multum enim tranquillitati imperij obstat. Imperator audiens ex morte Principum quorundam in Germania orituras discordias, propterea sua praesentia opus uehementer esse, praefert patriae Germaniae res Italicis, domumque reuertitur, ibique causas cognouit & iudicauit, pacem composuit, ducatus distribuens ex æquo iure, qua iustitia placuit inimicissimos inter se animos, & magna illi donata sunt. Rudolphus comes de Pfullendorff omnia praedia sua Imperatori hereditario iure reliquit. Imperator ne uideretur ingratus, Alberto comiti de Habsburg (qui Rudolphi comitis de Pfullendorff filia uxorem habebat) dedit Turicensem comitatum, & adiacentia Seckingenensis ecclesiae cum praedijs conquisitis. Praeterea multa alia dono uel hereditario iure accepit Imperator. His ordinatis Burgundiam cum copijs ingreditur, & in potestate sua redegit, nam iure illi debebat. Praeter hæc alia multa ad eum iure redierunt bona. Rex Boemorum Vladislaus cum in Italia fortiter in exercitu Caesaris gessisset multa in praesidijs & urbium castrorumque expugnationibus, donatur ab Imperatore Leone rubeo bifurcatae caudae in clypeo albi coloris. Quod insigne regium concessum magni aestimatum est beneficium, magnaeque gloriae loco. Cadelastrum etiam Solomonis quod ex Mediolano attulerat ex spolijs, Pragae collocat in ecclesia S. Viti. Sunt scriptores historici qui scribunt hoc tempore à Friderico Imperatore monasterium S. Fidis in Schletstat fundatum. Atque etiam monasterium S. Vualpurgis iuxta Hagnau. Quamquam in his monasterijs inueniatur non Imperatoris nomen, sed ducis Sueviae Friderici, ita uerisimile est antequam ad imperium perueniret hæc fundasse, nam legitur in prima statim adolescentia hic Fridericus religioni deditus fuisse, magnopereque excoluisse scholas huiusmodi institutas ad bene instituendam utriusque sexus iuuentutem, qualia monasteria fuerunt. Anno domini 1170. Gualfagus Anglorum comes (qui in manu sua ferè solus habebat Mediolanum antequam caperetur à Caesare, quique captus expugnato Mediolano, ut dictum est, cum alijs multis in Germaniam missus est) ex carcere euasit, compedibus fractis, delituit aliquandiu in syluestribus locis, deinde in rustico habitu per alpes Mediolanum uenit. Ibi conuocatis ciuibus (pollebat enim hic uir rara facundia nec uulgari prudentia) Mediolanensibus, qui in augurijs ruri humilibusque casis dispersi habitabant à uastatione de qua dictum est, adiuuante eum Pontifice Alexandro, sociisque ciuitatibus, & ut quidam scribunt Imperatore Constantinopolitano, urbem restaurauit, & moenibus muniuit. Hoc Gualfago duce Mediolanenses restituti, aduersus Caesarem denuo conspirant cum omnibus in Italia rebellibus hostibus imperij, qui coniunctis in unum uiribus, omnes iudices & praefectos à Caesare per diuersa oppida in Latio constitutos eiciunt cum omnibus qui iudicati sunt amici fautoresue Caesaris. Quosdam eorum suspendentes, quosdam mutilatos aliquo membro uiuos nudosque dimiserunt, alios alio supplicij genere affecerunt. Irritati sic Germanorum militum insolentia qua multis annis in Italia usi erant, Nemo enim ignorat mi-

litum

litam impietatem, qua fuisse exasperatos, mirum non est. Huius factionis caput fuit Alexander Pontifex, quem cum uidissent ciuitates, quæ prudenter semper cauebant à seditionibus huiusmodi, esse autorem huius conspirationis seu sœderis, descuerunt, conspiraruntq; cum Alexandri factione. Nec uerebantur contra iuramenta præstita Imperatori quiduis facere. Pontifex enim absoluebat, & hostibus ecclesiæ Romanæ fidem non seruandam, iam antea à Romanis Pontificibus erat constitutum, Confœderati illi (sic enim modesto nomine uocare liceat) ædificauerunt urbem quandam, quam funditus exciderat in prioribus bellis Cæsar Fridericus & à nomine Alexandri Pontificis uocabant Alexandria. Eam urbem ædificauerunt in loco unde eas urbes quæ perdurarant in fide Cæsaris amicas, possent infestare. Nam multis modis Alexandria incōmodabat Papiensibus, Dertonensibus ac Montisferratensibus, quos ferè solos amicos reliquos habebat in toto Latio. Cæsariani illi in Latio eam urbem uocabant per risum Paleam. Hæc in Germania Cæsar ubi audiuit, cōtrahit copias, cū omni apparatu bellico ducit in Italiam, per montem Ciniuium, concedente hoc iter Marchione Montisferrati, qui erat amicitia & sœdere iunctus Cæsari. Et primò uenit ad oppidum Secusam, quod cum Longobardis cōspirauerat cōtra fidem Cæsari debitam. Hoc oppidum per uim expugnatū & direptū, totum æquat solo, omnibus armatis qui non fuga elapsi sunt, aut trucidatis aut captis. Hoc exemplum ædere placuit in hoc oppido ad terrendam Italiam. Astenses appropinquant obuiam ueniunt, ueniam precantes & se quātum causa sinebat excusantes, qui ubi magistratum ad Imperatoris iussum mutarunt, & obsides dederunt, pacem consecuti sunt. Mox Alexandria nouæ urbi in Pontificis hostis Imperatoris honorem, Cæsaris ignominiam ædificata, admouet exercitum, in animo fixum immotumq; habens eam radicatus è solo erigere. Hanc urbem fossis & muris benè munitam cum obsidisset quatuor perpetuos menses, Octobri mense frigida pluuia ita cōtinuata est ut flumina alueos exeuntia nullum locum circa urbem siccum reliquerint, ubi exercitus esse possit, & alioqui pluuiarum frigus maxime per noctes militum uulgi ferre nō potuerunt. Quare soluta obsessio ad hybernandum per uicina loca collocat exercitum. Per hyemem reparant muros Alexandrini, quos Cæsar multis locis deiecerat, sociæ ciuitates & Pontifex Alexander omnia in eam uehūt per Padū & Tanarum fluuios, quæ ad obsidionem perferendam necessaria sunt, annonam, tormenta bellica, machinas quibus utantur cōtra muris iniectos arietes, militū præsidia, &c. Primo uere ad urbem obsidendam redit Imperator ex hybernis exercitu reducto. Nihil intentatū relinquit, extruit ligneas turres, fossata ligno, lapidibus & terra complet, sub muris cuniculos agit. Oppidani aliquoties nocte, aliquoties interdū erumpunt, & à Germanis repelluntur, non tam absq; utrinque cæde. In hunc modum in obsidione laborante Friderico dux Henricus de Saxonia Imperatoris nepos cū suis qui erāt magna exercitus pars discedit, dicens deū ex cōmunicatis resistere, deū propugnare & defendere urbem in sanctiss. pontificis honorem ædificatā. Pecunia autē credebatur hic Henricus corruptus, nam auarior uir erat. Cuius discessio uehemēter perturbauit animum Friderici, nam totus reliquus exercitus intētus erat non parū in illum Henricū & eos quos secū habebat. Quare iterum obsidionē soluit & recessit Papiā. Secutusq; Imperator Henricū discedentē usq; ad lacū Cumanū cū magna animi demissione, & præter decorum cōsuetudinēq; suā supplex rogauit ut maneret, & in tanta necessitate nō desereret patruū, imò, inquit, patrē suū. Scribit q; qd uoluerit se ad pedes Henrici dimittere. Quod recusante duce, familiaritū eius unus, nomine Iordanus dicit: Per mitte domine, ut corona imperialis ueniat ad pedes tuos, ueniet & ad caput tuū. Henricus dux Saxonie præuidēs Imperatorē ipsi repēdere conaturū ubi in Germaniam

maniã illi sit uentũ, quare in Sueuia conspirationẽ cõtra Imperatorẽ facit cũ multis alijs tum potissimũ cum Zolorẽsibus & Veringensibus comitibus. In Saxonia quoq; quosdã à Cæsare alienos facit. Accusat Imperatorẽ per totã Germaniã grauissimẽ contemptorẽ religionis esse, idcirco infelicẽ in omnibus factis suis uideri. Irato animo facere omnia, ratione in eo nullã esse, affectibus turbari & regi ceu iumentũ à furioso domino, hoc genus calũnijs multorũ animos ab Imperat. alienos fecit. Imperator uero in Italia audiẽs hostes copias maximas contrahere (qui erãt multi & potẽtes, nempe tota ferẽ Italia, rex Sicilia, Pontifex Alexãder, rex Galliarũ, pecunia Emanuelis Imperatoris Cõstantinopolitani, qui nondum spem imperij Occidentis cõsequendi deposuerat) exercitũ reducit in Germaniã, per montẽ Iouis per difficillima itinera, nam reliquã uia erãt ab hostibus obsessa. In eo reditu fideliter adiutus dicit à Taurinẽsibus & Nouariensibus, alioqui infinitã insidiaz erãt illi ubiq; instructã, ut per totũ iter reditus, indutus fuerit habitu serui, & curarit equos. Vbi in Germaniã uenit, cõuentu Principũ conuocato, causam suã cõtra desertorẽ Henricum agit. Accusat eum proditiõis, & læsa maiestatis crimine reũ facit. Dux sæpe citatus nõ uenit ad comitia, defendẽs se quãdam lege quã ipse cõfinxerat, dicebat enim q; Imperator ducẽ condemnare non posset, uel eum priuare ditione sua, nisi intra ducis ditionẽ hoc decerneret, adhibitis etiã iudicibus ex cõdemnandi Principis ditione. Contra respondebat Imperator: Possẽ ad tribunal Cæsaris uocari Principẽ, cõuentu iusto Principũ coactõ ritẽ, in quẽcunq; locũ in finibus imperij. Qua ex lege cum nõ uenire uellet Henricus respõsurus Imperatoris obiectis, condẽnatus est unanimi sentẽtia omnium Principũ qui synodo præsentes aderãt. Quare eius ditiones & facultates omnes, alijs dedit Imper. Ducatũ Noricũ tribuit Othoni Palatino de Vuitlispach, uiro in armis incõparabili, hic auxilio suorũ fratrũ ducẽ Saxonie Henricũ, ex Norico ducatu eiecit, & in suã potestãtẽ rededit. Ducatũ uero Saxonie dedit Bernhardo de Anhalt, uiro in militaribus rebus præstãtissimo. Hic Imperatoris auxilio et episcopi Coloniensis Moguntiniq; atq; Langraui de Turingia cõtractis copijs magna uertit in Saxoniã. Dux Henricus se cõtinebat in castris præstãtissimis munitis, sic bellũ ducere statuit, in una enim arce expugnãda laborãdum esse ali quot menses putauit Bernhardo. Sed breue expugnauit ferẽ uiginti arces, & oppida quãdã cepit, & submouerunt ex ducatu suo Hẽricum usq; ad Brunschwig. Quã urbẽ ad finẽ uite ipse eiusq; progenies in multa secula tenuere. Adhuc in uetus hoc genus referunt suum. Alijs alias eius possessionem distribuit Imperator. Anno domini 1174. miserabiliter dissensionib. & factionũ partibus laborauit ecclesia, magnaq; dabat occasio calumniãdi hostibus religionis, qd multis religionis uiris & bonis Principibus graue latu fuit, quare propter cõmunem ecclesie pacẽ, conati sunt Alexandrum Romanum Pont. & Fridericũ Imper. cõponere. Et primo his intercessoribus induciẽ sunt facte inter partes, Lõgobardẽ, Veneti, & Põtifex Rom. & reliqui cõfœderatorũ uisi sunt ex animo petere pacẽ. Fridericum cũ suis pacẽ petere nemo dubitabat. Sapissimẽ enim, omnibus posthabitis rebus, conatus erat pacẽ facere. Quare ad pacẽ faciẽdã dictus est dies Papiẽ. Illic cõuenerunt plurimi utriusq; factiõis legati. Tres è Roma cardinales, legati regis Sicilia, regis Francie oratores, Lõgobardæ & aliarũ ciuitatũ oratores, ex Germania Imperatoris legati Principes quidã uiri. Petierunt ab Imper. põtifeciõis cõditiones fœderis, qbus ecclesia Rom. sua iura & priuilegia in omnibus nationib. recuperaret, etiã in Germania. Lõgobardi similiter & alij cõfœderati p̄scribebãt lõgẽ aliũ subiectiõis modũ, q̄ Fridericus exigebat. Consuetudinẽ allegãtes & priuilegia q̄ à Carolo Magno Ludouico & Lothario durasset, neq; uolebãt quicq; innouatũ seruare aut aliũ ullum iugũ imponi sibi. Fridericus cõtra uolebat ea iura esse imperatori de quibus dictũ est supra. Neq; enim se ignãuum pecus cui seruiliter insistendum

insistēdum sit uestigijs præscriptis, inquit, quod est abiectissimorū mancipiorū. Quin magis licuit Imperatoribus superiorū temporum statuere, & leges ferre, quā Friderico. Addebant, aliāq; in hanc sententiā multa legati Cæsariani. Quibus causis factum est ut inimicioribus animis discesserint quā conuenerint. Post enim solutum conuentū statim utrinq; cōparant copias. Alexander urbem à suo nomine appellatam Alexandriā, munit turribus nouis & fossatis, quocq; populatiorem & ornatiorem reddat episcopū illuc constituit, Papiam uicinam palij dignitate priuat, nihil ad eam ornandā faciens omittit. Mediolanenses & Longobardi omnes Papiensium, Comensū & reliquorū, qui pauci fuerunt, in Italia Imperatoris amicorū agros uastant. Cōparantur Romæ à Pontifice, & in Sicilia per totumq; Latium, quæ ad excipiendum hostiliter Imperatorem necessaria putantur, militū copix, urbiū munitiones, cōmeatus, pecunia, etc. Imperator ad expeditionem in Italiam interea temporis se pararat, cōtractis nouis copijs, quibus in Italiam ductis, ubi Comū uenit confœderati occurrunt (nam Mediolanū coniuncti fuerunt omnes) inter Comū & Mediolanū. Primū equestre præliū paucorū cōmissum est, in quo utrinq; equites qui interfuerunt penē omnes interempti sunt, adeo pertinaciter pugnarunt. Mox eodē die atq; adeo eadē hora, cōmissa est pugna amborū exercitū, qui magni fuerunt. Primo impetu Germani è loco submouerunt hostem, in oculis enim Imperatoris pugnantes quisq; alijs laudem præripere uolebat. In illo uero concitato aciei cursu & ardore animorū signifer Imperatoris ruit & intulit in medios hostes aquilam, quæ in hostium potestatem, uenit, cōfosso signifero. Atrocissimè pugnantibus utrinq; dubio Marte diu, Fridericus Imperator nimium temerè in hostes se cōiicit, & magnam dum eadem hostium facit, equus suffossus cadit cum Imperatore. Quod ubi Germani uiderunt, crediderūt occubuisse Imperatorem, coeperuntq; pedem referre pugnantes primò, deinde mox uerterūt tergū, cum aquila signū esset amissum & Imperator putaretur occisus, in ea fuga Germanorū magna multitudo in flumine Ticino est suffocata. Nec pauci ignari uiarum in hostiū manus cucurrerunt, qui aut exsili aut capti sunt. Etiam quatuor post præliū dies fama erat Fridericum occubuisse, quare uxor eius & familiares ecclesiastici personæ, quos Cæsar Comi reliquerat iturus in prælium, mutatis die Fridericus habitu & comitatu imperatorio Papiæ est uisus, priusquā nemo eum superstitem esse audiret. Neq; ulla erat uxori alijsq; spes eum uiuere, cum tot oculati testes affirmarent se uidisse illum cadere, & addebatur, ut solet fieri, occisum esse à multis uisum. Ergo qui satagebant prosequi funus, hoc audiētes ad eum Papiam uolant. Imperator post infaustam illam pugnam magnam passus est sociorum & amicorū iacturā. Multiq; accesserunt ad hostes eius. Et præcipue ecclesiastici episcopi atq; archiepiscopi desciuerunt ab eo, dixeruntq; illi in faciem: Hæc eum pati propter hæresim, cum excommunicato deum esse non posse, luere Germanos Friderici contra ecclesiam impietatem & persecutionem. Addideruntq; nisi Romano Papæ Alexandro obtemperet pacemq; det, alium Imperatorem ab electoribus se postulatuuros, qui ecclesiam colat, neque enim bene agi posse cum eo Imperatore qui in cælum spuat. His malis afflictus & minis huiusmodi plurimis deterritus Fridericus, querit uiam & rationem quo honestè minimaque cum existimationis iactura pacem cum Pontifice faciat. Ad omnes igitur religioni deditos uiros qui nec Pontificis nec Cæsaris partibus se addixerant, sed simplici oculo in dominum intenti pacem curant, quæ est in deo, uera, mundi uanitates pedibus conculcantes, mittit nuncios, postulat ut Pontificem ad ea quæ pacis æquæ sunt, adducant. Ex quibus religiosis uiris erant quidam abbates & episcopi, qui propter

uitæ sanctimoniam magnæ erant fidei & autoritatis apud omnes Principes cordatiores. Horum igitur opera & studio conueniunt partes Venetijs. Erât in hac re legati nomine Cæsaris archiepiscopi Magdeburgensis & Moguntinus, de loco cõueniendi diu est disceptatũ, alijs alia loca suspecta erant, tandem omnes Venetias ueniunt. Sed Imperatorem excludunt, donec iureiurando promittit patrũ maiorum decreta se seruaturũ, & ex illis pacem facturum, quod Imperator recepit se facturum, quamobrem pacem pontificij consecuti sunt qualem optabant. Hæc acta esse uolunt anno domini 1177. In huius tẽporis gestis ualde uariã scriprores, nec me extricare possum ex uarijs eorum opinionibus. Hoc quibusdam uidetur uerum, quod post conuentũ Venetijs celebratũ (siue non sit illic pax confirmata, siue confirmata non sit seruata) Fridericũ animũ recepisse, magnis Germanorũ copijs coactis Romã usq; per uim uenisse, totam per Italiã in itinere hostes perterritisse, Romanos inuito et prohibẽte Põtifice, portas Cæsari aperuisse. Pontificẽ uix in serui sordido habitu elapsũ Venetias profugisse, & Venetijs in monasteriũ diuæ uirginis de charitate profectũ, hortulanum in eo monasterio egisse, post aliquot menses à quodam agnitũ, qui statim ad Principem Venetiarum accessit, illiq; dixit adesse Pontificem Roman, seruireq; in dicto monasterio. Dux igitur ille cõfestim congregatis senioribus accedit magno apparatu in monasteriũ, ibi Pontificẽ rucare olera inuenit angustissimus senatus, ducuntq; eum cum magna solennitate ad diui Marci ecclesiã, in eo templo Alexander in pontificali ueste, abiectis seruilibus pannis, Principem, senatum & omnem populum benedicit, liberalissimeq; concedit indulgentias. Imperator Fridericus ubi audiuit Alexandrũ Venetijs esse, & loco summi Pontificis coli, mittit Othonem filium cum armata classe Venetias, ut reposcat Pontificẽ. Otho primũ patris mandata per nuncios in urbem mittit, sed Veneti recusant daturus se Pontificem ecclesie legitimẽ creatum caput, in manus hostis. Otho bellum indicit, ut pater preceperat, Veneti classes suas aduersus illum mittunt, superatũ & captum uinctũq; Othonem in urbem ducũt ad Pontificem. Pontifex & Veneti agunt cum Othone de pace. Otho patri charissimus filius, nihil non potuit apud Fridericum patrem uocat igitur patrem Venetias Otho ad se liberandum, & faciẽdam pacem. Imperator approbat pacis conditiones quæ Pontifici placuerunt, adhortante & ita uolente filio Othone, Reddit igitur illi quicquid Romanæ ecclesie fuit, iureiurando promittit nusquam in imperio Pontificẽ aut eius legatos impediturũ, breuiter promittit Fridericus patienter sine rebellionem laturum quicquid iniungeret pontificia sanctitas. Istis igitur fœderis cõditionibus ubi cõuenerunt Papa & Cæsar, mox ad ianuã diui Marci unã accessere, & ibi corã uniuerso populo, imperat Imperatori Pontifex, ut se humili prosternat, & ueniã clara uoce roget. Imperator procidit ad pedes Papæ, Papa Cæsaris collũ pede in terrã premit, in quies, scriptũ est: Super aspidem & basiliscũ ambulabis, & conculcabis leonem & draconem. Respondit Fridericus: Non tibi Alexander, sed beato Petro cui te dicis succedere, pareo. Ad hæc Pontifex ait: Et mihi & Petro. Hæc tanta uocis cõtentione sunt dicta, ut nemo qui uiderit aut audierit non facile perspexerit, odia in cordibus reposita adhuc fuisse. Pax igitur hoc modo secũdum quosdam scriptores est facta. Sed quidam scriptorum ita sunt partium pars ut inclinent animũ suum totũ in factionem in cuius uerba ipsi iurarũt, quo fit ut hic certò asserere nihil ausim. Blondus hic scribit, postquã Imperator prostratus Pontifici pedes exosculatus est, accesserunt ambo Papa & Cæsar ad maius eius templi altare, ibiq; se mutuo amplexu exosculati sunt. Imperator in hunc modũ humiliatus à Pontifice tristior Venetijs discedit. Alexander uero uolens Venetis animi gratitudinẽ ostendere duci & senatui priuilegia concedit non uulgaria. Cõcedit illis portare funale candidum

dum, quod antea licebat solis Romano Pontifici portare. Item plūbo literas obli-
 gnare cōcessit illis. Duci eorum gallerū concessit. Item in theatro Romani Pon-
 tificis tertiam sedem dedit Principi Venetorum. In festo Ascensionis domini do-
 nauit Venetos plenaria omnium peccatorū remissione in templo S. Marci, quæ
 indulgentiæ perpetuò in eo loco durare debent. Item vexilla aliquot serica colo-
 ribus eleganter uariiegata duci eorum dono dedit. Dedit quoq; Principi illorum
 cereum album insignis magnitudinis. Hæc Sebastiano duci Venetorū qui tum
 erat supra fidem grata fuerunt, erat enim uir apud quem Romana sedes erat reli-
 gioſa & sancta. Veneti abeuntem Pontificē magno comitatu et sumptibus maxi-
 mis comitantur, propter hæc quæ dixi, cœlestia dona. Comitatur etiam eum rex
 Siciliæ Romā usq;. Hic rex non sequitur eum propter indulgentias & bullas, sed
 terrena magis curans propter potentiam & largitiones, & ut autoritate Pontifi-
 cia stabiliat regnum suum. Romā ubi uenit Pontifex imperiosorem longē osten-
 dit erga Romanos animum, nam subiugarat Venetijs, ut audiuimus, Imperato-
 rem ipsum. Primū igitur cupiens Romæ habere omnem potestatem, agere cœpit
 de abrogandis cōsulibus, quod in totū semel fieri non erat possibile sine magno
 populī motu, quare ita inter eos conuenit, ut consules Pontifici iurarent se sedi
 pontificiæ fore fideles, & audientes per omnia, nihilq; contra sententiam Pontifi-
 cis, facturos. Nec eligerentur ad consulatū nisi placerent Pontifici. Sic quidem
 re fuerunt consules abrogati (quid enim aliud erāt quàm serui Pontificis) nomi-
 ne autem manserunt. Vno post mense Callistus quem Pontificē Cæsariani crea-
 uerant, ad pedes Pontificis Alexandri prostratus petit ueniam, poenitentia actu-
 rum se pollicetur, ab Alexandro absoluitur. Sed à Germania rerum gestarū ordo
 me nimium seducit, uenio igitur ad Fridericum & alia Germanorum propria.
 Anno post natiuitatem domini 1181, maiora solitis comitia Moguntia celebrauit
 Fridericus. Aderant Principes Principumq; legati ex multis nationibus, aderāt
 quoq; legati ex Hierusalem, & Constantinopoli, est in hoc conuentu consulta-
 tum inter Principes de pace ecclesiæ, bello in Turcos. Fridericus iam laboribus
 & senio defatigatus incipiebat de ocio cogitare, iactatus per infinita pericula iam
 annos triginta. Quare filijs regnā dīuisit; Henricū Imperatorē designauit, Otho-
 nem Burgundia ducem facit, Friderico Sueuia ducatum tribuit. Sed minor natu
 Conradus mortuo Friderico dux factus est postea Sueuorū, minimus natu Phi-
 lippus mortuo Hērico, appellatus est postea Cæsar Augustus. Hos enim habuit
 Fridericus Imperator filios. Fuerunt hoc tēpore in Germania anni aliquot ferti-
 litate felices, sed secuta est copiam fructuū pestis quæ sustulit supra mediam par-
 tem homines per Germaniā. Post conuentum Moguntinum, Cōstantiam pro-
 fectus est Fridericus cū imperij proceribus, uocauit illuc Longobardos ut cum
 illis ageret de iure Imperatoris in eos, quid singula ciuitates illi deberent. Et pri-
 uilegia ciuitatibus cōcessa confirmataq; sunt, cōstitutaq; est inter eos pax quæ de-
 bebat durare perpetuo. Hanc Constantiæ pacem uocant, de qua in iurisperitorū
 libris est scriptum. Si quis plura cupit uideat Baldum de hac pace Constantiensis.
 Sic incipit: Imperialis Clementiæ mansueta serenitas, &c. Illic etiam conscripta
 sunt nomina ciuitatum quæ foedus hoc iurauerunt, quod iuramentum ita ad uer-
 bum habet. In nomine domini iuro ego N. q; ammodo ero fidelis domino Im-
 peratori Friderico & eius filio Hērico, nō ero in cōsilio uel facto, quod ipsi per-
 dant uitam uel membrū, aut mente seu coronam Imperij uel regni sui, seu capian-
 tur, uel si sciūero aliquem fecisse, uel facere uolentem per me uel per alium domi-
 no Imperatori, uel regi uel nūcio eius sine fraude manifestabo & eum adiuuabo.
 Insuper pacem domini Imperatoris Friderici & filij eius regis Henrici & suæ par-
 tis factā cū societate Lombardiz sicut scriptū est, & inde sine fraude infra 15. dies

post & iurata bono intellectu & sigillo domini Imperatoris sigillata obseruabo, bona fide & sine fraude. Et hoc iurare faciam omnes masculos mecum habitantes à 16. annis & supra usq; ad 60. infra 15. dies postquam iuratum habuero, exceptis seruis, & qui per me iurare noluerint infra tertium diem Imperatori uel regi uel suis nuncijs per breue manifestabo. Hæc iurarunt ciuitatum legati nomine suorum ciuium in conuentu Constantiensi.

DE GERMANIS

LIBER DECIMVS NONVS.



INNO domini 1186, fuit cœlum hyemis clemētissimum in Germania, floruerunt in Ianuario præcoces arbores omnes, & uitium oculi promoti conspiciebantur longitudine spithamæ, in Februario poma quantitate nucis iuglandis conspiciebantur. Frumēta florebant. Aues excudebant oua, nec ullum frigus in eo anno secutum est, quod nocuerit fructibus, in Maio metebatur frumētum in regionibus in quibus solet alias in fine Iulij demeti. Coctæq; erant uux in principio Augusti, optimum & multum uinum & frumento eo anno proueniebat. Anno uero qui sequebatur principium brumæ nō erat inclemēs, sed Martio incepit frigus intolerabile animantibus & plantis, quod durauit per Aprilem & per medium Maium uini caritas rarissima est secuta, periere enim frigore uites. Et frumenti quædā genera pruinis perierunt. Hoc tēpore in noua urbe Mediolano nuptiæ sunt factæ splendidissimæ multis Principibus Germaniæ præsentibus, aderat quoq; Fridericus senex Imperator, nam filius eius Henricus duxerat filiā Rogerij Siculi. Post nuptias Henricus iuuenis natus annos uiginti præficitur Lombardiæ, & reliquis in Italia ciuitatibus multis, qui pro ætatis ratione satis grauer omnia administrauit. Pater cum suis proceribus in patriā Germaniā reuertitur. Nō longo post nuptias tēpore frater Cōstantiæ uxoris Henrici Guilielmus nomine rex Siciliæ obit diē suum sine hærede legitimo, deditq; dotis loco ducatum Apuliæ & regnū Siciliæ Hærico sororio suo. Quæ ditio quomodo superioribus tēporibus ablata imperio erat, supra est dictū. Anno sequenti ubi redijt in Germaniā Fridericus Imper. magnum Principū cōuentum apud Norinbergā celebrauit, propter propagandā almā pacē. Hæc igitur decreta sunt in eo cōuentu. Quicumq; in ditione alicuius incēderit aliqd, proscriptus denunciē. Et eū episcopus excōmunicet. Et nisi satisfecerit poenitentiaq; agat, uniuerso iure honoreq; priuatus habeat, omniq; præbēdali iure carebit perpetuo. Itē si in raiſa alicuius domini quispiā incēdium fecerit, dominus cuius est raiſa (liceat enim mihi uerbis uti quæ tum in usu erant) iurabit super reliquias, quod nō faciat cum sciētia, mādato uel uoluntate sua, reum autē abijciet à se & nunq; resumet, alioqui dānum resarciet. Si talis incendiarius in castrum domini dum agitat fugerit, non tenet eum trade re persequētibus, sed iuuabit ut uel in syluā aut alium locum abeat, dummodo tamen dominus eius cōsanguineus uel uasallus fuerit, alias eum persequētibus re presentet, uel in eadē culpa sit. Est præterea ab Imperatore & Principibus cōstitutum in illis comitijs, ut quicumq; alij dānum facere aut eum lædere intēdit, tribus ad minus ante diebus per certum nunciū denunciēt. Sancimus, inquit Imper. ut quicumq; treugas alicui dederit, nisi aliud actum sit, contradicere ante terminum statutū nequaq; possit, quod si fecerit uiolator, fidei cēsendus erit. Itē qui nunciū aliquē eo quod contradicetur mitti læserit, fidē suā uiolauit, & de cætero omni honore carebit. De filijs quoq; inquit, sacerdotū, rusticorū statuimus, ne cingulum militare aliquatenus assumant. Statuit etiam, si quis uineta aut pomaria uel uinam fructiferā arborem exciderit, ut eidem poenæ cum incendiarijs subijciatur.

Statutum

Statutum est in eisdem comitijs qui rusticum aliquod instrumentum ad arandum aut alias ad colendam terram necessarium furatus fuerit grauius puniat, quam alia furta, in agris enim relinqui saepe necesse est, nec patiuntur rationes rusticorum semper domum intra parietes includere. Hoc genus multa constituta sunt tum per Fridericum Norinbergensem, quorum quaedam in speciem uidentur non admodum digna quae legibus imperatorijs ascribatur, sed nihil tam humile quod non magnopere uitae mortalium sit utile atque etiam necessarium. Hoc tempore nuncium tristissimum de cladibus Christianorum qui Hierosolymis habitabant, in occidentem peruenit, quare Fridericus & Principes alij, pia animi affectione commoti discernunt bellum, communi concordiae animo accingunt se ad expeditionem Hierosolymitanam ultimum fratres qui ab infidelibus nefanda & crudelissima, quae nemo fando consequi posset patiebantur. Cumque iam iter arriperet Galli, Itali, Hispani & Angli, exorta est inter eos dissensio tanta, ut gesserint inter se sanguinolenta bella, quorum causa & euentus mihi dicenda non sunt, cum nihil horum in Germania gestum sit, neque ulli Germani interfuerint. Imperator autem cum filio suo Friderico, Bertoldo Morauiae duce, episcopo Herbipolensi, archiepiscopo Tarasiano, episcopo Monasteriensi, episcopo Patuensi, episcopo Olisburgensi, episcopo Misnensi, Hermanno Marchione Badenensi, & alijs multis fortibus & pijs uiris per Ungariam, Bulgariam, & Thraciam Constantinopolin peruenit, ubi cum Imperatore Graecorum foedus fecit, deinde recta per Hellespontum in Asiam est profectus, haecenus prospero usus itinere. Sed postquam uenit in Asiam, aliam induit fortuna faciem. Sultanus enim qui Iconij multos sub se habebat Turcos, ueniens nostris omnia humanitatis officia pollicebatur, omnia ad uictum necessaria exercitui se daturum recipiebat. Imperator credebat & minus diligenter procurabat comitum, omnia parata apud Sultanum esse putans. Sultanus interim rationibus & uiribus omnibus colligebat cereales fruges, abscondebaturque intra munitiones suas, simul auxit copias suas, undique congregatis Turcis. In eamque necessitatem induxit Fridericum ut coactus sit propter comitum cum hoste confingere locis iniquissimis. Angustias enim uiarum occupauit omnium, quam transeundum erat Hierosolymam uersus, & unde cibus erat petendus. Nec leuiter nocuit haec res nostris, uicerunt quidem tandem & illas difficultates non tamen sine sanguine. Expugnauit enim Fridericus manu commissa cum Turcis, has munitiones, & expeditiuit, deiectis praesidijs Turcicis, uiarum obstructiones cladisque fide maiorem acceperunt Turcae. Non solum autem aperuit uias, sed omnia in illis regionibus depopulatus est, comitatus omnis in Germanorum peruenit manus. Vi captum Philomeliu urbem diripuit. His tam fortiter gestis, terruit regiones eas ferè omnes per quas transeundum erat, quam ob causam postea per Armeniam minorem non solum impedientibus nullis hostibus fecit iter, sed in Cilicia à Principe Armeniorum est susceptus reuerenter & dum omnibus honoribus Imperatore dignis. Illic igitur aliquot dies coesedit ut refocillaret fatigatas ex itineribus copias. Ipse uero Imperator Fridericus delectatus semper uenationibus, cupiens scire bestiarum illius terrae ingenium dum auidius feras sequitur nimium incaluit, quare dum lauandi & refrigerandi causa estuas praecipitauit se nimis temere in rapidè fluentem amnem, quam erat altissimus uorticis uolentia tractus sub aquam, & absorptus suffocatusque est, custodibus corporis plurimis conspicientibus & nequicquam iuuare conantibus. Hoc accidit anno à natiuitate Christi 1190, imperij uero 28. Quantum in armis, in pace, quam diligens legum custos, ueræ probitatis amator, osor uero hypocritarum fuerit hic Fridericus abundè facta eius testantur, quae à multis conscripta reperiuntur. Scriptorum quidam tamen eius quaedam facta & dicta rapiunt in peiorem partem propter inuidiam, & peruersum in rebus iudicium: quorum error facile deprehenditur ab omnibus qui non carent omnino mente. Postquam perijt, modo quo dixi, in undis Fridericus Imperator, Fridericus filius boni iuuenis officio functus, acciuit uiros sapientes ad se, quorum consilio prudentia

dētia exercitū regeret. Duxitq; copias Antiochiā, ubi abundāter inuenerūt omnia ad uictū necessaria. Quā rerū omniū copiā tanta cōsecuta est pestis ut penē totus consumptus sit exercitus. Huius pestis causam physici alij aliam iudicant fuisse. Quidam plenitudinē saturitatemue immodicā, post famem (nam tāta multitudinis exercitus non potuit per tot itinera non aliquādo egere) quidā aēris intemperiam, & anni tēpus coelumq; natura calidius (nam q̄ natura animantiū omnium, & etiā plantarū difficulter ferāt mutationes præsertim magnas & repentinas norunt non solum philosophi sed rustici pastoresq;) quidam uero uenenū immixtū uino & farinæ, arbitrantur causam fuisse tam repentino interitus tanti exercitus. Exercitu per pestē ita perduto, cogit Fridericus dux mutare omniū suorū cōsiliorum nationes omēs quæ posuerat expugnare in itinere hostiū castra & urbes, casus uero & fata eum retrahunt ad amicas & socias urbes. Quare Tyrum nauigat cum reliquijs copiarū secum uehēs corpus chari genitoris aromatibus conditū, Tyri corpore patris regalibus ceremonijs magnificētissimē sepultum, procedit. Nunciat autē nostris Sultanū obuiam uenire cum armatorū manu non exigua, Quāq; autē ad paucitatē essent redactæ Germanorū copix, tamen nō addāt hosti animos, fortiter aduersus hostē tendūt, & se ad pugnā parāt, sed Sultanus iam antea expertus quales Germani in prælio essent, se intra urbes munitas recipit, illic expectaturus hostē. Nostri Acam firmā & opibus pollentē urbē obsident diu & multa ferūt ante urbē, oppidani enim contēpta nostrorum paucitate sepe eruptionibus factis nostris nō mediocriter nouerunt. Tandemq; eō deueniat res ut nostrī magis obsiderent ab oppidanis, q̄ ipsi eos obsiderēt. Donec uenit rex Galliarū Phillippus & rex Angliæ cū copijs nostris ad nostros, tum enim conati sunt uarijs tormētorū & machinarū generibus, infinitaq; multitudinē militū expugnare urbē, nec ullā requiē cōcedebāt propugnatoribus murorū, ita sine intermissione urgebāt oppugnationē, in qua cōtentione, oppidanis pertinaciter nostros repellētibus cecidere multi Principū exercitus nostrī, inter quos erat & Fridericus filius Imperatoris dux Sueuiæ, Comes Theobaldus Franciæ Senescallus, comes Clari mōtis, & multi alij clari uiri. Qua eade ita sunt nostrī exasperati, ut omnino proposuerint ante deditionem urbis aut cōsumptis uiribus exercitus nō soluere obsidionē. Idcirco secūdo demū anno, fame Acam urbem premēte, & muris magna ex parte deiectis, inceperūt pacē petere, primo tamen nullas cōditiones grauiōres, quæ solēt uictis imponi, recipere uolebāt, ad extremū nostrorū p̄seuerātia uicti acceperūt, quas nostrī præscribebāt deditionis cōditiones. Reges post Acā captā & Sueuiæ ducē occisum, dominādi libidine, & de principatu contentione se debilitarūt, hostes præualentes reddiderūt. Inuidebat enim alij alius & impediēbat alter alterius conatus, eorūq; deueniat res, ut magis cuperēt hostiū successus q̄ sociorū. Quare Phillippus redit domū in Galliā, Ricardus uero Anglorū rex solus, etsi uidebat hostē discessu regis Galliarū insolentiorē, sperans omnē laudem, gloriā & principatū ad se solum pertinere, magno conatu maxima aggredif, in itinere saepe pugnauit cum hoste, & quāq; grauius telo uulneratus erat, tamen semper prælijs omnibus interfuit. Cōpulitq; usq; ad Hierusalē Sultanū, quē rex secutus uenit in Bethleem, in quo loco castra muniuit, cognouitq; per exploratores magnā camelorum & mulorum multitudinē cōmeatum ex Aegypto portare Hierosolymam. Ricardus rex misit expeditum iuuentutis robur noctu clam ad intercipiendū cōmeatū. Quod sanē feliciter successit, omēs em̄ camelos et mulos oneratos cōmeatu omnis generis cū agonib, in castra perduxerunt, qui missi erāt iuuenes. Ricardo non uidebat tēpestiuum esse ad mōnia admouere exercitum propter hyemē instantē, differre igitur constituit in proximū uer obsidionē. Hybernatiū igitur dimittere exercitū decreuit. Ecce nunciij ex Europa noui & triestes, qui certiorē Ricardū reddunt regem Galliarū Notmanniā affigere. Fratresq;
eius

eius Ioannē regnum Angliæ affectare, quare Ricardus cōditiones nō honestas nec utiles cū Sultano facit, reliquit enim illi omnia præter Tyrū et Ptolemaidā & quēdā parua castella. Fœdere factō properat domū per Thraciā & Vngariā, ubi uenit in Germaniā in ditione Lupoldi ducis Austriæ, cū quo habebat similitates, comitantibus se seruiuit, & inter ultimos seruos uersatus est, ne agnosceretur. In quodā ergo diuersorio iuxta Viennā assabat suis manibus carnes, digito gestās regalē annulū, quē quidā ex familiarib. ducis Austriæ agnouit, nō erat miles qui in obsessioe Acæ fuerat, quare mox domino suo Viennæ tū degēti nūciat. Dux Austriæ, ut ille indicarat inuenit regē in diuersorio, captū custodix diligēter mancipat; datā occasionē ulciscēdi se uehēmēter gaudet, nam male illi fecerat. Capta enim urbe Aca, in cuius obsessioe nulla non pericula, nullosq; nō labores Lupoldus dux Austriæ subierat, rex Angliæ contēpto Lupoldo signa sua per urbē erexit, & cū erecta uideret uexilla ducis Austriæ præcepit cōculcari, p̄terea prædā inter suos distribuit, nihil relinquens Germanis qui erāt copię austriæ ducis, cum tamē cōmunia pericula multa maioraq; multō perpeffi sint, ut qui primi in obsidione fuerint primamq; cōditionē sustinuerint, cum adhuc ciuiū Acæ uires in regie essent, quas fregerant Germani magna ex parte ante aduētum Anglorū. Hæc fuerunt inimicitiarū causæ. Porro Pontifex Rom. ubi audiuit regē Angliæ reuertentem ex expeditione laboriosissima captū, teneriq; in uinculis, ducem Austriæ execrauit, iniquissimoq; animo omnes tulerunt qui causam ignorarūt. Plausibilis enim erat expeditio apud omnes Christianos, maximeq; admirabatur & diligebāt eos q; sumptis armis aduersus Turcā in longinquas regiones ibant. Dux uero reddidit causas, quibus motus illum ceperit. Hēricus Imp. tum egit Vuormatiæ, illuc iubet ad se duci captum regē, ibi Hēricus audiuit causam Lupoldi & Ricardi liberatus est rex dato magno auri pōdere Imperatori & Lupoldo. Nam prædā quæ Acæ Lupoldo prærepta ui erat a rege, magni æstimabat. Rex cū non haberet aurum sufficiens ad se liberandū, ecclesiasticū ornatum accepit. Quo sermonis ordine cum Friderico ex Germania ad in Asia & Hierosolymis res gestas uenerimus quoq; ductu rursus redierimus in Germaniā, uides nō igitur erit nostri instituti longius immorari, in rebus Hierosolymitanis, quanq; postea mirabilia auditū inter Christianos & Sultanū facta sint. Post nuptias magnas gessit in Italia Henricus, Romano Pont. obtēperantes fecit qui non obediebant ciuitates rebellantes sub iugum egit. Cāpaniam quæ nimis superbē despexerat Imperatorem in ultimā seruitutē redegit. Neapolim maximis præsidij munitā tres menses obsedit, circaq; eam omnia diripuit, sed pestis crudelissimē inuasit exercitum. coactus igitur cœlū mutare, soluit obsidionē. Dum autē in obsidione occupat Henricus, uxor eius quā nuper duxerat, a quibusdā Apuliæ Principibus captā. Pontifex eos qui captā tenebant, excōmunicat, & ditionē eorum cuiuslibet occupanti cōcedit. Raptores anathematis fulmine territi, remittunt Henrico uxorē. Imperator minatus illis ultionē (nā in presentiarū non uacabat) propter necessaria regni negocia in Germaniā reuertit, nam cum multa alia in Germania corrigēda erāt, tum p̄cipuē in Sueuiā quidā mouere nō mouenda tentarāt, nam quomodo Acæ oppugnās fortiter Fridericus occubuerit dictū est, idcirco q; primum in Germaniam uenit, conuocatis proceribus fratri suo Conrado ducatum Sueuiæ dedit, & admonuit eum ut persuaderet si crudelitate non stabile esse posse regnum, sed humanitate & iustitia, p̄cipuē apud homines altiore ingenio præditos, quales essent omnes Germani potissimū uero Sueuos. Adhortatus quoq; eum est, ut operā daret q; charissimus subditis esse, quoq; sublimiore loco positus sit hoc modestiorem oportere esse. Et ut studeat quā paucissimos lædere, quantū scilicet iustitia salua fieri potest, plurimis autem prodesse, iuuareq; mortales diuinum esse quiddam nocere Satanæ propriū. Hæc & huiusmodi multa inculcavit

Cōrado homini agresti & ferocissimo, Archiepiscopus Colonien̄ multa, absentē te Cesare, & occupato in Italia, conatus est cōtra Cēsare facere, & quosdā alios in suā adduxerat rebellionē. Quos cōtra Henricus ubi primū incepit parare bellū, mittit ad eum rebelles legatos, excusant se quātum licuit, & rogāt pacem, facturosq; recipiunt se quacūq; tolerabilia imperet. Ab Imper. recipiunt in gratiam. Germania pacata tota, legibus & religiōe in ea florētibus, custodibusq; religiōis & legū cōstitutis, cōtrahit copias, & ducibus Bertoldo à Kunsperg misit in Italiā per quā totā excepti sunt à ciuitatibus honorificē, donec uenerūt in Apuliam, ad quā peruastandā miserat Imperator ipsum exercitū, irascebat enim Apulix propter temeritatē & præsumptionē suisq; cōtemptum, ut qui ausi fuerant præcedēte anno uxorē eius capere. Quare Apulix urbes uicinas quasdā diripere, quasdam urbes & castella in deditiōnē acceperūt. Totā Apuliā occupatā muniuerūt præsidijs Germanorū militū, qui insolentius imperiosiusq; tractarūt eas urbes in quibus erāt, qua causa uix dum Italia finibus egressus erat exercitus, cōspirarūt incolæ cōtra Teutonicos milites qui in præsidijs erant, quorū partē manciparunt durissimæ seruituti, partē eiecerunt, partē etiā occiderunt. Quæ res ubi ad Imper. perlata est, denuo conscriptum exercitū in Italiā ducit, & omnes qui præsidia eiecerant puniuit acriter, quosdā in exilium misit, quosdā patibulo suspēdit, alios alijs mortis generibus affecit. Ciuitatū quæ præsidia Teutonica eiecerāt quasdā funditus diruit, trucidatis inhabitatoribus omnibus, deterrere uolēs ne id in posterum unq; Germanis fieret. Hoc bello Apuliam & Cāpaniam totā redegit in prouinciam, cui præfecit fortissimos ex exercitu uiros, reliquit eis præsidia armata Germanorū nō inualida. Cum exercitu in Calabria & Sicilia est profectus, quas regiones uicinas cepit, ubi uero ad urbē Catanensem appropinquauit, omnes qui in ciuitatibus & castellis passim regnarāt collecti in unū cum magno exercitu ciuū, artificum, pastorū, & aratorū turba undiq; collecta, occurrunt Imperatori, & castra muniuerunt proxime ad Germanorū castra. Imperator eius gentis morē bellicandī sciēs, quod scilicet nocte cōcubia solerēt impetū facere in hostes, castra ante noctē muniēdī tēpus sibi relictum nō esse simulat, reliquitq; magnā partē fossarum imperfectā, excubitores raros in illa castrorū regione collocat. Hostes id animaduertētes rati sibi datā occasionē benè gerendæ rei, iuuentutis selectissimū robur statim post mediā noctem ut in castra Imperatoris ea parte irruāt qua non erant perfecta. Adueniētibus igitur hostibus expectatis uigiles Germani cedūt, ut iussi fuerant, & hostes intromiserunt, quos expectās Imperator locis cōmodis circūdatosq; trucidat omnes, paucis, qui capti tamē sunt, exceptis. Fuisse autē creditur tria milia, sed totius exercitus præstantissimi ad pugnandūq; prōptissimi. Cū primū illuxit Henricus urbi admouet exercitum, præteriens hostiū castra. Celeritateq; mirabili machinarū & tormentorū uarijs generibus incipit murū deicere, & fossata lapide, cespite lignoq; cōplet. Quod ubi uiderunt hostes in castris, educunt exercitū in apertā planiciem & Germanos ad pugnam prouocāt, instructa acie. Imperator primū dubitat præstet ne urbē obsidione circūvallare & excludere ab urbe hostes, an cōgredi melius sit. Vbi uidet autē ob urbis circuitus amplitudinem excludi nō posse, statuit cōgredi. Quare suos ad uirtutē cohortatus est, & inter reliqua demonstrauit claris argumētis aut moriēdum aut uincendū, nullam spem salutis in fuga esse posse, ostēditq; uictu faciles esse colluuiem hominū qui nunquā prælio interfuerint non asuetos armorum conspectu exanimari. Vbi uidet animos suorū erectos, & pugnā optare, certa uictoriæ spe cōcepta aduersus hostes cōtēdit magno animo, statim sine Germanorū cæde turbatis ordinibus, primo cōcursu ad urbē fugiūt (nā animi in urbe ante cōgressum erāt sine dubio) exercitus Germanorū fugientes persecutus cum eis irruunt in urbē, & primo furore occisi sunt in urbe omnes utriusq; sexus, nulla etiā habita ætatis ratione, captis

urbis

urbis primatibus & episcopo qui multa perpetrarat cōtra Casarē, incendit urbē, nec passus est extingui ignem donec omnia exusta in cinerē redacta sunt. Huic bello quidā uolunt ipsum Henricū non interfuisse, sed per legatos gessisse, quorum primum faciunt Henricū de Kalend Marscalcū Imperatoris. Hoc cōstat inter omnes bellum illud gestū, nomine Henrici, & Henricum tum in Italia fuisse, praelijs autem interfuisse, negant quidam. Quidā Italorum uirtutem maiorē esse Imperatoris uidentes quā ut superari posset, dolo eum interficere statuūt, multi in eius necē coniurant, quod ubi cognouit Imperator, sedulo dissimulauit, nec uultu, nec uerbis ullam illis significationē iræ suspicionisq; dedit Principum frequentibus conuocationibus habitis, semper unum aut duos coniuratorum adhibuit, & dimisit ut reliquos, sicq; in consuetudinem ducti sunt conuentus illi ut postremo omnibus coniuratis cōuocatis nihil sinistri in mentem uenerit. Quos correptos in uinculaq; cōiectos, exquisitis memorabilibus que supplicijs affecit. Quosdā enim cute uiuos exuit, alios oculis priuauit, alios alijs membris mutilatos uiuos in exilium ablegauit, alios lento incēdio enecauit, quosdam uectibus humo affixos longis et ingentibus doloribus mori coēgit. Vnum uero in primis miserabili spectaculo extinxit, qui alijs potentior regnum affectabat, clauis enim ferreis per tempora transfixit, cauere iubens carnificem, ne neruoso quopiā laxo uita finiretur breui. Itaq; omnibus ferē illius regionis subiugatis ciuitatibus, Henricus promouet signa ad urbem Siciliæ Falernū, quæ opum & magnificētia alijs Siciliæ urbibus palmā præripiebat. Fuerunt in ea thesauri regis, & primi loci nobilitas. Adueniens primū impetum fecit in regia uiuaria, omnis generis animalium quæ ad mensam ueniunt, refertissimā. Mactarunt milites, & latti cōsumunt regias uoluptates. Oppidani territi pacē petunt ciuitatē Imperatori totā tradunt, quare templa, ædificia publica, portæ & turres, & hoc genus alia insigniuit imperiali aquila, adiunctis suorum maiorū insignijs. Imperatq; ut omnes ciuitatis plateas, & fenestras parietesq; domuū frondibus odoriferis, sericis pannis artificiosē contextis, impleri, uias gramine uiridi sterni, odores incendi, per ordinem ciues utriusq; sexus cum mulicis instrumentis procedere. Primo loco puellæ, mox matronæ, deinde pueri, deinceps alix ætates ordine ibant. Sic uoluit imperiali pompa excipi. Post hanc pompā secundum cuiusq; uirtutem, largitus est munera militibus, ingētem enim argenti auricq; uim repperat in ea urbe. Redegitq; Siciliam totā in prouinciā, ex qua magnos annuos prouētus accepit. Ut autem totum seminarium rebellionis ē medio tolleret, nobiles omnes captiuos in Germaniā misit. Filium regis propter hanc causam, ne ad regnum animū adijceret oculis priuari & duci ad Rhetos ibiq; in castro Amiso custodia perpetuæ mācipari iussit. Regis Siciliæ uxorem matrimonio iunxit Philippo fratri suo, cuius strenua & fidelis opera in bellis illis usus erat. Hæc mulier nomine Irene filia Cōstantinopolitani Imperatoris, pudicitia seruare in uotis habuit, sed ob formā & genus animūq; Philippus ad eam adiecerat animū, quare coacta est uī ad nuptias secundas cum hoste. Multa quæsta est de rerum humanarū fragilitate & inconstantia, sed quo magis philosophiæ præceptis animum muliebrem imbutū uidit Philippus, hoc magis rapitur in amorē eius, & secū in Germaniā ductam Augustæ præsentibus multis Principibus magnificentissimis apparatus nuptias celebrauit. Cū autē negotijs publicis ab ea abesse cogebat, in munito & amoenitatis præcipuæ castro eam habuit inter multas matronas & puellas nobiles. Apuliæ reginam Sybillam cum filia eius misit in monasterium mulierum Hohenburg, quod est in Alfatia. Et hoc modo quicquid putauit facere ullo modo ad rebellionem sustulit. Vades quoque secum duxit ex Apulia duos primos comites, & episcopum Salernitanum. Ingenium enim cognitum habuit illius gētis ad res nouas promptum & rebellionem procliuēs. Quanquam uero diligenter omnia prouidisset

ne ullam causam aut materiã rebellandi relinqueret in illis regionibus, tamen in Apulia sunt inuenti, qui nullo respectu habito captorum & obsidum rebellãrũ, Cesaris statutis contradicentes & contrafacientes. Quamobrem ira succensus Imperator obsides, quos apud se in custodia habebat in Germania, luminibus priuat. Et sine mora celeriter mittit legatũ cũ copijs in Apuliã, rebellesq; captos, uarijs & crudelibus supplicijs affecit, ut exẽplo alijs deterrerentur. Vixit aliquot annis cum uxore sua Irene suauẽ uitam Henricus in ocio. Et Germania crescebat nouis pagis & urbibus hominumq; fecunditate. Hoc tempore Cõradus Sueuic dux Bertoldo de Zeringen indixit bellum, & cum cõtractas copias duceret aduersus eum in urbe Durlach mortuus est. Imperator post mortem Conradi, ducem Sueuiã facit Philippum fratrem suum. Per id tempus apud Principes electores effecit Henricus ut Fridericũ filium suum natu trium annorum eligeret in regem, & iurarunt puello cẽu regi, electioq; ferẽ omnũ Principum literis obsignata est confirmata. Imperator Siciliã, Apuliã totamq; Italiã magnis exactionibus pressit, & prohibitorius, rebelliones multos uario genere mortis occidit. Ab ecclesiasticis idem exegit quod ab alijs postulabat: Nec abstinuit manus ab initiatis sacris ordinibus, sed quoslibet ob quãuis leuem suspicionem supplicio affecit. Semel enim decreuerat prohibere seditiones. Qui igitur nihil palã audebãt, clam apud Romanũ Pontificem accusabant eum, querebanturq; de suorũ morte, quos innocentes fuisse probare conabantur. Quare Pontifex eum anathema percussit, prius admonitũ. Henrico autem bona uerba dante & se mutaturum pollicente, si quid factorũ eius parũ Principẽ bonũ deceret. Pontifex eum absoluit & in gratiam receptũ cohortatur ad expeditionem Hierosolymitanã & cõtra Turcos qui & ante multa Christianorũ tenebant & quotidie occupabãt. Regni Hierosolymitani recipiẽdi, spem facit, deum fortunaturum uias, se benedicturũ, & pro sua potestate ab apostolo beato Petro sibi relicta, indulgentias liberali plenãq; manu daturũ, omnibus ijs qui unã ituri essent. Præterea promittit se operam daturum ut simul eant reliqui Christiani nominis Principes. Probat etiam Papa facilem futurã profectionem Hierosolymam usq; cum alijs argumentis, tum & quod Constantinopolitanus Princeps non solum amicus, sed etiam socius belli futurus sit. Et quod Sultanus nuper excesserat e uita, & Sultano etiam uiuẽte in proxima expeditione Hierosolyma fuisset recepta, post Acam captam, & Sultannum toties uictũ. Si ille malus Satan non frigidam suffundisset inter regem Gallia & regem Angliã, interq; hunc & ducem Austriã. Quæ Põtificis uerba sic habere non ignorauit Hẽricus. Nam ex multorũ, qui in ea fuerãt expeditione, ore omnia cognorat, quomodo Sultanus despõderit animum, cogitaritq; de reddenda Hierusalẽ, quomodoq; discordia inter Principes acciderit, quãq; causa discendendi regibus & reliquis exercitus ducibus fuerit. Henricus igitur omnino statuit illud bellũ suscipiendũ, maxime cum in Germania ociosorũ militum abundantaret copia, sed cum multæ essent causæ quæ eum domi detinebant, nomine suo misit archiepiscopum Mogũtinum, & ducem Saxonie & alios multos uiros natalium splendore & bellicis laudibus magnos, inter quos primi fuerunt Conradus Cancellarius Imperatoris, Lupoldus dux Austriã, Hermannus Lantgrauius de Thuringia, dux Brabantia, episcopi Ratisponensis, Patauiensis, Halberstadiensis, Conradus Marchio & alijs comites & nobiles uiri quos enumerare nihil opus est. Hi ergo omnes religionis amore, suas maximas & pulcherrimas possessiones, suas uxores charãq; prolem reliquerũt. Magni profectõ & suspiciendi animi fuerunt. Hęc animorum sublimitas debetur rectæ puerorum institutio: fuerunt enim omnes non in stabulis equorum, & in uoluptatibus carnis, sed in monasterijs, scholis Christianæ Reipublicæ saluberrimis, à sanctis patribus in orationibus,

orationibus, ieiunijs & salutaribus euāgelicæ doctrinæ præceptis instituti & educati. Duces igitur, quos dixi, ducunt magnas Germanorū copias, per recta itinera, & secundauit domus iter eorum usq; ad Hierusalem, quam petebant. Quæ in itinere eis acciderint, quid unanimes bellicosissimi uiri gesserint, anteq; per tot itinerum pericula & difficultates Hierosolymā uenerint enarrari pro rei magnitudine multis uoluminibus uix posset. Platina & Blōdo autoribus urbē Iopem & Beritum recuperauerūt uel expugnatas, & ad Hierusalem castra moturis nunciatur Imperatorem Henricū mortuum, cuius auspicijs in ea militia erant, quare omnes unanimiter repetunt patriā recta & breuissima uia. Post illum uero repentinum abitum exercitus, receperunt hostes Beritum & Iopem, & crudelibus modis sæuierunt in Christianos illic relictos, urbesq; incenderunt. Henricus Imperator Messanæ in ægritudine inciderat, dum ille Germanorū exercitus fuit in expeditione Hierosolymitana, & obiit diem suum præsentibus multis uiris Principibus, uxoreq; sua & filio paruo Friderico, qui rex & Imperator ab electoribus erat paulo ante, ut dictum est, appellatus, hūc ægrotus per legatos Romano Pontifici, qui tūc erat Innocentius tertius cōmendat. Commendat uero eum præcipuē fratri suo Philippo cui Sueuiæ ducatum dederat, nam eius fidem & probitatem exploratā se habere putabat, decumbēs igitur in lecto adhortatur præsentem fratrem, ut pueri benè instituendi præcipuam curam gerat, & regnorum administrationem eidem Philippo cōmittit, donec puer maturus fiat ætate. Iubet autem institutū eum tradi bonis & probitatis spectata præceptoribus, & exerceri quotidie ad robur animi simul & corporis, quod necessarium omnino est Imperatori officio suo fungētī. Erat enim Henricus uir perspicaci animo & generoso, corporis habitu ita gracili, ut non rectè possis dicere tenuem fuisse, facies illi qui tenuior fuit reliquis partibus corporis, exercere uenationibus equos & pedes se solebat frequenter, libentius ruri in arcibus habitauit quàm in urbibus, sæpe in hortis elegantè arboribus per ordinem constitis ambulare uisus est uno aut altero comite. Post mortem Imperatoris curam imperij dux Sueuiæ Philippus Hērici Germanus frater suscipit, nomine puelli Friderici, & administrante omnia Philippo, appellatus est à multis rex & Imperator nec recusauit nomen, postea cum uiderent Principes multi distrahi quæ erant imperij propria in Latio & Sicilia, nec satis auctoritatis esse tutori, quidā Principū elegerūt Philippū in regē, & quo maiore auctoritate polleret, Mogūtiæ à Tarentasiensi episcopo est in regē unctus & coronatus. Quæ unctio & coronæ impositio malè habuit Pontificē Rom. & alios multos episcopos. Propterea archiepiscopus Coloniē. & alij quidā ecclesiasticorū & secularium Principum cōueniunt Aquisgrani & Othonem ducis Saxonum filium in regem Romanorum eligunt & coronant accedente etiam calculo Patris. Habebat uterq; Imperatorū Otho & Philippus à sua parte potentes & multos Principes. Ricardus rex Britanniæ studebat Othoni, item comes Flandriæ, Papa ipse, Archiepiscopus qui illi coronam solenniter imposuerat, item ab illius partibus stabāt dux Limpurgæ & Liuoniæ, itē comes Palatinus Rheni & Langrauius Thuringiæ. Philippo autem fauebat rex Galliarum & omnes qui non sunt enumerati inter Othonis amicos. Innocētius igitur in synodo Romæ cū cardinalibus suis habita reprobā electionē Philippi statuit, quod decretum per apostolicos legatos misit in Germaniam, significans quid concilio patrum in spiritu congregatorum uisum sit, mandauitq; auctoritate apostolica ut omnes obediant Othoni, promulgata excommunicatione in Philippum & omnes ei adharētes. Sed Germanorum pauci, nisi qui alioqui adharēbant Othoni, bullis pontificijs deterriti à proposito desistebant. Conatus enim Papales & Othonis ubi uidet Philippus, se excusat ubiq; sua ipsius præsentia aut per legatos, quid Pōtifex Ro

manus timeat, exponit, simul copias conscribit. Nec Otho segnius se ex aduerso parat ad bellū. Philippus Sueuorū copias aduersus hostē ducit, oppōit se Otho, multa eadē res est acta, uterq; Germanos habuit, sed uirtute militū preualuit Philippus, eos enim in suo exercitu habuit qui in mōtib; Heluetiā nati erāt, & Sueuos, omnesq; à Rheni origine usq; ad Argentinā, qui etiā nostra ætate fortissimi milites habētur, superatus igitur est multis prelijs Otho, & cum per totā Germaniam solus haberetur rex, fractis Othone & locijs eius, cōstituit diligēter fideles ubiq; præfectos apud Germanos, ipse cum robusta manu arripit in Italiā iter, ne Pontifici uacaret excōmunicationibus uictoriā suā perturbare, uoluit Italiæ & Pontifici negotium facere, latiq; res cōponere ita ut responderent legibus & iuri ueterū Imperatorū (Non ignoro hæc apud abbatē Vrspringensem aliter scripta, mihi expendentī eius temporis statum, hæc uisa sunt probabilia, si quis uero aliter sentit nihil impedio) cū igitur iam copix essent partim accinctæ, partim in itinere, certior redditur de quorundā Principū cōuentibus ut alium Imperatorem eligerent. Et Bertoldus dux Zeringensis magnis largitionibus effecit, ut ipse sit electus & appellatus rex. Philippus grauer hoc tulit, quare cum omnibus qui fauebāt illi principibus comitia in Mülhusen celebrauit, ubi queritur de leuitate & inconstantia quorundā, qui tam leuib; causis adducerent ad alium Imper. eligendū. Aderāt Sueui, Saxones, Boēmi, Boioarij, & multi Rheni Principes & ciuitates qui coniurarūt cū Philippo cōtra quoscūq; uellet. Collectisq; copijs aduersarios uexabāt non mediocriter, implebat Germania rapinis & cædibus. partes ubiq; contēdebant bello, nullus locus apud German. paci relictus erat: ubiq; bella erāt. Dux uero de Zeringen ad postremū pecunia exhaustus, cum Philippo redit in gratiā, & agnoscit Philippū regē. Coloniensis & Moguntinē. archiepiscopi & comes de Lyningen, & alij qui contra Philippū elegerant Bertoldum ducem, cupientes alium habere Imper. (sperabāt autem aliquid se efficere posse, quod idem uolebāt Papa, & rex Angliæ Ricardus) mittunt ad Othonē, qui tūc apud regē Ricardum erat, uocant eum, spem imperij consequendi faciunt. Colonia igitur Otho uocatus uenit, conueniunt multi factionis eiusdē, eligit Otho in regē, approbavit Pōtifex electionē, execrauit uero et maledixit Philippū. Uterq; præparat se aduersus alterū coactis copijs, festinat uterq; Aquisgranū alteri prætere cupiens. Philippus præuenit Othonem, capit urbē iurant illi ciues, præsidijs munit eam. Ad alia sub manū suam redigenda properat Philippus. Otho cū suis suorūq; socorū copijs uenit quoq; postq; discessit cum exercitu Philippus, obsidet oppidū, cumq; præsidia non essent satis numerosa ad defendendā urbem, ad deditionē adacti sunt, sed saluis omnibus etiā militibus qui in urbe erāt. Capta urbe episcopus Coloniē. autoritate apost. coronā imperialē imponit Othoni. Ceterū uniuersa curia Imperialis & omnes officiales scribaq; imperij sequebant Philippū. Nec nō cōplurimi Principes utriusq; ordinis secularis ecclesiastici. Quam ob causam magnæ simultates, magnæ cōcertationes in Rep. imperiali, & ecclesiastica sunt exortæ. In Gallijs & Germania, cuius tēporis gesta cōfusa uideo, ita ut multa ignorent ubi aut per quē sint facta, multa enim regi Galliæ Philippo ascribuntur, quæ rex Romanorū Philippus fecit, decepti autores nimirū nominis Philippi cōmunionē, nam ubi audiebant scriptum uē inueniebāt rex Philippus, errant facile. Hoc autē nō est dubium inter episcopos quosdā & Pontificē Rom. magnas simultates, inimicitias, odia, & lites fuisse, nō sine magno ecclesiæ scādalo. Nam adhærentes Philippo anathemate pōtificio percussi nihilominus sacras functiones omnes obibāt. Philippus uero omnes crudeliter persecutus est & afflixit qui Othonis focj erāt, depopulatus est agrū bono & multo uino nobilem Alsatiæ, deualtauit incendio, & cædibus omnia cōplens, arces humo & quans regionis

glionis magistratum & nobiles captos in uincula cōiiciens, præter reliqua castra non procul ab Argēterato castrū Haldenburg nomine euertit. Itē arcē in Rubia eo uetustissimo Germaniæ oppido radicatus sustulit. Castrum etiā in Aphich funditus euertit. Magnā prædā secū abstulit. Proximo post anno statim post hyemē reparatis copijs Argētinam urbē obsidet, agrum primū depopulatus est, deinde suburbana ædificia quæ egregia & multa ante moenia erāt exussit. Urbani sciētes se nō posse diu obsidionē ferre, dederūt se, æquis cōditionib. iurāt illi ciues, episcopus quoq; eius urbis redit in gratiā cum Imperatore, magis suis præsentibus facultatibus timens, q̄ excōmunicationū minas. Porrò cū uaria fortuna usi sint in multis prælijs Otho & Philippus, mutaruntq; quoq; eorū se amici pro successuum ratione & fortunæ mutatione, nō habito iuramēti præstiti & fidei respectu, sicq; uarij euentus arguebāt multorū leuitatē. Sæpius tamen uictor discessit Philippus. Sed utrinq; multi occumbebāt fortes milites. Et erat omnibus modis miserandus Germaniæ status, multæ uiduæ, multi reddebant tot prælijs pupilli, caritas annonæ magna sequebat, tot passim agris per Germaniā uastatis, & frumēto & reliquis uictui necessarijs in urbes et arces abreptis & cōseruatis ad obsidiones, si usus ueniret, perferendas. Nam sæpe propter suspicionē belli futuri annonæ caritas consueuit fieri. Post Alatiā & Argentinā sub iugum suū redactas Philippo accessit amicorū multitudo, & multæ ultro ciuitates dederūt se. Magnum enim pepererat sibi nomen deuictis tot arcibus & oppidis, præcipuè uero Argentorato urbe. Othonē non mediocriter cōmouerunt hæc, quare ne plures desciscerēt, omnibus uiribus insequit Philippū, ut suspēderet expectatione socios qui quotidie deficiebāt ab eo. Philippus ubi primū audiuit subsequi Othonē, uertit signa in eum & occurrit illi alacriter, nihil æquē cupiens q̄ prælio decernere. Otho uero non secutus est eum quod pugnā cuperet, sed ut suos amicos in officio retineret, quare ubi Philippū cū suis obuiam contendere audiuit, retulit pedē, & reuersus in Saxoniam alia ratione opus esse bellādi aduersus Philippū uidet, mittit ergo legatos Romam exponit Pontifici quomodo in Germania à se & a Romano Pontifice desciscāt multi, etiā ecclesiastici, causas alias confingit, nam ex usu eius non erat uera, nempe q̄ ferè omnibus prælijs superiorē uidet Germania Philippum. Pontifex Rom. cōuocato concilio suorum cardinaliū Romæ, repetit anathemate Philippū, Othonem cōfirmat imperatoremq; appellat. Quā ob causam cardinaliū unum mittit Coloniā, ut publicaret excōmunicationem in Philippū & omnes ei adhaerentes. Itē publicatis bullis mādauit sub excōmunicationis pœna, ut Othonē omnes pro Imperatore haberēt, & uitarent Philippū ceu membrū mortuū à corpore ecclesiæ recisum. Hic legatus multos, præsertim ecclesiasticos, proceres à iuramētis quibus Philippo obstricti erāt, absoluit. Philippus magno pere excādescens in Pontificē Rom. sacerdotia ecclesiæ pro suo arbitrio quibus uolebat, nihil Pontificis autoritatē moratus. Munit omnia sua q̄ potest firmissimè, & milites cōscribit quoscunq; usq; bonos inuenit. Suarum partiū Principes omnes Bambergæ cōuocat. In frequēti ecclesiasticorū & seculariū cōuentu multa pro se aduersus Othonē dicit, extentat uerbis autoritatē pontificiā, & q̄ iniquè pro affectuum libidine iudicet et statuatur in causa sua declarat. Eodem tēpore suis partibus adhaerentes Otho uocat ad Traiectū urbē, accusat apud illos Philippū, suam causam agit, gloriā de legitima electione, quā approbarit sanctissimus dominus Papa, reiectum ex libro uiuentiū Philippū & omnes illi adhaerente exaggerat. Fuerunt hæc causa magnæ in ecclesia perturbationis. Hoc tēpore quod qui anno post natiuitatē Christi 1203. Philippus suas copias ducit in Turingiā contra Hermannum Lantgrauū, quod Papæ anathema ueritus partes pontificis defendendas susceperat, & quod iuuaret Sifridū Moguntinū archiepiscopū cōtra Philippum, nam hic Sifridus coniunctissimus erat Othoni, ecclesiasticis eum iuua-

bat bonis quam poterat maxime. Lantgravius Turingia Othocarum Boemia regem & Palatinum, qui cum Othone contra Philippum sentiebant, inuocat ut ferant illi auxiliares manus. Boemorum rex magna suorum manu occurrit obviam Philippo ab alia parte cum suis copiis quoque comes Palatinus uenit, ab Othone adiutus. Maiores copias contra se uenire quam putabat, ubi uidet Philippus, seque nimium numero inferiorē, statuit suos intra munitiones continere, quare exercitum in urbem Erdefurt ducit, illic expectans hostem. Lantgravius cum sociorum auxiliariis copiis ad urbem properat, obsidione totam urbem circumdat, sperans se eum illic inclusum tenere & capere, quamobrem ad Othonem mittit, scribit se tenere captum in urbe, petitque ut militum adhuc aliquot millia mittat. Nam manus suas Philippum effugere non posse, aut captum aut occisum se missurum Othoni promittit. Iamque incipiebant gloriari uictum & cum toto exercitu captum. Has poenas dare dicebant impietatis, inobedientie, contemptaque ecclesie. Hec fama per totam uoluitabat Germaniam, incipiebantque rursus aduerso uento impelli in partem diuersam harudines, de quibus dixi hoc est incostantes homines, qui quolibet uento in quamlibet partem mutantur animis. Philippus hoc periculum animaduertens, quam primum fugientem quoquo modo uidet antequam auerterentur copie. Propterea media nocte cum paucis suorum elapsus, uenit ad Marchionem Misnensem, eique aureos pollicetur montes. Qui illum pro tenuitate facultatum suarum iuuat, cum paucis igitur properat liberaturus suos, sed facile ab hostibus repulsus est. Illi uero in urbe aliquoties eruptionibus factis magnam hostium caedem fecerunt. Et fortiter propugnabant moenia ubi Otho certior factus est Philippum fuga sibi consuluisse suos reuocat, & Lantgravius impensas longioris obsidionis timens, soluit obsidionem. Venit eo tempore Otho rex cum multis militum legionibus Mersburgum, eoque conuocauit omnes suos confederatos & subditos magistratus, ueniebant quoque qui deficientes a Philippo petebant amicitiam Othonis, causam defectionis suae reddebant, scilicet, quod Pontifex Rom. excommunicauit Philippum & omnes qui eum sequerentur, & quod mandarat Papa ut omnes relinquerent eum. Sed nulla erat plerisque alia causa deficienti quam quod uidebat Otho superior. In illis comitiis apostolicus legatus episcopus denuo Othonem coronauit, & benedixit illi in frequentissima populi concione, & magno strepitu & pompa. Philippus interea comparat copias, suos ubique bono esse animo & bene sperare iubet. Iterumque in Turingiam mouet signa. Primumque ad oppidulum Vuirzense, paucisque diebus capit, & totam illam regionem, praeter unam atque alteram arcem, in fidem accepit. Nunciatur illi Boemia regem rursus aduenire. Philippus obviam illi ducit suas copias, Boemi ad iter paratiores quam ad praesentem, celeriter ibant, quibus cum nunciatur hostem aduenire, adest quoque Philippus cum his eadem hora ferē qui nunciabant regi Boemorum aduolare hostes, itaque dum aciem instruit Boemus, irruit Philippus in eos, statim perturbatis ordinibus tergum uerterunt, in qua fuga Boemorum multitudo non exigua est occisa. Qui fuga euaserunt domum dissipati uenerunt magna cum ignominia. Philippus ex eo prelio incredibilia habuit comoda, qui enim induxerant in animum audire Pontificem Rom. praecipiente uitare anathemate percussum Philippum, mutarunt sententiam, Philippo mittunt auxilia. Quaedam ciuitatum clam mitterent subsidium uerebant enim excommunicationem. Philippus omnes pagos, uillas, arces, oppida cepit, & igne & ferro sustulit omnia aedificia. Quis paulo ante dicebat uictus, in hostis manu, iam uictor hostem affligit pro suo libidine. Turingia comes Hermannus ubi certior est factus tristissimo nuncio, quod rex Boemorum, in quem omnem collocauerat spem, tanto praesentem superatus sit despōdet animum, uidet se illius irae resistere non posse, mittit ad Philippum de pace & ditione, se paratum per omnia a qua illi parere significat. Fit pax inter eos, in gratiam recipit. Aliosque qui defecerant aut primum nunc accedebant sine superbia & exprobratione suscepit. Colonie quoque episcopus qui defecerat, reconciliatus est illi. Philippus nocte dieque properabat (dum

fecēs fama de uictoria sua uigeret in ore auribusq; hominū) ad occupāda quę ad
 uersariū suū Othonē sequebant, & in fidē sine iniuria accipiebat omēs qui se da
 bāt. Adolphus archiepif. Colonien. p̄misit Philippo se effecturū, ut suis partib.
 accederēt dux Lotharingiæ & dux Brabātix, q; magnopere cupiebat Philippus,
 uidebat em̄ Otho totus fractus si hoc fieret. Quare episcopo dedit non uulgarē
 pecunię t̄m partim ut ipse seruaret sibi, partim ut largitionib. animos illorū Prin
 cipū eorūq; procerū tentaret, & ab Othone auocaret. Episcopus bonus uir paru
 estimauit iusiurandū Othoni factū, aut excōmunicatiōis latā sententiā, primū au
 ro aulicorū familiaritū illorū Principū corda deuincit Philippo, deinde mētes q; q;
 capit Principū auri uī, q; magna & potēs est in rebus mortalitū. Hi duo Principes
 ubi accesserūt, Othone relicto, ad Philippū, plurimis alijs idē faciendi causa fue
 rūt, quibus nulla munera data sunt, im̄ ipsi Philippo dederūt. Sicut cōparatum
 est iniquē, ut ditioribus semp̄ aliquid addat. Philippi igit̄ rebus sic se habētib. sic
 Aquisgranī magnus principū et ciuitatū cōuentus, aderāt etiā duces Lotaringię
 & Brabātix. In eo renouant̄ fœdera, iuramētis & literis cōfirmant̄, de alio subro
 gando Pōtifice Rom. si ille nolit mutare sententiā, deliberaf. Coronaturq; in illis
 comitijs iterum Philippus appellaturq; rex Romanorū & Imper. semper Augu
 stus. Multi eelesiastici abbates & in alijs dignitatibus cōstituti cogebant̄ obrepe
 rare nō sine cōscientia carnificina, regi Phillippo excōmunicato, quidā ex eis q;
 nimirū religioni magis dediti erāt, potius proponebāt quiduis ferre, q; anime de
 trimentū pati. Nā p̄uasum erat certō recta ad inferos descēdere animas eorū qui
 in excōmunicatiōe mortui essent. Propterea Colonieses ciues suū episcopū uo
 cabāt apostatā, et iniquissimo ferebāt animo q; cōtra iuramentū Othoni prestitū,
 & cōtra sacrosanctā Rom. sedē B. Petri cōiunxerat se Philippo. Volebāt em̄ pō
 tius quodlibet discrimē subire q; cōtra Romanę ecclesię obedientiā facere. Qua
 re petebāt à Pōtifice Rom. ut Adolphū archiepif. suū ē cathedra episcopalī detur
 baret. Accusabantq; eū leuitatis & p̄fidix nomine grauiter. Hoc uero grauissimū
 iudicabāt, q; ipse coronauerat suis manib. Philippū. Quā ob causam legatus apo
 stolicus qui tum nomine Pontificis Rom. legatione in Germaniā fungebat, epi
 scopū Adolphū deposuit, & cōsecrauit in archiepiscopū Coloniesem praepositū
 auro ditissimū Bunnæ prepositū Brunonē nomine. Idē legatus eadē legatione
 etiā deposuerat Moguntinū episcopū quē Philippus Imp. uolebat, & aliū substi
 tuit. Sed cōsecrati hi fuerūt episcopi, p̄terea nihil, dū Philippus suus fuit. Nec
 enim usus reddituū, aut administratio muneris episcopalis illis cōcessa fuerunt.
 Sed prauauerūt uiribus & auxiliorū copia episcopi regij, pontificij latere coacti
 sunt. In his dissensionū turbis multa monasteria (maiorū honestissima instituta et
 utilissima) sunt direpta et diruta, multa ecclesię spoliata, multi pauperes oppressi.
 Dum ita succedūt omnia ex sententiā Phillippo, Otho aduersarius eius laborat
 apud Saxones grauissimo morbo, et omniū penē amicorū auxilio destitutus anti
 mi agritudine non leuiore q; corporis detinet. Nihil habet reliquū in quo possit
 cōfidere q; Pontificē Rom. ad quem mittit nuncios, & in Germaniā legatū sup
 plicat quotidieq; nuncios appellat suā p̄dicans in Romanam sedem obseruan
 tiā. Sp̄ram Philippus cōuocat Principes Germaniæ, ibiq; decernit bellū contra
 Colonieses omniū Principū qui illic erāt cōcordi sentētia. Quare cōsundas co
 pias Imp. Philippus ducit aduersus Colonieses q; toti erant Rom. Papa deuoti.
 Adueniētē placare uerbis Imperatorē conant̄. Imp. postulat ut Adolpho episco
 po satis faciāt, pro magnitudine iniuriarū, quas illi intulerāt, omnia sua restituāt,
 omni honore excipiāt & uenerent̄ ut archiepiscopū suū illiq; iurent. Quod cū ci
 ues recusarent, multaq; de sua debita ecclesię obedientiā differerent, Philippus
 omnia quę ante moenia ciues habebāt militibus diripienda & uastanda obijcit.
 Nihil ante urbem mansit integrū omnia in cinerem redigebatur. Deinde exerci

tum propius muris admouendo arctius urbē premere conatur, totā ferē urbē cit cumuallando magni laboris operibus. Sed paucis diebus capiendī nullā spem uolens, soluens obsidionē ad parua oppida Adolpho rebellātia capienda ducit copias, quæ capta iurarunt Adolpho fidelitatē, ut sic loquat, formula sermonis usitata. Multa munita loca circa Coloniā hoc bello destruxit Imperator. Arces omnes episcopo Adolpho reddidit. Otho interea restitutus sanitati, autoritate apostolica multas recipit urbes, nā mādata autoritatis apostolicæ pleriq; credebāt illi solū imperiū deberi & Imperatoris appellationē. Quare cohortat suos, dñm ecclesiā suam non sic pessundari passurū, rationē breui futurā rerum. Impios, ceu puluerem à facie uenti, coram domino breui disijciendos & perdendos seruari. Quod ubi Coloniēses audiuerūt, resuscitatū ex morbo scilicet Othonē & parare armā, post abitum Philippi, plerq; omnia recuperant, eiectis & captis praesidijs Philippi & episcopi. Ipse episcopus uix euasit, uenitq; ad Imperatorem Philippum, illi omnia enarrat ordine. Quare Philippus sine mora repetit Coloniā cum copijs et recipit quæ ad ecclesiā Coloniensem pertinētia omnia, quæ extra urbē fuerūt, & quantū fieri per magnitudinē urbis, exercitusq; sui, urbē circūuallat, mittitq; passim ad suos cōfederatos, ut auxiliares manus mittant, nam totā urbem cupiebat circūdare, erat enim ipse Otho rex cum suo episcopo Brunone in urbe, consecravitq; episcopū Brunonē Sifridus Mogūtinus episcopus, et duo ex Anglia missi episcopi. Ex Germanis enim episcoporum nullus audebat tētare, omnes enim metuebāt Philippū. Augebat igitur quotidie exercitus Philippi, tamq; Otho uidebat se quotidie includi magis, augeriq; periculū, nec habere ullos sociorum à quibus esset exercitus sperandus, cuius opera soluereť obsidio. Quare cum uideret diligētius, etiā nocte omnia itinera custodita, ut nulla possit esse spes elabēdi, nisi certo periculo, cōstituit cū suis erūpere per medios hostes diuisos, per ambitū ciuitatis, eruptione facta prorūpit quidē fortiter per hostes & occidit multos, sed Philippi copiarū numero superiores multo (quantū uix sexta copiarum pars eo loco esset) fugientē Othonē persequuntē & uix dimidia pars, q; comitabatur dominum, euasit, alij enim capti sunt, alij occisi. Brunonē etiā in eo p̄lio cepit, & in uinculis duriter detinuit perpetuū annū. Colonienses magis etiā moniūt urbē, et diligētius disponūt in muris p̄pugnatores, Philippus ubi uidit elapsū Othonē, & capiēdā urbis facultates sibi nō esse in p̄sentiarū, discedit, & obseruat quid Otho parturiat, Coloniēses uero ubi extra moenia nusq; essent tuti. Omnibus ferē redactis in potestātē Philippi, & Otho urbe non satis cōsilius esset (q; imprimis ciues malē habuit, neq; em̄ tutorē satis cōmodū putabāt, q; hoc modo obsessam urbem relinqueret) Romani autē Pontificis spiritualia excōmunicationū fulmina efficacitā esse apud hostes uidētes, mittūt ad ducē Brabantia, ut eius cōsilio & operare conciliēt Philippo Imperatori. Dux Brabatię suā operā pollicet, uenit igitur legatus Coloniensium ad Imper. Philippū Botpardiā ubi cum multis Principibus & parte exercitus agebat. Primū petunt ut cōdonet tot eorum delicta, quæ ueniam mereantur uel ob hoc solū, quod sic docti fuerint à suis religiosis, & propter cultum diuinum fecerint, sed cum uideant ecclesiæ maiorē partem per Germaniam & religiosos quoq; uiros à partibus Philippi stare, gratiā humiliter se petere inquitunt, & delictorum ueniam, offerunt episcopo Adolpho omnia quæ habuit unquam episcopus in urbe iura. Cæsari item Philippo facturos plura quàm ipse uel suo uel imperij nomine unquam postulaturus sit, pollicentur. Philippus recipit eos in gratiā nihil pœnæ grauioris propter rebellionē illis imponens. Quare cum legatis Coloniensium mittit quoq; suos Philippus, qui Coloniensibus ciuibus pacis conditiones exposuerunt, quas ubi uident non modo acquisissimas, sed etiā mire faciles, gratias agunt Philippo, & quæcunq; postulat iurant p̄opto animo, Philippus ergo in dignitatē archiepiscopi, reclamāte Pontifice Rom. restituit

stituit Adolphum, & quæcunq; ad ecclesiam pertinuerat reddidit, quædã alia armis capta ecclesia illi donauit. Otho aut̃ desperatis suis in Germania rebus, omnia Philippo obtinente, ad regem Angliæ se cõtulit, ut illic lateret, tragediæq; finem expectaret, nihil minus tamen cum Pontifice cõsilia confert, quid facto opus sit querit. Philippus aut̃ firmũ & stabile conat̃ regnũ reddere: Propterea ad omnes ciuitates proficiscit̃, renouatur ubiq; iuramenta, per omnes ciuitates suæ liberalitatis & lenitatis specimen exhibet. Amicos q̃ plurimos parat, nam in his bellis præcedentibus omnibus fatis didicit, multo preciosiorẽ possessionẽ amicorũ multorum q̃ multæ pecuniæ. Quare filiã suam matrimonio iunxit regi Boemorum, aliam filiã minorẽ natu dedit uxorem filio ducis Brabantia. Opus enim fore aliã quando amicis putauit, neq; enim sic quieturũ Pontificẽ Rom. & Othonẽ sperauit. Quæ hoc tẽpore in sole uisa scribunt, si quis cupit scire legat in alijs. Philippus postq; in Germania res stabiluĩt suas quantũ potuit fieri firmissimẽ, cõuocatis Principibus exponit suam uoluntatẽ faciendæ pacis ecclesiæ, propter uitanda scandala, multorũ enim simplicium & bonorũ mentes offendĩ sciebat & in conscientia cruciari, q̃ excõmunicati erant omnes adhærentes Imperatori Philippo. Idcirco decernunt in eo cõuentu Principes, ut legati ad Rom. Pontificẽ mittant̃ de pace faciendã, & ut explicent quantũ malorũ ortum sit & exoriri adhuc possit ex illa discordia. Missa autẽ est honestissima legatio ex doctis & ex Principibus uiris. Hi ubi uenerunt Romã exposuerunt multis madata, docentq; quãtus religio nis cõtemptus uulgo fieri soleat, ubi uidet̃, Principes cõtemnere ea quæ religio nis sunt, Philippũ autẽ esse iam eo loco, ut nullã aduersarijs reliquerit spem amari ab omnibus, boni Principis dotes cumulati in eo esse. Et nõ esse Principem qui religionẽ maioris faciat, iam partium cõtentionibus coactũ dissentire inuitũ a Rom. Pontifice, quanq; nõ dissentiat, sed eum torquere quod ex Rom. Põif. cum hoste suo sensiat. Hęc & alia multa ubi legati Germani exposuerunt, nomine cõmunis pacis, Papa priuatũ suum negotiũ adfert, petunt si uelit Philippus absolui, & electionẽ suã probari per apostolicã autoritatem, ut filiã suã nepoti Pontificis matrimonio copulet, sperant enim pontificij ex hoc cõiugio magnã partem Italiæ ad se rediturã. Hoc cũ seriõ Romanus peteret Pontifex, pollicereturq; opem suã & studiũ erga Philippum Imper. si hoc faceret. Item addebat Pontifex facile effecturum, ut Otho nihil posthac amplius tentaret. Sed legati nõ parũ offensi, quod Põifex tam apertẽ priuata publicis, carnalia spiritualibus anteponeret, responderunt, sibi non licere in hac re quicq; agere, nec in madata suis habere, suadere autẽ ut Põifex propter matrimoniũ hoc legatos ad Imper. mittat, se autem pro uirili curaturos ut nuptiæ illæ fiant. Nunc autẽ propter ecclesiæ & imperij publicã pacem, & propter euitanda scandala Romã missos, de his rebus agendum esse Pontifex eandẽ canit cantilenã, si filiã dederit, nihil non facturũ eorũ quæ petebat, imò lögẽ plura promittebat q̃ optare ausus fuisset Philippus. Quare Pontifex cum legatis Cæsaris suos etiã mittit legatos, illisq; plenã potestatẽ dat omnia quæ petit Philippus cõcedendĩ, modo filia excõmunicati Principis nubat nepoti Pontificis. Mittit autẽ legationem qua dignior nulla mitti potuisset. Erat legatus Leo tit. S. Crucis in Hierusalẽ Cardinalis, episcopus Hostiensis, & episcopus Velturenis. Qui ubi uenerunt in Germaniã Augusta Vindelicorũ legati honorifice suscepti sunt a Philippo, sed Philippus ex suis legatis quos Romã miserat, cognouit, quã ob causam potissimũ adessent, qd sperarent, quare statuĩt paululũ rem producere et ita põificios alloqui comiter, ut in spem certã uocaret illos filiã nepoti Pont. desponsurũ, etsi nihil de illa re adhuc tractatũ erat, legati tamẽ facile cõficere poterat, omnia p legatos suos imperatori exposita, neq; em legati qd actũ esset Romæ, dicere potuerunt, nisi illud de petitiõẽ Papæ diceret. Ex Augusta igit̃ Philippus

Philippus Spiram secum ducit Pontificis legatos, Spiræ edito edicto publico conuocat omnes Principes ad comitia in Northusen. Vbi natalem domini celebrat, presentibus legatis Pontificis. Admirabatur omnes Romanos cardinalē & episcopum interesse sacris excommunicati Philippi. Sed Philippus propterea ita spe lactarat & suspenderat legatos, ut sic uiderent infirmiores (qui non sine conscientia commercium habebant cum Imperatore excommunicato maxime in sacris) nec auctores excommunicationū semper curare illa fulgura magnopere. In comitijs igitur illis ubi legati exposuerunt Papæ uoluntatē de coniugio filia Imperatoris & nepotis sui, simulque intelligerent Principes ex ore legatorū, quare id peteret Pontifex, nam dicebant nomine dotis ea fore satis quæ in Italia posset Imperatoris nomine cōcedere, quæ alioqui non essent in manibus Philippi, Principes plerique cum Imperatore ridebāt, & admirabant, quæ fronte auderēt tam aperte sua querere. Quare nihil responderunt quod attinebat ad matrimonium illud, sed dicebant, primum oportere mortalium rebus communibus consulere, postquam illa bene haberent & pacata essent, tum ad parua illa priuata descendendum. Legati pontificij ubi negare non audebant, hæc sic habere, rubore suffusi, de pace inter Othonem & Philippum coeperunt tractare, & si proposuerāt prius suam rem agere copulando illos quos dixi, nempe nepotem Papæ & Philippi filiam. Principes igitur de componenda pace inter Othonem & Philippum multa excogitarunt. Tandem placuit omnibus hoc mediū: Vt Philippus Othoni suam filiam in uxore det, Otho non affectaret amplius superstitē Philippo regnum, post mortem uero Philippi Otho regnaret. In his comitijs Bruno Coloniensis episcopus liberatur ex carcere, & cum pontificijs legatis Romam profectus est ibique palliū & cōsecrationem episcopi adeptus est, Adolphus uero, consentiente Imperatore depositus est. Papa ubi cōtemptum se à Philippo uidet, multa contra eum clam & palam machinatus est de quibus nunc breuitati studens nihil dicā, cum plura sint quam ut paucis dici possint. Philippus aliqua ex parte ex turbis negotiorum & bellorum extricatus statuit genio indulgere per aliquot saltem dies, & curare corpus. Cum ergo esset Babēbergæ liberalius pransus, & à prandio in cubiculum secessit cum cancellario & dapifero suo, corpusque quieti dedisset, Otho de Vuitlispach comes Palatinus, qui ob multas causas odium gerebat in regem, festināter ceu rem magnam nunciaturus accedit ianuam cubilis in quo rex dormiebat, grauiusque pulsas, agnitus ab ijs qui intus erāt cum rege intromittitur, gladiū celerrimē educit, & in collum utrat, abscindens iugulares aliquot uenas, nam quod non totū abscidit caput, in causa fuit illorum duorum qui unā in cubiculo cum rege erāt clamor, illo enim & magnitudine facinoris perterritus latro titubauit manu parumque idcirco uulnus infixit, sed letale. Rigore & terrore obstupere cancellarius & dapifer. Tamen uir maximī spiritus dapifer, nomine Henricus de Vualpurg, properat repagulis firmare fores cubilis, simulque clamat maxima uoce, milites uocās. Sed latro confidentissimus & truculentissimus, uulnere in caput dapiferi obstans inflicto tam graui ut caderet, pessulis & repagulis remotis, se è cubiculo eiecit precipitauitque ad equos qui parati expectabāt latronem, itaque equos cōscendit & aufugit antequam quisquā scire ex illis duobus qui erāt cum rege poterat, quid esset. Latrone ex palatio sic se precipitate, clamoreque cancellarij & dapiferi audito, concurritur ad cubile regis, qui uolutatus in sanguine suo exanimis iacet. Ofata inuitabilia, Philippus rex ita perijt cum iam primū inciperet curare corpus. Perijt gladio in cubiculo palatii sui, quo tempore minus hostium habuit quam unquam antea, qui in praelijs toties seruatus est. Regalibus ceremonijs est Babēbergæ sepultus magno multorum luctu & lachrymis. Latrocinio autem tali occisus est Philippus anno domini 1208, quo etiā anno pax est facta de qua iam diximus. Multi amici

amici Philippi clam conspirarunt de ulciscenda morte eius. Otho de Vuitlispach post latrocinium illud continuit se apud Egbertum Babenbergensem episcopum, & eius fratrem Henricum Marchionem. Quare qui constituerant ulcisci necem Henrici, etiā illis insidiebatur. Henricus ergo Marchio de Adersehe paucis post mensibus occisus est in quadam rustica uilla à Marescallo Philippi Imperatoris. Quid Philippus in uita egerit satis dictū est, quali corpore fuerit uno uerbo expediam. Fuit corpore debiliore quā animo, nam sæpe ea conatus quæ per corporis infirmitatē non potuit efficere, à proposito destitit. Fuit enim animo ad maximas quasque res administrandas, bella suscipienda, & prælia ineunda promptissimo. Paulo graciliore corporis habitu fuit, facie dignitatē & animi sublimitatem præ se tulit. Exercitationibus supra modum delectatus est, rarus intra parietes, ruri assiduus. Statim post mortē Philippi cōueniunt Francofordiæ Principes electores, & iuxta pacis cōditiones in Northusen electus est ad Imperiū Otho dux Saxonix, qui ante tātopere laborauerat tot casibus & plijs aliquot annis ut regnaret. Pōtifex Rom. audita morte Philippi, & Othonis electione nō mediocri gaudeo affectus est, quare duos cardinales mittit ad eum in Germaniam ad gratulandum Othoni & Principibus gratias agendum, simul ut Romam inuitaret Otho nem ad imperij coronam accipiendam. Legati igitur illi ubi uenerunt in Germaniam & Othoni pontificia mādata exposuerunt, per multas ciuitates ecclesiasticas iter fecerunt, indulgentias & priuilegia, & peccatorū grauiorum absolutiones dispensarūt. Rex Otho post illa comitiā cōstituit omnia itinera per Germaniā quæ eo tempore latronibus infesta erant à prædonibus & latronibus libera reddere. Quare imperauit ubiq; edicto publicato in prædones & pacis turbatores animaduerti siue essent nobiles, siue non, neminiq; omnino parcere uoluit. Hunc Otho nem nimium familiaribus suis contra æquitatem studuisse scribunt autores. Secularia enim & ecclesiastica beneficia familiaribus suis contulit. Neminemq; ferè circa se habuit, quā quos secum ex Saxonā & Angliā duxerat. Quidam hoc in bonā partē interpretunt, fuisse enim illos qui perseuerarūt cū illo in aduersis. Alienaui à se multos proceres nobiles et plebeios in ijs Germaniæ partibus quibus maxime in bello uicere omnes Imperatores. Quod enim propter Phillipū odium cōceperat contra Suetos, iam in eos euomere conatus est, nam hactenus fortuna aduersa illi negarat. Otho non diu post mortem Philippi Augustæ Principum conuentum celebrat, ubi comitem Palatinum Othonem de Vuitlispach & eius socios perpetrati latrocinij proscripsit, eorumq; possessiones & facultates omnes partim imperio adiudicauit, partim ad alios transtulit. Voluitq; uideri grauius ferre mortem socii sui Philippi, & si scirent omnes uiuum ne an mortuum mallet, sed licebat impune optare uiuum. Nec defuerunt qui crediderunt Othonem de Vuitlispach aliquid ab Othone rege beneficij sperasse ob occisum Philippum. Esto hic suum iudicium cuiq; liberū, dominus solus corda nouit, nosq; nimium sumus procliues ad iudicandum, uel potius calumniandum in huiusmodi rebus, neq; enim est iudicare sed calumniari si quis rem ignotam rapit in peioram partem. Ad proximum post electionem nec comitiā in Hagenau habuit, in quibus expeditio cum magno exercitu in Italiā decernitur. Iubenturq; copiarum duces electi se quā primū parare. Ex Hagenau in Saxoniam proficiscitur gratia delectus militum habendi, & etiam causa illic Philippi nouam nuptam cultodiendi, quā in urbem Brunschuig cum honestis uirginibus & matronibus ducit, iubetq; eam illic leta suum ex Italiā reditum expectare. Conscribitur per Germaniam passim exercitus, Augustæ conueniunt cum copijs omnes ut imperatum erat. Per uallem Tridentinā iter facientes Veronā ueniunt, ubi excipiuntur pacifice & offeruntur illis omnia quæ potest dominus à subiectis sperare. Postea Bo-

non tam usq; uenit, illic statuit experiri totijs Latij Principum animos, & omnia prius tentare uerbis quam armis. Quare Bononiam conuocat omnes Italię Principes & ciuitatum magistratus, cum eis pacē fœderatq; facit, imperat quoq; linguis pro facultatū mensura numerum certum equitū & peditum, contractūq; Italię cis copijs, magnificētissimē peruenit Romā. Tota urbs effusa uenit cum omnium ordinum, ætatum & sexus hominibus Imperatori obuiam, aduētū gratulantur, musicis instrumentis uariorum generum & uocibus canūt. Adest ipse Pontifex Innocentius, qui amplexus Imperatorem ducit ad Basilicā diui Petri, & magnificētia, qua maior excogitari non potuit, coronam Imperialem imponit illi, & benedictione apostolica illum participem facit. Corona imperiali Othone donato Innocentius postulat ob Othone iuramētum de patrimonio Petri defendendo, & sanctę ecclesię obediētiam præstando, Othone hæsitante, neq; tam promptus ad iurandū ut Romani sperabant, improbius autē Romanis exigentibus, oritur tumultus, ad arma cōcurritur, inter muros angustię impediēbāt Germanos, ex tectis & altioribus ædificiorū tabulatis euoluūtur in Casarianos lapides, multi primæ nobilitatis, & familiarissimi quicq; occūbunt. Multi grauiter uulneratur. Otho cum Romanis expostulauit & petijt ab eis resarciri damna, sed uidet nihil in præsentiarum contra eos fieri posse, omnes enim munitiones occupatas tenebant, quare discedit Roma, & Mediolanū usq; profectus ē Germania auxilia uocat, & Longobardorum multitudinem magnā conscribit, & in dittonē sedis Romanę ducit, nihilq; prætermittit nō uastatum. Tusciam & Romaniolam miseris modis perdidit. Et Romę parabant se ad obsidionem perferēdam, nam quotidie nūciabatur cum exercitu aduenire. Post depopulatas ecclesię Rom. terras, Neapolitani regni prouincias, quæ tenebat Fridericus 2. ingreditur, & sibi omnia iurare cogit. Hęc quo animo tulerit Pontifex Rom. nihil opus est dicere, cum uero Pontifici copix deessent quibus resisteret Othoni, & minis nihil efficere posset, admonuerat enim eum per legatos ut ecclesię sua redderet, mittit ad regem Gallię, qui alioqui male uolebat Othoni, semper enim senserat cum Philippo Imperatore cōtra Othonē, precibus & pollicitationibus eum inuitat ad subueniēdum ecclesię, maiorū eis exempla cōmemorat regi, &c. Verū Otho nihil motus Pontificijs minis & conatibus, pergit occupare, uastare, diripiēda militibus dare urbes & castra pontificia. Quare Pontifex Othonē excōmunicat. In Germaniam eum bullis mittens legatos, qui rebellionē cōtra eū excitēt. Et postq; uidet Papa Othonē anathematis fulmine non terreri cōcilio Romę habito episcoporum & cardinaliū eum ab imperio autoritate apostolica deponit, & pronūciauit excōmunicationis sententię subiacerē omnes qui illi faueant, studeāt, beneq; loquantur. Absoluit uero omnes à iuramentis præstitis, anathemaq; iubet esse quicunq; uel nominaret eum Imperatorem aut regem. Otho animum Pontificis exasperatum intelligēs, magis omnia implet tumultibus per Italiā, ducitq; copias in Apuliam & Calabriā, hostiliter omnia uastat, castella militibus donat. Exigit magnā pecuniā à uictis & frumentū, in munitissimas arces conuehit in usum obsidendę Romę. Factaq; est breui incredibilis caritas omnium rerum per totum Latium. Nec paruus timor inuasit Romam: uidit enim successus eius & conatus, Pontifex in Germania defectionem ab illo excitare uarijs artibus tentat. Mittit cum mādatis & excōmunicationum sententijs legatos suos ad archiepiscopum Mogūtinum Sifridum, huicq; mandat ut latam in sancta synodo sentētiā in Othonem diuulget per totam Germaniā, quod scilicet Otho deturbatus ab imperio sit. Sifridus obedit autoritati pontificiæ, & promulgat ubicunq; potest sentētiā Pontificis. Quod episcopi temerariū factum cōmouit ad iram Germanię Principes omnes fere, nam quod episcopus de excōmunicatione dicebat flocci non faciebāt ipso-

rum

tum multi, nam dum adhuc uiueret Philippus occaluerant ad illos terrores Romani Pontificis. Quare comitem ducumq; quidam cum magna nobilium multitudi- ne copijs armatis ditionem omnem ecclesie Moguntinae peruastant & dissi- cia exurunt, monasterijs & templis non parcentes. Sifridus episcopus sibi bene conscius se ob nullam aliam causam promulgasse sacrosanctae synodi Romanae sententiam in Othonem, quam zelo & obedientia erga sedem B Petri, fugit in Tu- ringiam ad comitem Hermannum apud quem latuit, nam is comes quoq; bene cum Rom. ecclesia sensiebat. Germaniae Principes quidam ubi audiuerunt Im- peratoris per Italiam facta, placuerunt, qui scilicet didicerant regnante Philippo contemnere arma quibus aduersarij resistebant, quidam uero factis Othonis resi- stere parabant, alij aliam ob causam, ob excommunicationem multi quoq; qui ti- mebant ecclesiae perniciosissimam discordiam & scandala pessima. Othoni ubi hec sic habere in Germania significatum est, quam primum in Germaniam festinan- dum censuit, quare rebus utcuq; in Italia dispositis, ducit exercitum domum, nec contemnendam pecuniam ex Italia secum attulit. Inuenit uero Germaniam tu- multuantem seditionibus, erat enim diuisa in partes, alijs pontificiam potestatem despicientibus, alijs eam suspicientibus & formidantibus. Anno igitur post na- tiuitatem Christi 1212. Otho reuersus in Germaniam mense Maio Norinbergam omnes Germaniae Principes conuocat, illic Principibus commemorat Romano- rum perfidiam, & multorum nobilium fortium uirorum caedes ob oculos ponit, iniquas petitiones Pontificis & dolos exponit multis uerbis. Adhortatur Princi- pes ne submittant & deiciant generosos animos, ut macipia Romanorum fiant. Addit praeter reliqua se paratum imperio cedere, si Principibus electoribus uidea- tur inutilis & meritis ut deponatur, nam Pontificem Romanum propterea sibi irasci, quod contra imperij dignitatem & utilitatem non uelit eum audire per omnia. Principum igitur iudicio suam causam subiicit, & imperij Rempub. committit. Insidiari enim Innocentium imperio & facultatibus Germanorum, imprimis Ro- manis molestum esse quod ius Imperatorem eligendi apud Germanos sit. Quod sublatum, inquit esset, si Pontifex posset deponere Imperatorem pro sua libidine, ut praesumpserit. Principes igitur cordatiores erant quam ut non uiderent quid seque- retur, quantaue esset eorum potestas Imperatorem eligendi, si ratam haberent sen- tentiam Papae deponendo ab imperio Othone. Cumq; in hanc sententiam Im- perator quosdam confirmasset Principes, quosdam alienatos reconciliasset, quos- dam ad maiorem iram in Pontificem concitasset, decretum est bellum contra Her- mannum Turingiae comitem, qui audiebat Pontificem Romanum, & propterea Sifridum Moguntinum episcopum fouebat. Quare celeriter copijs contractis in- uadit Hermannii ditionem, & primum arces Rodenburgum & Saltzingen mu- nitissimas loci natura & operibus hominum. Agros quoq; in illa regione uasta- uit totos. Oppidum Vuizense incendit, sed prius diripiendum obiectum militum furori. Scribunt autores tum primum machinam illam bellicam inuentam quam Trybock Germani eius inuectores nominarunt. Inuentam autem, certis argumen- tis colligitur, in ijs Germaniae locis ubi post inuenta sunt Bombardae, nempe No- rinbergae. Turingiam igitur nimis crudeliter totam eo bello uastauit. Post hanc hostilem depopulationem Turingiae in urbe Northusen Saxoniae cum filia Phi- lippii nuptias imperiali magnificentia celebrauit. Post nuptias quarto die noua nupta moritur. Suspiciabantur alij aliam mortis causam fuisse, quidam dicebant uirginem non inuentam, quidam concubinas magis Imperatori placuisse, fuerunt qui putabant per pellices ueneno sublatum, non conscio Imperatore. Inimici & pontificij palam dicebant per Imperatorem uenenum illi datum. Dum haec agit

Otho cum suis, aduersa pars quæ adhærebat Pontifici, cuiusq; aliâs non placebant facta Othonis, erât autem præcipui aduersariorû eius Sifridus Moguntinus archiepiscopus, Boëmiæ rex, episcopus Treuirensis, item Hermannus comes Turingie, dux Austriæ & alij quidam, qui cõuenerunt, cõmuniq; sententiâ decreuerunt, reuocare Fridericû Henrici Imperatoris filium, eumq; appellant Imperatorem, loco abrogati Othonis. Passim ad Principes & urbes scribebant & agebât adolescentis Friderici causam, admonentes eos iuramenti quod olim per totum imperiû puero factû erat. Item quàm liberali & generosa indole puer sit, quancq; benè & modestè educatus sit declarât. Quare ad eum legationem honestam mittunt, & ad suscipiendum imperium uocant, spem faciunt, deum fortunaturû conatus eius contra hostem ecclesiæ Othonem. Mittunt autem Anselmum de Lusingen & Henricum de Nyfen summos eloquentia, nobilitate & fortitudine uiros. Qui ubi ad Fridericum adolescentem ueniunt, exponunt illi omnia, quomodo abrogatus sit Otho, expectari eum à maiore & meliore parte Germaniæ, odire bellicosimos Germanos Othonem. Pontificis potestatem & autoritatem illi probant, si forte dubitaret. Regem Franciæ quoq; cõtra Othonem ad futurum, si opus sit omnibus neruis, pollicentur. Fridericus agit gratias pro uoluntate in se Principibus, sed rem periculosam et magnâ esse, deliberatione propterea opus esse. Dux etiâ Brabantiæ multis ex causis infensus fuit Othoni, quare copijs armatis Leodium obsidet, & per uim capit urbem & multos ciues, episcopus fuga sibi cõsulit. Hac expugnatione Leodium est miserrimè à militibus direptum, nulla ullius loci est habita ratio, nō monasteriorum, non ecclesiarû, Ecclesiasticæ personæ non aliter tractatæ sunt, quàm seculares. Alia quoque Othoni subiecta diripuit hic dux Brabantiæ. Et animos addidit multis audendi rebellare Othoni. Anno domini 1212, fuit hæresis in Alsatia, qua seducti erant nobiles & uulgus. Affirmabant quolibet die licere carnes comedere, in piscium esu immodico tam inesse luxum, quàm in reliquis carnis generibus. Item male facere, qui contrahere matrimonia prohiberēt, cum deus omnia crearet, & sancta omnia sint cum gratiarum actione accepta à fidelibus. Hi pertinaciter opinionem illam suam defendebant, & credebant multi illis, nec dubitabant blasphemias dicere in sanctissimum dominum Papam qui prohiberet ecclesiasticis contrahere, & quibusdam diebus à cibis corporum humanorum constitutioni idoneis. Quapropter Pontifex Rom. præcepit eiusmodi homines è medio tollere. Suntq; uno die circiter centû ab episcopo Argentinensi cõbusti. Multi carceribus mæcipati donec reuocauerunt palàm professi se errare. Fuerunt præterea multæ discordiæ in ecclesia, nec abstinebant à sacris faciendis quos excommunicauerat Papa. Iterû mittuntur legati ad Fridericum Siciliæ regem iuuenem, ut ad suscipienda imperij insignia ueniat, Fridericus uix tandem persuadetur ad tantæ difficultatis rem. Quare copijs collectis pro facultate, comitantibus eum Germanicis legatis, Romam primum petit. Ad Innocentium in hanc sententiam orationem habuit: Se suas terrene facultates non ignorare, nec tam stupidum esse, ut non expenderit quid ferre humeri sui possint, tamen, præsentibus legatis Germanorum testibus, uix inductum ut conetur tãtam rem. Potissimam autem causam quod conetur esse ecclesiæ infelicem statum, qui bonus esse non possit, regnante hoste ecclesiæ, homine Satanæ tradito. Fuisse autem quoque, addit, quod imperium illi iure debeat. Quæ omnia etiâ nullo dicente bene sciebat Pontifex. Postremo huc uenit omnis eius oratio, ut coronâ imperiali donet Pontifex eum quo maiore autoritate in Germaniam ueniat. Pontifex nondum coronandum iudicat, sed mittit cum eo legatum cardinalem, ut mandet autoritate apostolica Principibus & ciuitatibus

ciuitatibus per Germaniam, ut ab Othone anathemate percusso, & ab imperio deposito recedant, & Friderico secundo obtemperent, qui olim puer ab eis electus sit & cui praestiterint iuramentum, à quo nondum absoluti sint, Fridericus igitur Pontificis legato, & Germanicis legatis, copiisque Pontificis opera per Italiam aut per alpium difficiles (nam recta propter insidias Othonis ire prohibebatur) uias uenit in Rhetiam, illic à Curiensi episcopo & nobilibus cum magna reuerentia susceptus, ductusque ad Constantiam urbem est. Ibi consedit per aliquot dies & ex Sueuia copias cogit, procerumque Sueuorum auxilio selectissimi Germanorum milites ad eum magna copia ueniunt Constantiam. Otho ne uires eius crescerent, festinans cum exercitu Constantiam uersus tendit, ubi in Sueuiam uenit, omnia ferè sibi infesta reperit, pergit autem usque in Uerlingen oppidum, sed Fridericus copiis & amicis sociisque ciuitatibus & Principibus multò præpollebat illi. Quotidieque deficiebant nobiles & gregarij milites ab Othone ad Fridericum. Germania enim benè sperauit semper de hoc Friderico cum adhuc esset puer, & sciebat ad eum imperium iure pertinere. Otho igitur uidens se in Sueuia destitutum sociis, omniaque inclinari ad Fridericum, descendit ad Brisacum usque oppidum ad ripam Rheni situm, illic omnia tentauit ut auget uires, sed alienos reperit quos putauit nunquam a se separari ulla fortuna posse. Quoslibet autem obuios milites conscribit, qui Principi non obedientes, excursus quotidianos ex oppido faciebant, atque uiciniam Brisaci diripiebant. In oppido etiam ipso manus non abstinebat à facultatibus, uxoribus, uirginibusque ciuium, oppidani igitur ad se intro missis uicinis, eijciunt Othonem cum rapace colluue militum extra urbem. Otho in Saxoniam reuersus est. Fridericus per urbes in utraque Rheni ripa situs descendit, ubique suscipitur, ceu decet excipere Imperatorem, usque ad Hagenau quod oppidum erat totum addictum Othoni, constitueruntque extrema omnia experiri potius quam deficere. Quare portis clausis negarunt Friderico aditum. Fridericus mox obsidione oppidulum circumdat, & fossis completis muros diruit, paucisque diebus ad deditiorem compulsi. Veniunt ergo ad eum ciues gratiam & pacem petunt, rogant ne eis fraudi sit fides & constantia erga suum dominum, cui iurarint fidelitatem, idem posthac facturos Friderico, promittunt: his in fide igitur susceptis, pergit perque omnes ciuitates ceu rex & Imperator magnificentè pro cuiusque facultatibus excipitur. Vbi Moguntiam peruenit, comitia celebrauit, illuc confluunt multi quos non expectauit, deficiebant enim ferè omnes paucis diebus. Argentinensem episcopum auelli ab Othone posse sine armis nemo sperabat, uenit ultro ad illa comitia & Fridericum appellat Imperatorem. Veniunt episcopi Basiliensis, Constantiensis, Spirensis, Herbipolensis qui plerique credebantur, fauere Othoni. Nam Archiepiscopum Moguntinum & Treuirensem adfuisse, nihil opus est dicere, quos ex professo hostes fuisse Othonis iam antefatis dictum est. Adfuit comes Palatinus Rheni, Lätgrauus Turingia, rex Boemia & alij multi, qui omnes Fridericum appellarunt Imperatorem semper Augustum. Finitis comitijs Moguntinensibus recta Coloniam descendit, hinc feliciter peruenit Aquisgranum, ibique est unctus & coronatus ab archiepiscopo Moguntino. Porro Fridericus animaduertens amicitiam regis Galliarum maximo usui sibi esse posse, quare mittit ad eum legatos, dies & locus constituitur, ubi foedus inter reges fiat. Apud Vallicolorem autem conueniunt, rex mittit suum filium Ludouicum, nam ipse propter ualetudinem uenire non poterat. Foedus igitur est inter eos factum quamdiu superstitis essent. Fridericus per Germaniam uisitat ciuitates potissimum eas quae suspectae erant Othonis partibus fauere. Verum omnes subiunguntur sine negotio, neminem enim latere potuit actum esse de Othone.

Quare Otho omni spe in Germania destitutus, cōiunxit se Ioanni Anglorū regi & Rainaldo Bononiæ comiti. Quibus opposuit se Philippus rex Galliarum, & superauit multis prælijs. Rex Angliæ enim facto fœdere cum comite Flandrensi nomine Ferdinando magnam classem ad Granatingos Flandriæ urbem duxit. Contra Ferdinandum ducit copias rex Galliarum, Brugas urbem capit, mox Grandanum obsidet, sed ante deditionem soluere obsidionem coactus est, rex enim Angliæ illi aliquot naues ceperat. Porro rege Galliarum occupato in Fladria, Otho copijs suis, quas collegerat undecunq; illisq; magis prædam quam obsoniū pollicitus erat, comitatum Geldrensem à Friderici partibus stantem uastauit & diripiendum militi præbuit. Postea coniunxit se regi Angliæ & Ferdinando comiti Flandrensi, qui unà aduersus Philippum Gallorū regem duxerunt copias, Philippus illis apud Tornacum occurrit, congressisq; in loco æquo, diu pagnarūt fortiter utrinq; sed longè multitudine superior Galliarum rex uincit, fugatosq; multos cædit & capit. Captus est etiam comes Ferdinādus, Otho euasit fugitq; in Saxoniā. Vbi desperatis omnibus rebus mœrore animi confectus incidit in morbum corporis, obiitq; paucis diebus magnis doloribus corporis & animi affectus. Cladem illam ultimā Otho accepit, & mortuus est anno 1214. Quæ postea bella Gallus cum Anglis gesserit, & si hic requirere locus uideatur, ut dicantur, tamen quoniam apud alios omnia sunt commissa literis, & non propria Germaniæ, prætereo, hic ergo huic libro sit modus.

DE GERMANIS

LIBER VIGESIMVS.



Ost deuictum & fato functū Othonem, Fridericus denuo Moguntiam conuocat imperij proceres ecclesiasticos & seculares, ibi de communi pace facienda multa statuuntur, & de reliquis partium Othonis tollendis primum, deinde de expeditione suscipienda in Turcos consultatur. Item iterum Moguntinus episcopus magnificentissimis ceremonijs Fridericū coronat. Postea in Sueuiam ascendit & omnia disponit diligenter, & iubet ut parent se ad expeditionem contra Turcos, nam Imperator uoto se ad eam expeditionem obligauerat, si uincere concederetur à deo domino exercituum. Ex Sueuiā rursus cum ualida armatorum manu descendit ad Mosellanos. Et Treuirenses in fidem accepit, & omnia oppida & arces in illis regionibus ad deditionē autoritate nominis tantū coacta, in sua iurare uerba cōpulit. Verit deinde signa in Lotharingiā, & Metenses, Leodiensesq; omnesq; iurare sibi cōegit. Postea copias per Mosam traiectas ducit cōra Henricū Brabantie ducē, qui semper studuerat Othoni. Vbi aduētare audiuit dux Fridericū festinat illi obuiam, superplexq; pacē petit, animi gratitudinē operā & obediētā suā promptā in quibusuis periculis promittēs. Impetrauit autē quæcūq; petijt ab Imper. dedit autē obsides aliquot nobiles, & filiū suū. Hoc tēpore Treuirorū archiepiscopus Colonia profectus est, ut illic ciues ad obtemperandum Imperatori induceret, & absolueret ab excommunicatione in qua cum Othone diu fuerant, nec enim ullis bullis mandatis uē unquā potuerūt moueri quo discederet ab Othone. Quare ubi archiepiscopus mentes ciuū mutatas cū fortuna uidit, celebrauit missam in templo diuisi Petri

Petri, coram omni populo & absoluit totam ciuitatem ab excommunicatione. Eodem die uenit illuc Fridericus Imperator, estq; cū magna reuerentia exceptus ab omni populo, ubi autem ciues illi iurarunt, ascendit in Sueuiam, ibiq; de expeditione in Turcos cum Principibus agit, milites deligunt, omnia cōparantur ad expeditionē necessariā. Offerūt autē se illi Principes ad militiam, Fridericus 2. Imperator dux Morauia, dux Brabātia, dux de Lemburg, dux de Ancei, comes Luacensis, comes de Tubingen, comes Lohensis, Marchio de Baden, comes Montensis, comes Sphanhemensis, comes de Nassau, comes Feldensis, comes Hirsutius, comes Syluestris, comes Synensis, Episcopi Moguntinensis, Leodiensis, Babenbergensis, Herbipolensis, Patauiensis, Argentinensis, Eichstatensis, Cōstantiensis, Augustensis, hi omnes relicturni omnia pollicētur se Hierosolymam usq; contra hostes ituros. In Gallijs rex se quoq; parat, & rex Angliā. Sed in apārādo anni prātereunt aliquot. Ad alia nos cōferamus instituto nostro propiora. Fridericus in Italiam profectioem parās contrahit ingentem exercitum, rebellare enim per Latū audit multos, ubi uenit in Italiā fines, obuīam ueniunt, & omnia quæ pacis sunt optāt omnes, nam uix alius Imperatorū ante eum exercitū numerosiore ex Germanis & paratiore in Italiam duxit. Itaq; primo aduentu coronatus est à Pontifice Romano Honorio. Sed diutius in Italia cōmoratus, militum petulantiam & licētiam non satis compescens, odio tandem habitus est ab Italis. Conspirant igitur quædam ciuitates in eum. Quare in Tuscia exigens iura imperij, & leges ferēs, multis insidijs et dolis petitus est. Imprimis uero ignominiosē Bononienses eum tractarunt. Multiplicibusq; insidijs & assiduis dolis ita diminutus est exercitus, ut insignia imperialia in Sueuiā miserit, custodienda, & filium octo annos natum cōmiserit bene educandum & instituendum, ut decet Principem futurū, ipse aut mori aut ulcisci ignominiam, qua per Italiam notabatur passim, iniurias sibi illatas, insidiasq; quibus magnā partē exercitus perdidit. Idcirco per Italiam usq; ad urbem Romā omnia cum reliquo exercitu hostili uastatione prostrernit. Compererat enim & Pōtificem sentire cum hostibus suis. Patrimoniū sancti Petri impiē tractauit, urbes diripuit, agros uastauit. Pro suo arbitrio episcopatus & omnia ecclesiastica beneficia contulit suis amicis, eiecit qui à Pontifice instituti erant. Quæcunq; ex ecclesijs undiq; ad Pontificē Romanum redibant, ipse præripuit. Pontifex mittit ad eum legatos qui admonerent quomodo a Pontificibus Rom. sit adiutus, quibus autoribus peruenerit ad imperium, nempe ab ecclesiæ obtemperantibus, resistentibus imperij hostibus maxime. Hæc ille quo sæpius in memoriam a pontificijs reuocantur, hoc Imperator magis fæuit. Pontifex iterum iterumq; adhortatur eum, minatur nisi resipiscat, & ecclesiæ ablata reddat, se anathemate percussurum & ab imperio depositurum. Othonis recēs exemplū ob oculos illi ponit. Hæc Fridericus omnia spernit, pergit in proposito, affligit quātū & quos potest ex subditis Papæ. Quā ob rem Pontifex excommunicat eum, priuatq; imperio, in synodo patrum Romæ congregata, & omnium omnia iuramenta illi ut Imperialia & regi præstita, irrita pronūciat, cōtra faciētes absoluit, imperatq; mādato apostolico ut aut omnes ab eo discedāt, aut cum ipso anathema sint. Hæc in eum euulgantur & in Germaniam per legatos pontificios perferantur, commouent multos, nam Honorius habebatur uir sedi pontificiæ dignus, hoc est nihil æque curans, atque Rempubicam uniuersalis ecclesiæ & pacem eius. Fridericus contrā, minatur se propediem in urbem Romam uenturum, & purgaturum ecclesiam Beati Petri, ut nemo illic sit, nisi qui sequatur uestigia apostolorum. Porro ubi audiuit in Germania agi ut alienentur animi ab eo, quantum potest per angustiam temporis, res Italicas disponit, & in Germaniam, properat, ne absentia sua defectioni locū ullum det.

Vbi

Vbi in Germaniam uenit conuentū Principum habuit Herbipoli, ibi se excusa-
 uit, & refutauit omnia quibus per Germaniā accusatus erat. Enarrauit enim or-
 dine quibus insidijs & dolis contra Germanos uis sint Itali, in quā discrimina ue-
 nerit, & quā damna ab illis passus sit. Apologia itaq; placatis Principū animis, in
 eisdē comitijs à Principibus electoribus impetrauit, ut in Germanorū regem ele-
 gerint Henricum filium suum, admodum adhuc adolescentem. Paucis post die-
 bus, conueniunt Principum multi Aquisgrani, ibiq; adolescens Henricus ab ar-
 chiepiscopo Coloniensi ungitur & coronatur in regem. Imperator constabilitis
 rebus in Germania, & adolescēte rege uiris sapientibus cōmisso, reuertitur cum
 copijs in Italiā. In eam ubi uenit, statuit primū leni amicoq; animo omnia tenta-
 re. Prædixitq; publicè omnibus se patrio animo administraturū omnia, nisi qui
 nolint obtemperare æquis legibus. Rogauitq; Italos ut potius experiri uelint bo-
 nitatem & lenitatem, quā iram & sœuitiam suam. Eodem tempore Hierosoly-
 mitanus rex nomine Ioannes (amisso toto ferè regno, ijs quæ illi in Syria reliqua
 erant munitis per præsidia) uenit Romā, gratia petendi auxiliares copias. Rex igitur
 ille Hierosolymitanus & Pontifex intelligētes uehementer opus esse sibi au-
 xilio Imperatoris Friderici, eumq; alioqui uouisse iam olim, se militatum iturum
 contra hostes fidei Hierusalem usq;. Quare mittunt ad eum legatum, qui signifi-
 cent illi, quod rex Hierosolymorū petat ut in gratiam cum Pontifice redeat, hoc
 enim statum ecclesiæ & hæc tempora, quibus hostes fidei ita prosperentur, requi-
 rere. Fridericus pacis quoq; amans & cupidus consentit, sit pax inter Imperato-
 rem & Pontificem. Fridericus reddit ablata ecclesiæ, & promittit se cum primum
 liceat ducturum copias aduersus hostes fidei, ad recuperandā Hierusalem. Item,
 Ioannes rex filiam suam in uxore locat Friderico, eiq; dotis nomine dat ius suū
 in regnum Hierosolymitanū. Propterea Sicilia reges usq; ad nostrā memoriā ti-
 tulum Hierosolymorū regni sibi uendicāt, appellanturq; Hierusalem reges. Ro-
 mam igitur adducitur filia regis, Romæq; celebrantur nuptiæ. Post nuptias, cum
 sponsa proficiscitur Imperator in Apuliam, ibi cum noua nupta non nihil tēpo-
 ris trahit. Hæc dum à patre in Italia agunt, filius Hæricus rex in Germania Fran-
 cofordia comitia Principū celebrauit, ad illum Principum conuentum ueniunt
 quoq; literæ Friderico nunciantes uenturum Fridericum in Germaniā, ut deli-
 beret de regni Hierosolymitani recuperatione, in literis quoq; scriptum erat, Fri-
 dericum Imperatorem esse regem Hierosolymorum, quo nimirum plures Ger-
 manorum incitarētur ad militiam illam. Eodem tempore misit etiam Honorius
 Pontifex cardinalem legatū in Germaniā qui adhortaretur Germanos ad prom-
 pto animo suscipiendam expeditionem illam in terram sanctam. Hic cardinalis
 ubi uenit in Germaniam, Coloniā cōuocauit Principes Germaniæ, illicq; eos
 cohortatus est ad honestissimam, utilissimam & necessariam expeditionem susci-
 piendam. Collegit etiam hic cardinalis non paruam pecuniam in Germania ad
 usum expeditionis in Turcos. Hoc tempore filius Friderici Hæricus rex Germa-
 norum duxit in uxorem filiam ducis austriæ, nomine Margaretam, nuptiæq; ma-
 gnificētia planè regia sunt facta in urbe Norinberga. Eo anno inauditi rigoris
 hyems fuit, & longa non minus quā dura. Et hyemem magna fames est conse-
 cuta, non solum per Germaniam sed & Gallias. Hoc tempore multæ fuerunt in
 Germania seditiones, contemnebant enim quidam iuuentutē Henrici. Conuen-
 tusq; multos habuit, sed parū profecit. Eo anno quo Fridericus & Principes alij
 multi erant accincti in expeditionem contra Turcos, ut in Germania, sic etiam in
 Italia excitauit Satan qui institutum honestissimum impedirent. In Italia enim
 contra Imperatorem conspirarunt Longobardi, quæ cōspiratio multis annis du-
 rauit, animos cōspirandi illis addiderat occupatio Cæsaris in expeditione paran-
 da ad

da ad Hierosolymorum regnum capiendum. Conspiratio autem illa (quam illi uocarūt confederationem) impediuit ualde profectionem Hierosolymitanam. Rursumq̄ expeditio ad Hierusalem recuperādā impediuit Imperatorem, quo minus conspirantes punire potuerit, erat enim Fridericus totus in hac expeditio ne paranda occupatus, id quod Longobardi non ignorabant. Imperator igitur ad Honorium legatos mittit, eumq̄ rogat ut sua autoritate Longobardos reuocet in uiam, si cupiat profectionem cōtra Saracenos maturari. Pontifex uero tam frigidè negotium agit, ut magna suspicio facta multis sit, Pontifice socio aut etiā autore hanc conspirationē inceptā. Tamen tantopere gestiebat animus Imperatoris uidere loca sancta Hierosolymitana ut post habuerit omnia expeditioni semel instituta. Mittit ad Longobardos legatos qui eos à proposito promissis, et minis auocent, adhortentur autē contra Christianorū omniū hostes, unde gloriā apud homines maximā apud deum uitam æternam consequi possint. Promittit quoq̄ illorum militibus maius stipēdium. Iubeatq̄ magistratuum summorū animos tentare, sed frustra, accipiūt enim munera tamen suorū rem agunt. Fridericus quoq̄ mittit legatos ad Henricum filium regem ut Aquisgranum Principes cōuocet, quid in eo conuentu fieri uelit significat, nempe ut adhortetur Principes ad Hierosolymitanum bellum, illisq̄ demonstrat quam gratum sit Imperatori facturus qui se promptè paratum offerat, diemq̄ indicat quem statui profectioni cupiat. Filius exequitur patris iussum, conuocantur Principes, de bello contra infideles, ita enim loquebantur, sicut adhuc hodie, agitur. Fuerunt in illis Principum comitijs ferè omnes Germaniæ Principes. Episcopus Coloniensis uxorem Henrici regis, filiam ducis Austriæ, in eo conuentu iunxit & coronauit, & in regalem sedem iuxta maritū collocauit, reginamq̄ appellauit. Hoc factum est anno 1227. Porro cū diutius cessaret Imperator, uidereturq̄ de industria cessare, et causas differendi querere ne iter maturandum esset Hierosolymam, quod esset tot periculis & casibus plenum, Pontifex Romanus Gregorius nonus (nam obierat Honorius Papa) præcepit Friderico Imperatori ut quæadmodum promiserat Pontifici Honorio & socero suo regi Hierosolymitano, deoq̄ uouerat, quam primum cum copijs in Asiam proficiscerē. Minatusq̄ est illi Pontifex anathematis poenā, nisi profectionē maturet. Fridericus cōsciūssimè promissi uoti ue pollicetur se libenter primo quoq̄ tempore iturum, adhortaturq̄ uicissim Pontificem ut admoneat reliquos per Christianum orbem passim huic expeditioni destinatos, id Pontifex promptè facit, ut omnes armati cruceq̄ signati ad diē conueniant Brundisij præcipit, missis quaqua uersum tabellarijs. Dicitur autem dies est primum ueris tempus. Præterita bruma cum primo uere conueniunt ingentes copiæ ad Brundisium præcipuè ex Germania & Gallia, expectat diu Fridericus Imperator, detinebatur enim morbo graui corporis, multi alias causas suspicabantur esse, alius aliam fingebat. Dum autem illic moram facerent tantæ copiæ, aëris nouitate tentantur, fortassis corruptus fuit aër ex fœtore qui cōsequi solet magnos exercitus: magna igit̄ multitudo morit̄, etiā clarissimi duces, ex quibus fuit & Turingiæ Lantgrauius. Potissimum enim Germani asueti frigidiori cœlo, peribant, calidiorē enim aërē ferre nequibant, item fontium potu frigidissimorū uinisq̄ austeris domi usi, illic nullam similem fontanam aquam, uinossima & calidissima uina rārum, reperiabant. Tandem, magna parte exercitus per pestem abrepta, mense Augusto uenit Fridericus, nec moratus ob pestilentē aërem cum omni classe Brundisio discedit, & Asiam recta petit, sed in medio cursu uertit classem & reuertitur nō sine ignominia, palam enim iam omnes clamabant formidolosum hominē, mollem, periturum, nunquam enim in animo habuisse proficisci contra hostes fidei, imperio dedecus esse. Pontifex Romanus ubi certior factus est, Fridericum copias ex

medio cursu reduxisset, statim convocato patrum concilio, communi concordia omnium
 sententia, iudicat eum excommunicatum auctoritate lata sententia excommunica-
 tionis predecessoris sui Honorij, nam illi promiserat, se profecturum Hierosoly-
 mam cum exercitu. Quo autem omnibus certum esset eum excommunicatum,
 denuo eum anathema denunciatur, quoad non expediat expeditionem Hieroso-
 lymitanam. Et hanc sententiam in eum per legatos promulgat in Germania, Gal-
 lia & Italia. Fridericus ubi intelligit, illam Romani Pontificis sententiam ubique
 locum inuenire, seque futilem haberi, & multis odiosum esse, periculumque certum ex
 illo contemptu futurum tandem ut deturbetur de imperio, anno proximo post, uer-
 no tempore nauigat cum Germanorum & Italicorum multis legionibus in Syriam,
 Acam peruenit, ibi multis egit cum Sultano de pace, tandem inter eos ita conue-
 nit, ut Sultanus Hierosolymam Imperatori reddat, templo domini excepto, totumque
 regnum Hierosolymitanum restituat, exceptis arcibus quibusdam, nimirum illas
 quae robur regni erant, Induciae decem annis sunt etiam factae inter Christianos &
 Saracenos. Quare Fridericus capit possessionem urbis Hierusalem & regni illius.
 Constituto deinde patriarcha, coronatus est appellatusque Hierosolymitanus rex.
 Mittit autem in Europam legatos qui significarent Pontifici & Principibus quo-
 modo coegerit Sultanium ad reddendam Hierosolymam, Pontifici uero pax illa
 cum Sultano non placuit, nec quicquam in ea stabile esse posse praeuidit, robora
 enim regni retinebant hostes, ut cum primum dilapsus esset exercitus, facilia omnia
 essent receptu. Nec erat tam rerum imperitus Fridericus ut hoc non uideret, sed
 animus erat in Germania & Italia, satisque illi erat uotis satisfecisse. Sic fit cum uena-
 tur aliquis inuitis canibus. Pontifex igitur grauius ubique accusat Fridericum
 unquam antea, praedicitque breui rediturum & Sultanium omnia recepturum. Effe-
 citque ut per imperium multi rebellarint Imperatori & debita non reddiderint, praefe-
 ctos eius eiecerint. Totum regnum Apuliae armis coegit se subtrahere ab obedi-
 entia Imperatoris. Quod ubi nunciatum est Imperatori, celeriter magnis itineribus
 contendit in Apuliam, cum copiarum parte. Reliquit autem Hierosolymis Se-
 nescallum suum cum maiore exercitus parte ne statim post discessum suum reci-
 peret hostis foedifragus omnia, male ipse audiret in Europa, & auctoritatem no-
 menque perderet. Vbi autem peruenit in Apuliam misit sine mora in Sueuiam ad co-
 gendos milites & sibi adducendos, qui quam primum uenerunt Apuliae regnum
 recepit, ignoscens omnibus qui armis coacti sunt ad defectionem, qui uero ultro
 defecerant grauibus supplicijs affecit. Cum autem animam & facta Pontificis in
 se explorata haberet, ditionem ecclesiae, quod patrimonium B. Petri uocant, scilicet
 ducatum Spoletanum, Marchiam, Anconitanam, Beneuentanam urbem & alia
 ecclesiastica bona inuadit, & capta diripit. Fridericus uero finem Tragodiae peri-
 culosum uidens, mittit ad Pontificem, pacem & ueniam rogat. Pontifex exigit si
 uelit absolui & quiete imperio praesse, ut ecclesiae omnia reddat, praeterea ob illa-
 ta damna soluat magnum auri pondus, quod a Friderico factum est. Quare ab-
 soluitur & iterum Imperator & rex Siciliae appellatur. Tantum potuit uis auri. Nam
 Pontifex Romanus ob inhonestam pacem, ut ille dicebat, quam Fridericus cum
 Sultano fecerat, testatus est multis praesentibus nunquam absoluturum se Fride-
 ricum nisi redeat in Syriam & serio uotis satisfaciat, deum enim sic non falli, qui
 uelit sibi ex toto corde seruire. Non modo promissis non satis fecisse, inquebant,
 ante aurum acceptum, pontificij, sed etiam illa expeditione grauissimas poenas meri-
 tum, quod tot bonos uiros frustra fatigarit, multos perdidit. Quas ob causas
 multo praestitisset ipsum domi manere, &c. Eisdem temporibus dux Moscouiae
 & Polonorum uenit Romam petensque a Pontifice ut mitteret probum quempiam
 uirum Prutenis qui praedicaret Christianam fidem, Missus est episcopus uir ad eam
 functionem

functionem idoneus. Sed Pruteni noluerunt apostolū audire, dicebant eum non propter euangelium religionemq; Christianam uenisse, sed ut tyrannidem in se exercerent Christiani. Hanc ob causam Pruteni irati arripuerunt arma & totam ferè Poloniam depopulati sunt, & ex ea solitudinem uastissimam fecerunt. Nec his cōtenti crebris incurfionibus, miserè uexarunt postea diu Christianorum uicinas regiones, occisis non solū uiris sed & mulieribus & infantibus. Abducūq; magnam multitudinem utriusq; sexus in seruitutem durissimam, labores scilicet & operas iumentorum. Sacerdotum & monachorum magnum numerum capiunt ad loco equorum & boum trahenda aratra. Tempa, monasteriaq; redigūt in cinerem. Polonorum dux, nomine Conradus, inuocat, auxiliū Pontificis Romani & aliorum Christianorum Principum. Belli tota moles à Pontifice Romano imponitur Teutonicorum ordini. Qui strenuè negotium quantūuis difficile suscipiunt. Primum ergo in Poloniam mittitur cum armata militum Germanorum manu Conradus de Lansperg, qui cum in Poloniam peruenerunt in hostium conspectum, adiunctis Polonis reliquo Germanorum exercitui sine cōtatione & præcedente natura deliberatione cum hostibus temerè congregiuntur, dumq; maximis animis pugnatur cadit utrinque innumerabilis multitudo. Dux ipse Conradus de Lansperg uulneratus cadit, cadunt & alij duces. Quod ubi Poloni uiderunt, terga dederunt, Germani uero qui cum Conrado de Lansperg uenerant, confusi quidē non mediocriter, nonnihil cum Polonis primum cesserunt, sed tandem à fortibus, qui inter eos erant plurimi, adhortati de integro fecerunt in hostes impetū tantum ut hostes cedere coacti sint ex campo ubi prælium fuit, ita tamen Pruteni cesserunt, ut fugisse dici non possint. Postquā recesserūt Pruteni, Germanis maior cura fuit uulneratos curare, quàm insequi hostes, iacebant enim duces eorum in solo letaliter uulnerati, qui sublatis cum omnibus uulneratis curati sunt, dux Conradus de Lansperg ualitudini bonæ restitutus est. Dux Polonorum, quo fidiōres & paratiores haberet copias ordinis Teutonicorum cōcessit quicquid possent à Prutenis recuperare, ex ijs quæ tum bello capta obtinebant. Quare breuī receperunt Colmensiū & Lubonia regionē quas sibi reseruauit Magister ordinis Teutonicorum. Sub idem tempus quidam fratrum Teutonicorum uenerunt ex Hierosolymis uiri militaribus dotibus cumulatissimi, quibus Prussia imperium est concessum si uincerent eos, nam erant uicinis suis Germanis magno oneri propter crebras excursiones & rapinas. Itaq; ij assumptis belli socijs militibus Germanicis profecti sunt ad illos qui in Polonia erant fratres Teutonici ordinis, coniuncti Prussiam inuaserunt, ceperunt, ad Christianæ religionis professionē cōpulerunt, multis postea ijdem fratres Prussiam ædificijs exornarunt, & hæcenus possederunt. Circa hæc tempora mare terminos suos egressum exundatione sua perdidit penè totam Frisiā. Miracula multa & prodigia per hæc tempora scribūtur facta per Germaniam & alias nationes, quorum quædam uera, quædam ficta puto, quæ apud multos alios est inuenire multis scripta, quidam enim immodicè oblectantur hoc genus figmentis. Quamquam, ut dixi, non nego quædam uera esse. Post hæc omnia Fridericus 2. ob singulares uirtutes ducum Austria, ducatum illum in regnum euexit, appellauitq; eos duces reges. Cuius rei testimoniū præbet epistola Friderici quæ ad uerbū sic sonat: Fridericus dei gratia Romanorū Imperator, &c. Fridericus duci Austria & Stiria suo dilecto principi & comiti Carniola gratiam suam & omne bonum. De fulgore Throni Casarei, uelut de sole radij, certæ prodeunt dignitates, ut prima lucis integritas, minoris luminis non sentiat detrimenta, tantoq; magis imperiale sceptrum extollitur, tanto cura regiminis à sollicitudinibus releuatur, quan-

to tribunal ipsius digniores in circuitu circumspicit regiones. Hac igitur consideratione admoniti tuis deuotissimè Princeps noster supplicationibus inclinatus, nec minus ad honoris sacri imperij exaltationem respectū habentes, de infra scriptorum Principū nostrorū consilio, uidelicet S. Ratisponensis episcopi, L. Vuormatiensis episcopi, H. Bambergensis episcopi, C. Brixienensis episcopi, S. abbatis Cāpidonensis, C. abbatis Cluniacensis, C. ducis Morauia, B. ducis Bauaria, ducatus Austria & Stiria cum pertinentijs suis, & terris quas hactenus habuerunt ad nomen & omen regium transferentes. Te hactenus prædictorum ducatum ducē de potestatis nostræ plenitudine & magnificentia principali promouemus in regē, eundē libertatibus, emunitatibus, & iuribus prædictumq; regnum tuum præsentis epigrāmatibus autoritate dotantes etiā ad regiam dignitatem, ut ex honore quem tibi libenter adiicimus nihil honoris & iuris nostro diademati aut imperio subtrahatur, quinimo sicut hactenus tanq; dux, princeps & fidelis noster extiteris, sic in posterum persistatis, nihilq; propterea iuri & honori imperij in prædictis regno & terris suis omnino depereat, hoc specialiter expresso quod successores tui non per electionē eligantur, sed semper maiores natu ex generatione tua ex te & ex successoribus tuis legitime descendentes, & ipsi regno succedant, nullus ex eis coronam uel consecrationem in prædicto regno de manu cuiusquā suscipiat, nisi à nobis & successoribus nostris tātum in Curia, aut alibi ex cōmissione à nobis facta. Alij uero haeredes minores natu non habeāt aliud, nisi quod ex regis gratia poterunt obtinere. Illud etiā iuri regio coniungimus ut si aliquis comes aut inferior de regno tuo contra te aut successores tuos forsitan excellerint, ipsum per sententiam Curia iudicare poteris, &c. etiam banno ut moris est imperij Romani. Istis temporibus erat in Pomerania tyrannus Christianam quidem religionem professus uerbis, sed corde inimicissimus Christianis, hic Teutonorum ordinis fratribus qui Prussia obtinebāt bello captum, plurimam fecit neq; cogij, saepeq; eos præijs superauit hic Suandepoldus, nam hoc illi nomen erat tyranno, saepeq; ita præualuit ut penitus desperarint de Prussia seruāda. Propterea ad Cæsarem, ad Pontificem Romanum, ad Principes alios mittūt frequētes nuncios ut subueniant sibi, alioqui cedendum hosti omnium Christianorum atrocissimo. Mittuntur tandem eis auxiliares militū copia. Mittiturq; legatus nomine Patre episcopus Mutinēsis, qui Prussia in quatuor diocesis seu episcopatus distribuit, & populum in religione prædicādo instruxit, resq; ecclesie ordinauit ad similitudinem aliarū Romanæ ecclesie subiectarum. Suandepoldus post hoc maioribus copijs uenit, & hostiliore uastatione quā antea unquam omnes has ordinationes conturbat, captos abducit multos homines, plurimos occidit. Teutonorum autem ordo auctis ex Germania copijs fortiter resistit, & hostem in suis terris inuadunt nonnūquam, capiuntq; quosdam arces. Sic per aliquot annos se inuicem bellis perpetuis confecerunt huius ordinis fratres & Suandepoldus tyrannus, tandem fratribus auxilio uenerunt episcopus Merspurgenensis, Marchio Brandenburgensis, comes de Suartzenburg, cum selectorum militū Germanorum exercitu, qui cōiunctis uiribus cum fratribus Teutonici ordinis Suandepoldum ad deditionem compellunt, pacem igitur petit obsides promittit. Mittitur ergo à Pontifice Romano illuc legatus, qui autoritate apostolica pacem firmaret, & constabiliret rem ordinis Teutonici, est igitur foedus perpetuum cōfirmatum inter Suandepoldū & fratres Teutonicos. Hac dum in Prussia agūtur, in Sueuia agit Fridericus Cæsar, nec paruum ortum est dissidium in Henricū filium & Fridericū patrem, super ea re habiti sunt multi Principū cōuentus. Tandem propter pacem filius rex in Sicilia est missus imò ductus, nam inuito animo patri cessit.

Nec

Nec fecisset nisi decretum publicè à Principibus prius fuisset. Filio autem gubernationem regiã in Sicilia cõmisit. Eo anno post abitũ filij, duxit Fridericus uxorem tertiam, regis Anglorũ sororem, & nuptiã magnificētissimã sunt factã in urbe Vuormatia. Post nuptias proximo anno cum copijs petit Italiã, Longobardorũ enim conspiratio indies uires acquirebat, incipiebatq; copijs, uiribus & opibus reliquam Italiã excellere, erãt enim eo scẽdere, ut honestiore uocabulo nominẽ, Brixia, Mantua, Mediolanũ, maior Romaniolã pars, Verona item, Padua, Vincẽtia, Taruisiũ, et alię. Venetię quoq; quanq; clam cõtra Cēsare illos iuuabãt ubicũq; poterant. Pauci ciuitates erant fideles Imperatori, plurimã uero falso animo pro fortunã mutatione mutabant & ipsã fauorẽ & mentẽ. Fridericus igitur ubi in Italiã peruenit, quorundã opera & cõsilia Verona est recuperata. Verona recepta, Mantuã hostiliter inuadit, sed intelligens ad eam obsidendã multum temporis, multumq; impensarũ esse opus, quã melius collocari possint in alijs capiendis. Quare agro Mantuano uastato, ædificijs omnibus incensis, Mercariã, Clarũq; oppida expugnata per uim diripit & in cinerẽ redigit, inde sine mora petit uicinã Cremonã diuq; obsessã capere non potuit, sed maxima damna intulit illi. Quare relicta Cremona, castra mouet ad Vicentiã. Vicentini ciues petunt pacẽ, dum autẽ agitur de pace, proditur urbs, intromissus exercitus diripit urbẽ & incendit, nec hoc factũ est sine magna ciuiũ cãde. Mox in agrum uicinum Paduanũ immittit copias, totumq; eum agrũ fœcũditate eximiu depopulatur. Inde ad obsidendam festinat Taruisiũ, sed ita præsidio ualido munita fuit urbs ut capere non potuerit. Agros omnium uastauit, nulli rei parcens. Hęc in hũc modum Friderico aduersus rebelles urbes gerẽte in Latio, Henricus rex Germanorum filius Friderici, hostibus iungit se, fœdusq; contra patrem cum Longobardis ferit, impulsu, ut creditur, quorundam Germanorum Principum, nam pollicitus erat Longobardis sibi uenturas ex Germaniã copias. Id Imperator timens, quã primum mittit Romam legatos qui agãt cum Pontifice ut in Germaniã literas mittat, ne filium aduersus patrem iuent. Pontifex igitur accepta pecuniã ab Imperatore, dat in Germaniã literas apostolicas, quibus mãdat sub excommunicationis latẽ sententiã, ne quis filio aduersus patrem pareat. Ergo Henricus frustratus spe uenturi sibi exercitus ex Germaniã, destitutus præsidijs à patre capitur, regno abdicatur, durissimis uerbis patris correptus in Apulia custodiã arctissimã mancipatur, in qua custodia moritur breui. Quidam crediderunt patris iussu necatum. Longobardi post captum Henricum uehementer humiliati sunt, nam crudelibus modis afflixit eos Imperator. Quas igitur ciuitates ex rebellibus recepit in gratiam, præsidijs & magistratibus quorum fides illi spectata fuit, muniuit, quasdam penitus deleuit. Quasdam capere non potuit. Quãtum ergo per rerum statum, & cõditionem temporum licuit, rebus per Italiã ordinatis, reuertitur in Germaniã, & arces multas in Austria deiecit ex mõtibus, nam prædones in illis habitabant, qui rapinis uictitabant, nullumq; iter erat tutum, propterea Reipub. præfens pestis erant hęc castra, incremento enim ciuitatũ impedimentũ maximũ sunt. Proximo anno ante aduentũ Cæsaris in Germaniã, Boëmiã rex & dux Bauarię inuaserant hostiliter Austriã, consensu & iussu etiam Imperatoris, nam dux Austriacus, fouebat illos prædones. Quare post dirutas arces sape ad cõuentus Principũ citatus nõ uenit, nuncios & literas Imperatoris contẽpsit, uelq; magis credendũ est, iudiciũ timuit, neq; em̄ habuit quod accusatoribus respõderet. Monasteria em̄ & ecclesiarũ bona diripuerat & dilapidauerat in omni genere luxus, exactionibusq; nõ ferẽdis exhauserat subditos. Quã ob rem subditũ eius per totã ducatũ exceperũt Fridericũ ceu liberatorẽ à fauissimã tyrannide.

In Vienna capienda laborandum putabant quidam Friderico, sed sponte gratulantes aduentui aperiunt illi omnes portas. Commendauitque se urbs Imperatoris fidei. Imperator, ut tyrannus minus eam conaretur recipere ueritus imperij uires, facit eam imperialem ciuitatem. Quod testantur hæc uerba Imperatoris: Voluimus ut nunquam per concessionem alicuius beneficij urbs Vienna de nostra & imperij transeat potestate, & ut habentur in Chronicis Australibus. Eo etiã tempore Cōradus filius Friderici secundi electus est in regem Germanorum à Principibus, hoc petente patre Imperatore. Iterum postea Ratisponæ præsentate patre electum in frequentissima Principum congregatione. Tertio mox post Nemeti electum esse traditum est memoriæ. Interea dum hæc gesta sunt ab Imperatore in Italia & Germania multum Imperatori iuris de regno Hierosolymitano est detractū præter æquitatem, quare Imperator & filius eius iam designatus rex mittunt Romam legatum archiepiscopum Rauennatem cum literis & mandatis, quod ius Imperatori debitum in regno Hierosolymitano sit magna ex parte illi ereptum, id petant rex & Imperator ut illis reddatur, rogarẽque eos Romanū Pontificem ut autoritate apostolica & potestate ecclesiastica illis restitui mandet. Id Gregorius diligenter se curaturum promittit. Erat enim eo tempore in tota Italia & per Germaniã tantæ potētis hic Imperator ut Pontifex non putarit illi hoc negandum, noluit ergo facere quod optauit modo omnem causam illi reuertendi in Italiam amputaret. Nam timebat ne tota Italia prorsus subiugata, adijceret animum ad urbem. Germaniæ rebus pacificatis & ordinatis ex sententiã ducit Fridericus copias in Italiã, reliquas urbes Longobardiæ conspirationis domandi gratia. Hoc ubi primum rescituit Papa, conatus Imperatoris impedienda iudicauit quocumque modo fieri posset. Quare mittit illi obuiam legatum uirum uiribus linguæ potentem, qui longa & uaria oratione suauis Casari ne cum Longobardis bellum gerat, nec enim posse fieri sine magnis tumultibus totius Latij, debere autem Christiano Principi nihil antiquius esse quàm pax. Admonet etiã legatus Imperatorem ne fœdus cum Longobardis à maioribus suis auo Friderico & Henrico patre constitutum & bona fide seruatum uiolet, alioqui male auditorum. Cōmemorat præterea legatus Pontificis quædam officia erga Imperatorem, rogatque ut gratiã referat & reuertatur in Germaniã. Pollicetur quoque legatus Pontificem curaturum ultro officium suum faciant rebelles urbes. Hic legatus nihil effecit, redijtque ad dominum Papam referens Imperatorem immobile factum esse. Sine omni mora mittit Papa tres cardinales ad Imperatorem qui in eandem sententiã, sed pluribus apud Imperatorem egerunt. Cumque nihil ullis rationibus commouere potuerunt Imperatorem, reuersi sunt ad Pontificem. Pontifex igitur nihil dubitauit Imperatorem copias non tam contra Longobardos, quàm contra se adducere. Fridericus igitur propositum premens castra mouet ad urbem Clarummontem, quam expugnauit, diripuit, & incendio in puluerem redegit, sperauit petituos Brixianos territos pacem. Sed cum pertinaciam eorum uideret, nec esset spes capiendi urbem, Mediolanum cum exercitu petit. Ibi totum Longobardicum fœdus omnibus uiribus congregatum erat, simulque pontificiæ uires sed clam, quanquam sunt qui dicant legatum Papæ palam illic fuisse cum copijs. Ergo Imperatori ueniunt obuiam, & ultro ad pugnam prouocant, nec mirum, erant enim multitudine Imperatore superiores, aut saltem pares. Congressi igitur non procul à Mediolano dimicauerunt utrinque pertinaciter post aliquot tamen horas uicti sunt Longobardi magna eorum multitudine caesa & capta. Capti autem sunt primi duces eorum exercitus, totus ferè Mediolanensis magistratus captus est. Venetorum ducis filius quoque inter captiuos

uos est inuentus. Longobardorum præcipua nobilitas qua utebantur in bello capta est. Captiuos omnes affectit crudelibus supplicijs Imperator ad deterrendos animos à rebellione. Filius ducis Venetorum suspenditur ex quadam turri in portu, semper frequentia hominum referto, ut conspiceretur à quàm plurimis. Post hoc prælium Longobardorum ciuitates pleræq; missis legatis suppliciter petunt ueniam, quas acceptis obsidibus conditionibusq; deditiois pro uoluntate præscriptis in gratiam recipit. Bononia & Parma Brixiaq; solæ non ueniunt. Ad Brixia incenia castra igitur Imperator mouit, eamq; obsidet, postremo cū ea quoque conuenit certis conditionibus pacis, sed magna ex parte libertate eius salua, Imperatori enim aut diu illic erat non satis utiliter tempus terendum, aut condonandum aliquid. Pontifex Romanus sciens uires & copias Longobardorum ex urbe discesserat, cōiuncturus se illis, nam uidebat hostilem Cæsaris erga se animum, ubi uero nunciatur illi de pugna & fuga Longobardorum, magna tristitia & animi dolore affectus, desperauit de Longobardorum rebus, uertit cursum rediturus Romam, sed clauditur portæ, aditus negatur illi, siue quod fama de Imperatoris uictoria Longobardici fœderis clade præuolauerat terrueratq; urbem, ut caueret diligenter nequid contra Cæsarem ageret, siue quidam Romanorum à Cæsare pecunia corrupti fuerunt (quemadmodū Platina, Blondus & Ursprungensis tradunt) per quos Pontifex exclusus est ab urbe. Scribunt enim quod nobiles & potentes Romani ciues de familia quæ dicitur Fragepanes, eo tempore apud Cæsarem in castris fuisse, magnamq; pecuniæ uim ab Imperatore accepisse, præterea Cæsarem illis pollicitū maximas in imperio dignitates, ut Friderico Romanorum animos conciliarent, & efficerent ut Pontifex excluderetur aut eijceretur ex urbe. Id illos sedulo fecisse, inquit scriptores, sed magnum Pontificis studiosorum numerum fuisse in urbe, quo factum sit ut per uim in urbem perductus sit Pontifex, nec sine factionum partiumue cadibus. Pontificem autem tradunt postquam in urbem uenit, nihil omisisse quod ad reconciliandam sibi plebem facere uisum sit. Ecclesiæ thesauros in largitiones erogasse, distribuisse annonam, maiora promisisse. Seditionis autem autores relegauit aut necauit. Interim tamē non desijt circumspicere Papa quomodo Friderico negotium facesseret, existimans ergo ducē Venetorū filij sui tam ignominiosam mortē ulturū, Genuenses & Venetos discordātes ingeniosē copulauit, ut altera alteri ex fœderis cōditionibus necessariō mittere cogeretur auxiliares manus belli tēpore. Genuenses autē ignorabant Pontificem facere quo Veneti socios haberent belli, quod sperabat Pontifex futurum inter Cæsarem & Venetos. Post hæc quo Veneti alij audentiores redderentur contra Imperatorē, Pont. Imperatorē excōmunicat, & omnium omnia iuramenta quibus Imperatori obligantur, irrita facit. Hanc excommunicationis latam sententiā per legatos in Germania quoq; promulgat, spe illic rebelliones excitandæ, qua reuocetur Fridericus domum. Sed Conradus filius rex Germanorum ea quæ in Germania sunt administrant. Pontifex ergo Romanus Imperatoris erga se animū exploratū habens, cū Venetis fœdus contra Cæsarem facit, paratur à Venetis & Pontifice cōmunibus impēsis magna classis, & instruit omnis generis armis, mittiturq; in Siciliā. Hoc Pontifex ordinauit ut Cæsar imminens iam cū exercitu Romæ auocaret in Siciliā, Cæsari ubi significatū est, excommunicationē suā publicari, fœdus cū Venetis Pontificē iniuisse, classē armatā in Siciliā mitti, Genuenses Venetis copulatos Pontificis artib. Pontificē apud oēs Christianos Prin. accusare Fridericū, ceu hostē ecclesiæ, pacis turbatorē, diuinarū rerū cōtēptorē, hæc inquā cū primū nūciata sunt Friderico, incōmota facie & aīo multa apud suos dixit de sua innocētia, aduersariorū iniquitate & dolis, p̄catusq; est clariore uoce deū omniū dispositorē, ut ad sit iustiorē causam habentib. Iustitiam Petrum

Petrum Vinēsem oratorē facundissimū, qui erat Imperatori ab epistolis, habere orationē publicē audiente toto exercitu. In ea oratione magna eloquētia de Cæsaris Friderici 2. bona erga ecclesiam uolūtate, de meritis erga Romanam sedem, de ingratitude, & conatibus Pontificis. Cōmemorauit orator prolixē in eo sermone exempla Pontificū, quomodo tractarint Imperatores prædecessores suos. Cæsarem hæcenus nihil conatum quod non fuerit iustum, quodq; non imperij administratio, officium eius, exegerit, &c. Itaq; paratis omnium animis, nihilq; propter anathematis fulmina perturbatis, duxit copias in Venetos, agrum eorū uastauit, & cum multa præda Paduam reuertitur, illicq; rebus ordinatis, ne causa aut locus esset deficienti, Veronā petit, in ea ciuitate quoq; componit res ut Paduæ, hinc castra mouens Parmam, inde Lucam, deinde Pisas uenit, Marchiā interim Ecelino duce occupat. Pōtifici et Venetianæ interea copiæ dāna Friderico intulerunt non contemnenda mari & terra. Pontifex per totam Christianū orbem non desinit publicare excommunicationem in Cæsarem & omnes illi fauentes, & Satanæ tradit omnes quicunq; non quā primū discedant ab eo, libellis mordacibus per orbem missis, & in plurima exemplaria trāsmissis Imperator & Pontifex se inuicem lacerant, causam agit quisq; suam, iniurias sibi illatas amplificāt, extenuant aut negāt quas ipsi intulerunt. Fridericus queritur fœdus à Pontifice non seruatum. Item quod ciuitatē Castellæ contra initum fœdus retinerit. Quod cum esset in expeditione Hierosolymitana pacem in Italia turbaret Siciliamq; inuaserit. Quod Mutinā conatus sit auertere contra ius imperij, & Placentiam alienarit, & quod conspirauerit cum Longobardis contra imperij iura. Pluraq; alia per ædita scripta quæstus est Fridericus de Pontifice Romano. Quæ omnia Gregorius Pontifex refellere conatus est, in epistola ad regem Galliarū, quæ incipit: Ascendit de mari bestia, &c. Longū esset repetere utriusq; causæ argumēta, quare apud alios legenda relinquo. Reſcit uero Papa alia in Cæsarem, quod uniuersam turbet terram, regna subuertat, ecclesiasticam potestatem cōtemptui habeat, ecclesias depredetur, ecclesiasticos spoliet. Quam paternē ab Honorio Pontifice excōmunicatum iustē, receperit in gregem fidelium, quoties eum admonuerit, Pontifex prædicat. Item addit Pontifex Imperatorem, fouere Saracenorum causam contra Christianos, impedire enim expeditiones in eos, & prohibere in regno ne colliguntur pecuniæ in usum belli contra Turcos. Imperator autem hic respondebat se prohibere legatos pontificios colligere pecuniam nomine expeditionis in Turcos, nam eos collectam pecuniam in omni genere luxus dilapidare. Nominat ergo Pontifex Fridericum præambulum Antichristi. Pisas igitur Cæsar agebat per aliquot menses, exercitum recognouit, & auxit. Tum apud Pisas nomina factionibus sunt imposita, pontificios Guelfos, Cæsarianos Gibelinos. Creuitq; odium magnopere factionū, eratq; in tota Italia nullum oppidū in quo non esset hoc dissidij malum, familiæ diuidebantur pestifera istius factionis labe. Fridericus igitur uidens in omnibus ciuitatibus utraq; factionum partes, properat ad quā plurimas potuit urbes, quas facile cepit, aduētu enim suo aduersa factio territa, dissimulauit aut fuga sibi consuluit, Gibelini autem erexerunt chirstas, etiā in ijs locis ubi ante aduentum Cæsaris ne mutire quidam audebant, ob multitudinem Guelforū. Festinatio igitur supra modū utilis fuit rebus sic se habentibus. Quæ autem urbs se ultro non dabat, uel expugnatam diripiendam & incendendā obſciebat militibus, uarijs supplicijs afficiebat pōtificios, effodiebat alijs oculos, alios suspēdebat, alios multis cruciatibus alijs lacerari iussit. Volens ad memoriā exemplum post se relinquere, ne qui in posterum presumerent rebellare Cæsari. Genuenses, ut dictum est supra, Venetis fœdere per Pontificem coniuncti, ex eius fœderis lege cogebantur sequi Venetos. Pisani igitur

igitur armata classe inuadunt Genuenses. Qui freti socijs Venetis prælio nauali superarunt Pisanos, multis occisis, ceperunt classis eorum magnam partem nauium, reliquæ dissipatæ cum magno dedecore redeunt Pisas. Ceterum Friderico prosperrimè successerunt omnia, quod celeritati debebat, nam si priores uenissent Guelfi, id est, pōtificij ad urbes, Cæsariani, quos nominabāt Gibelinos, se mouere ausi nō fuissent. Sic enim habet se ingenium humanum in factionibus, cū sunt in eadem ciuitate, dum enim altera factionum pars uidet alteram fortiolem, tacet, dissimulat, odium repositum in corde abscondit. Vbi uero accedit aliquid quo diuersæ parti sperat præualere posse, aperit se ira, mutationem fortunæ uenisse gaudet, &c. Pontifex cum non haberet aliud quod opponeret furori Friderici, accepit capita apostolorum, & portionem sanctissimæ crucis, & in basilica B. Petri stans in ædificato loco præsentem populo Romano & clero ostendit lacrymans, & adhortatur populum oratione affectibus turbatissima aduersus Fridericum hostem principis apostolorum, filium Satanæ, sic enim uocabat, pollicetur præterea fortiter pugnaturis aduersus canem hunc, ut eius uerbis utar, præmia uitæ æternæ, & omnium peccatorum plenariam remissionem. Hanc concionem Romæ habuit Pontifex, cum audiveret Cæsarem appropinquare urbi. Quare hac oratione ad populum habita, & ut uidebatur, animi incensus, iubet armari multitudinem, quam uenienti Friderico obuiam ducit Pontifex. Sed Cæsar Romanos in urbem remisit. Clericis coronam in crucis formam uulnerauit per primam cutem usque ad craneum, quibusdam per os cranei. Vbi uidit autem totam urbem ita à Pontificis partibus stare, præter expectationem & opinionem suam, omnia circa urbem uastat & incendio consumit, deinde uertit signa in Campaniam, inde petit Beneuentum, quam expugnatam direptamq; incendit. Mox oppidum ad deditionem cōpellit. In Sicilia regno crudelius multo per idem tēpus egit Philippus per legatos. Nam ecclesiastici sentiebant cum Pontifice, & ex autoritate mādati apostolici discedebāt ab Imperatore. Quapropter eorum bona confiscauit, trucidauit multos episcopos & perpetuis carceribus addixit. Pōtifex mittit legatos per deuia in Germaniam (nam omnia itinera custodiebat Imperator) qui excommunicationibus & alijs artibus impugnent Imperatorem, datq; plenarias indulgentias arma contra Fridericum sumentibus. Fridericus rursus cum exercitu Romam petit. Cassinense monasterium ditissimum diripit, preciosam suppellectilem ornatumq; ecclesiasticum auream & argenteum conflat in monetam, quam numerauit postea militibus. Sororam incendio consumpsit. Bona templariorum rapuit passim. Rauēnam expugnauit & diripuit. Habebat apud se milites Germanos qui quiduis audebant & effectum dabāt. Pontifex Romanus mittit legatos ad regem Galliarum & Angliæ, ut ferant auxiliū ecclesiæ in extremo periculo constitutæ, mittit & ad alios Principes. Reges suadent Pontifici ut concilium indicat, ut abrogetur Fridericus. Pontifex igitur legatis & literis missis cōuocat omnes per totam ecclesiam Romanam magistratos & principes ecclesiasticos & alios, celebraturus concilium apud Lateranum. Fridericus concilium contra se indictum audiēs, aduentibus ab omni parte claudit uias, eadem opera Romam obsidet, neq; enim Romani longius procedere, neq; alij ad illos uenire poterant. Idcirco Entium filium suum in armis exercitatum & fortem iuuenem Pisas mittit, qui portus & mare in illis regionibus custodiret. Quod ubi peruenit Entius per exploratores cognouit, nauibus Genuensium uelut per altum mare multos episcopos & cardinales. Quare Entius cōiunctis sibi Pisanis cum armata classe Pisanorum aduersus illos progrediuntur. Patres rogauerunt conductorem ut cursum flecteret aliud, neq; dimicaret prælio. Sed dux classis in qua nauigabant cardinales uir elati animi, noluit uideri Pisanos timere,

D primo

adhortatur milites, iubet arma capere, præmia uictoribus promittit, sed cōgressu
 primo statim Genuensium naues succubunt, pauci fuga elabuntur, multi cadūt,
 multi capiuntur, Multi abbates, episcopi, & duo cardinales capti ad Imperatorē
 ducuntur, qui cōficere iussit eos in carceres, in quibus multi ex his mortui sunt.
 Prælatorū quidam submersi sunt in mari, inter quos fuit archiepiscopus Veson-
 tinus, Archiepiscopus Rotomageñ. cum abbatibus Cluniacensi, Clareuallensi,
 & Cisterciensi, liberati sunt, rege Gallorū pro eis intercedente. Pontifex propter
 hæc mala mœrore confectus moritur, atque alius nomine Cœlestinus 4. creatur,
 qui misit ad Fridericū Fauentiam obsidentē, legatos qui de pace agant, sed Pon-
 tificex moritur ante responsū Friderici, decimo enim octauo die pontificatus sui
 mortuus est. Fauentiam tādū obsedit Imperator donec grauissima fame coacta
 se dedit. Inde Bononiam aggreditur, ad deditiōem cōpulsam cogit dare ma-
 gnam pecuniam, & illinc transfert uniuersitatē Paduam. Postea omne patrimo-
 niū, id est, ditionē Pōtificis Romani in suā potestātē redigīt. Fuit in milites perli-
 beralis prorsusq; effusē prodigus quare exhaustus omni moneta argentea & au-
 rea, monetā nouam ex corio fecit insignitam sua imagine quā præcepit ubiq; ac-
 cipere ab omnibus. Militibusq; promisit breuī auream pro ea daturū se. Et præci-
 pit postea ditior factus Thesaurario suo ut militibus eam ferentibus numeraret
 postea argēteam aut auream. Innocētius 4. post Cœlestinum Pontifex creatus,
 de pace sine mora magno studio cū Imperatore agere cepit, sed cum quatuor to-
 tis mensibus nihil agi posset, conuenire placuit Castellanz, sed Pontifex admoni-
 tus fuit ne iret, Fridericū enim in animo habere eum capere, eiusq; propositi Cz-
 saris conscios esse multos Romanos ciues. Quare simulauit se iturū Castellanam
 ad Cesaris colloquiū, & præterea uerbis spem fecit se assensurum ad cōditio nes
 quas Cesar petebat, sed cū paucis clam subduxit se, & naues cōscendit quæ erant
 in portu apud Centūcellas, nauitq; in Gallias ad regem Ludouicū, a quo maxi-
 ma reuerētia exceptus est & tractatus, Lugdunūq; deductus anno domini 1246.
 cōuocauit generalem synodū, scribit igitur per totam Romanā ecclesiam omni-
 bus principibus & prælatis cuiuscunq; ordinis, ut Lugdunū ueniant ad reseruan-
 dam ecclesiam & consulendā communi paci. Conueniunt plurimi, in ea synodo
 Ludouicus rex Galliz offert se & regnū suum ad defensionē Romanæ sedis. In-
 nocentius Pōtifex autoritate apostolica citauit etiam Fridericū Imperatorem ut
 personaliter ueniret & ad obiecta responderet, apud incorruptissimos iudices.
 Sed Imperator Lugduni timens, quod timuerat Pontifex apud Castellanam ur-
 bem noluit uenire, misit autem suo nomine episcopum Argentinensem, & Hu-
 gonem magistrū ordinis Teutonicorum, & Petrum de Vineis eruditione & fa-
 cundia illis temporibus incōparabilem uirū. Qui in synodo excusarunt Impera-
 torem, quod per aduersam ualetudinē uenire nō potuerit. Caterū paratū omnia
 ecclesiæ reddere quæ occupat, & serio cum omnibus Christianis Principibus
 bella gessurum contra Turcos, pollicebantur. Contraq; iura ecclesiæ nihil factu-
 rum, &c. hæc ut synodus crederet, habebant legati literas per bullam auream con-
 signatas, quas ostendebant, sed Pontifex & conciliū his non credebāt, cum pro-
 pter alia iudicia tum maxime quod captos cardinales aliosq; prælatos ecclesiasti-
 cos non dimittebat. Quare Papa in ipso concilio solenniter pronunciauit senten-
 tiam contra eum cōdemnationis & priuationis imperij ac regnorū eius. Frideri-
 cus certior, mox per legatos nūcio misso, factus de sentētia illa Pōtificis seu con-
 ciliij, ad regem Galliz scribit epistolam sicq; exorditur: Et si causa nostræ, in qua
 contendit probare sententiam de iure esse nullam, primo ex eo quia etsi Roma-
 nus Pontifex plenariam habeat in spiritualibus potestatem, ut peccatores quosli-
 bet possit absoluere & ligare, nusquam tamē legi dicit ut Papa, diuina uel huma-
 na lege

na lege concedente, possit transferre pro libito imperium, aut de regibus & Principibus in regnorū priuatione temporaliter iudicare, mox in eadē epistola sequitur, Papā processisse contra se non per accusationis ordinem, cum nec accusator apparuerit, nec inscriptio præcesserit, nec per denunciationem legitimo denunciatore cessante, nec per inquisitionis modū, quoniā clamosa insinuatō non præcessit. Negat etiā Imperator crimina notoria inserta fuisse. Item in ea ad regē epistola asserit, iniquos testes contra se productos. Capuēsem enim episcopum reprobare se iure, cuius fratrem proditiōis crimine conuictum condemnarit ad supēdium. Vsus autem fuerat Pontifex Hispanis quibusdam testibus, quos, ut rerum Italicarum ignaros, quoq; reſcit Imperator. Additq; in epistola. Dato quod testes fuissent legitimi, tamen se neq; præsentē fuisse, neq; cōtumaciter absentem. Paulō post in epistola sequitur, dato quod fuerim cōtumax, tamen non est legitima cōtumaciæ pœna, quod delatus aut accusatus cōtumax iudicio nullo discusso per diffinitiuā sententiā debeat declarari depositus. Et in eisdē literis dicit Imperator, causas tales in sententiā expressas, à quibus omnibus incorruptibilis ueritas & publica monumēta eum defendant. Censum uero neglectum fuisse per suos officiales, quē etiā crediderit probē solutū, nec fuerit requisitus à Papa. Post discordiam uero censum eundē consignatum prælatorū & publicarū personarū sigillis & apud sacras cedes depositū. Est in eadem epistola scriptum, magistrū ordinis Teuconicorū, & M. Petrū de Vineis ultimo pro omnimoda pacis consummatione tractare missos, quos saltem per tridū ad multorū nobillimū ac prælatorum instantiā præstolari noluerit Pontifex summus. In fine autem epistolæ dicit, liquere q̄ iustē dixerit Papa eum de catholica fide suspectū, quā teste summo iudice in omnibus & singulis articulis secundū uniuersalis ecclesiæ disciplinā credat firmiter ac simpliciter cōfiteatur. Quare regem in calce literarum hortatur, ut contra Papam Innocenti assistat. In hanc quoq; sententiā scripsit Imperator alijs Principibus, mittitq; passim legatos qui eadem uia uoce agant. In Germania multi Principū discesserunt ab Imperatore statim post latam excōmunicationis sententiā, quare hæc de abrogato imperio magis locū habuit. Scripsit Papa statim post latā sententiā in cōcilio Lugdunēsi ad Principes electores ut sine cūctatione peruenirent ad aliū Imperatorē eligendū. Propterea Principes reueriti sanctissimi Papæ & sacræ synodus autoritatē, cōuenerunt sine mora Francofordiæ, & elegerūt Henricum Lantgrauū Turingiæ in regem. Conradus rex Germanorum filius Friderici Imperatoris, patris repulsam indignissimē ferēs collecto per Sueuiā exercitu, Francofurdiam ducit, Henricus occurrit illi iuxta Frācofurdiam, cōserunt manus, fit atrocissimū prælium, tandē tamen Henricus superior (sic uisum deo) fugat Conradū magna cum ignominia. Habebat adhuc Fridericus in Germania, maximē in Sueuiā, qui permanebant in fide, aduersus quos ducit copias Henricus. Reutlingenēs primū aggreditur, qui grati (nam eorum urbem muro Fridericus circūdederat) in fide permanebant, & fortiter repulerūt hostem, qui aliquoties muros oppugnare conatus magnā multitudinē perdidit militum. Quare soluit obsidionē, & Vlmam petit quæ etiam in fide manebat, & propter iusiurandum quod Friderico fecerat, uoluit quoduis periculum subire, q̄ contra fidem facere. Obsidēdo Vlmā sagitta ab oppidanis uulneratus grauius est, quod uulnus statim rata & letalia symptomata secuta sunt, & paucis diebus post uulnus acceptum, moritur. Quidā dicunt dysenteria lobarantem mortuum. Vtrūq; uerum esse arbitror. nam dysenteria symptoma potuit esse uulneris. Post huius mortem mox conueniunt Francofurdia Principes eligunt Guilielmū comitem Hollandiæ. Qui post electionē exercitum quem habuit Francofurdia duxit contra Frisones, à quibus superatus prælio occisus est. Imperator uero Fridericus

post sententiam latam Lugduni, confanguineos Innocentij in Italia persecutus est, domos eorum funditus sustulit in urbe Parma & rura eorum vastauit, & edificia rustica incendit. Accepit postea maiores exercitus copias easque ducit uersus Lugdunum, oppressurus Papam, Italiã commisit Entio filio iubetque ne exeat Parma, sed filius patri non obtemperans, copias quas illi pater reliquerat in Brixia nos ducit, Placentini & exules Parmenses pontificij ubi intellexerunt Parmam praesidijs Caesaris uacuum, inuadunt eam, & capiunt, multis ciuibus trucidatis qui a partibus Caesaris stabant. Hæc significatur Friderico cum esset Taurini. Imperator igitur ueritus ne & alie urbes in Italia rebellaret, reuertitur cum exercitu ad Parmam, reuocato quoque filio Entio obsedit Parmam praesidijs pontificijs munitam. Castra Fridericus munit, & in illis edificauit domos, omniaque ordinauit sicut in urbe, forum, tribunal, macellum, ecclesiam, nominauitque uictoria. In animo autem habebat Parmam delere. Frequenter autem erumpebant Parmenses, in Victorinos (nam sic nouæ urbis ciues nominabantur) Imperator captos hostes foeminas & uiros balistis mittebat in urbem. Cum autem Fridericus duos iam annos urbem obsedisset Germani & alij Friderici milites ad portarum unam currunt conglobati & eam confringere nituntur, id facturos oppidani prouiderant, & mirabantur quod non diu ante conati erant, quare diu hanc occasionem expectarunt instructa acie, erumpunt, & circumuentis illis magnam partem occiderunt, magnam captam in urbem duxerunt, reliquis, qui pauci fuerunt, uulneribus pleni fuga elapsi sunt. Eodem impetu inuadunt castra, uel ut uocabant, uictoria, nouam urbem, capiuntque. Aberat Fridericus Imperator & magna pars exercitus deambulantes & lasciuientes per amœna nemora quæ non multum illinc distabant. Neque enim quicquam periculi Fridericus ab oppidanis esse tanto exercitui existimabat, quam ob causam omnia negligentissimè administrauit. Parmensibus nouam urbem tenentibus concurrunt, fit atrox pugna, sed Parmenses ipsi qui erant in noua urbe occisis, facile freti fossis & uallis repulerunt hostem, potissimum cum Parmenses haberent in manu sua omnia instrumenta machinasque quibus Fridericus in oppugnationibus uti consueuerat. Quare Parmenses uictores uictoria nouo oppido potiti sunt, cum omnibus opibus, Imperatoris quoque coronam & signa militaria, omnemque regiam suppellectilem in urbe uictoria inuenerunt. Fridericus amisso magna exercitus parte Cremonam se confert, reparat exercitum. Parmenses uictoria urbem funditus tollunt. Recollectis uiribus Imperator mouet castra ad moenia Placentiæ, eam obsessam quidam domitam scribunt, quidam urbem non subiugatam, sed suburbana edificia exusta, & monasterium S. Columbae demolitum. Inde Fridericus cum exercitu transiit in Hetruriam, nullæ ciuitates in Hetruria sequebantur Pontificem præter Florentiam, quare admouet exercitum urbi & castra munit, minatur Florentinis nisi dedant se, primum circa urbem omnia vastaturum ignemque consumpturum (habebant autem cultissima rura, uillasque magno edificatas) deinde obsessurum urbem usque dum per uim capiat aut ad ditionem compellatur. Florentini timentes suis possessionibus pulcherrimis & etiam urbi, eiecerunt omnes pontificios, & foedus cum Cesare fecerunt. Interea Entius filius Imperatoris aduersus Bononienses & legatum Pontificis qui illic erat, ducit copias, occurrunt illi pontificij, congregiuntur, fit cruenta pugna, ad extremum Entius cum suis fugatur, capiuntur multi, etiam Entius, qui Bononiam ductus mittitur in ferream caueam, in qua sordidissimo uictu nutritus miserissimam uitam post aliquot annos finiuit. Post captum filium Entium, eiusque exercitum superatum, dilapsum, atque adeo deletum, in Apuliam confert se Fridericus non sine maximo animi dolore, ubi breui post obiit die. Quo genere morbilis est scriptoribus, alij animi ægitudine & mœrore confectum, febre, alij ueneno, alij alia morte, uita

te, vita defunctum uolunt. Mortuus est anno 1250, regnauit annis triginta. Hic quam uarijs casibus factatus sit satis est dictum. Vxores habuit tres, Mariā Aragonum regis filiam, Iolen Hierosolymitanam regis filiam, & Mechtildem Anglicam, quarum Mechtilde fuit sine prole, Mariā Henricum peperit illi, Cōradum regem genuit Iole, ut quidam scribunt, sunt enim qui dicunt & Conradū ex Mariā genitum. De gestis per hos aliquot annos uehementer scriptores diuersa scribunt, ut eorum uestigia sine lapsu sequi impossibile sit.

DE GERMANIS

LIBER VIGESIMVS PRIMVS.



Post Friderici tertij mortem Cōradus rex filius Imperatoris, ce-
leriter cōscripto in Germania, præcipue uero in Sueuia, exerci-
tu properat in Italiā. Vbi in fines Italiæ peruenit, nihil mouen-
dum in præsentiarum iudicat, recta igitur procedit in Siciliam
& Apuliam per mare Venetorum adiutorio profectum ferūt,
non multum refert quā uenerit, nam in itinere nihil gessit me-
morizā mādam. Vbi in Siciliam & Apuliam uenit magno
gaudio & honore ab oñibus ciuitatibus exceptus est, & salutatus rex, præter Nea-
polin & Capuam & paucas alias quæ ciuitates Pontificis partibus studentes re-
bellabant. Conradus igitur primum uerbis cum Neapolitanis agit, iubet eos ue-
nire & causam dicere, quod cū recusarēt, crimine læsæ maiestatis reos condēma-
uit, cumq; post condemnationem non peterent gratiam, Obsidione & oppugna-
tionibus perpetuis octo mensibus fatigatam, & ad famem redactam, nullum au-
xilium sperantem, ad deditiōem compulit, redactam in potestatem, muris, tur-
ribus & munitioribus domibus euersis, immunitā reddit, peruiāq; cuilibet uiato-
ri etiā media nocte. Postea Capuā eodē modo, deiectis munitiōibus, peruiā fa-
cit & aperit. Aquinū quoq; non ignobilis urbs autoritatem potestatemue Ponti-
ficis uerita à rege suo defecerat, nec primo aduentu Cōradī gratiam petijt, quare
obsessum & expugnatum, incendio consumpsit. Quicunq; suspecti erant illi fa-
uere pontificijs partibus ex regno à Conrado eijsiebantur, ne cum aduersitas ue-
niret negotium suis facerent, sciebat enim quam non consistat regnum aut urbs
cum partibus diuisa est. Religiosos ergo plerosq; putauit Papæ suo patri fauere,
idcirco eos exterminauit, sacerdotia & episcopatus contulit ijs, quorum fidem ex-
ga se exploratam habebat. Cōstituit enim concordia & unanimitate stabilire re-
gnum suū. Eisdē tēporibus Innocentius Papa Hugonem tituli Sanctæ Sabinæ
cardinalem legatum nomine suo apostolico mittit ad Principes & omnes ciuita-
tes Germaniæ, præcipiēs ut abiurato & deserto Conrado, sequantur Guilielmū
legitimē electum. Minas addens excommunicationis nisi hoc faciant. Quum au-
tem Conradus præcipue in Sueuia haberet adhuc in fide perseverantes, compo-
sit in Apuliæ & Siciliæ regno rebus, ubique Germanicis præsidijs per urbes &
castella dispositis, cum reliquo exercitu in Germaniam festinat, primoque in Ba-
uariam uenit, illic ab Henrico duce honorificè excipitur, habebat enim Conra-
dus sororem ducis Bauariæ. In Bauaria igitur eius ducis auxilio exercitum repa-
rat, nam in Sicilia militum maiorem partem in præsidijs reliquerat. Conradus si-
ne mora ditionē omnem episcopi Ratisponēsis depopulatur, ciuitatemq; ipsam
capit, socio duce Bauarorum. In urbe ciuibus pepercit, sed clerum & monachos
miseris afflixit modis. Vfus est cathedrali ecclesia & monasterio S. Emerani pro-
diuerforijs & stabulis equorū, Ecclesiarum bona rapuit omnia Conradus hic.

D s Commemo

Cōmorantem aliquot diebus Ratisponæ quidam ex ministris episcopi Ratisponensis statuit Conradum clam interficere noctu dormientem, sed rex admonitus, mutauit cubile, & alium in suo lecto dormire per eam nocte, eumq; per aliquot suos familiares uigilantes custodire & rei euentum expectare iussit, sed hic in lecto & sex reges familiares mane inuenti sunt occisi. Effugerit ne latro, nihil certi habeo. Rex irascitur, ciues se excusant, rogantq; ne tantum scelus ipsis imputetur. Rex persuasus à monachis hæc orta esse monasterium S. Emerani ante direptum, iam totum euertit. Inuenitq; illic altare aureum pondi 67. marcarum puri puri auri. Quod Henrici 4 temporibus confiatum erat. Guilielmus electus rex hoc audiens contra ceteris copiis celerrime occursum Conradum, Ratisponam properat, sed Conradus apparatus & aduentum eius audiens, reducit copias suas in Apuliam, mox hostiliter aggredditur patrimonium B. Petri, agros & urbes uastans, incidit in letalem morbum, & Conradinum filium heredem instituit testamento, deditq; illi tutores Germanos, quibus commisit regnum & filium regem, mortuus est in Apulia, sepultusq; in Fungia ciuitate. Circa hæc tempora rex Guilielmus conuentum Coloniam celebrauit, in quo præter alia tractauit de protectione sua Romam, ad accipiendam imperialem coronam. Porò dum Colonia Principes in comitijs occupantur, Frisones Hollandiam depopulantur, quibus Guilielmus occurrit, & dum per paludinosos loca cum paucis situm locorum (exercitu per aliam uiam misso) & hostium castra speculari conatur, in palude impeditus ab hostibus qui in proximis arbutis latebant, occiditur cum comitibus. Anno domino 1256. regni anno 7. Exercitus eius aliquot diebus expectauit regem, cumq; non ueniret, suspicabantur alij id quod res erat in hostes incidisse, alij dicebant desperatis rebus se subduxisse, alijs aliud in mentem uenit. Itaq; exercitus dilapsus est, quidam salui domum redierunt, quidam uiarum ignari in hostium manus inciderunt. Postea corpus eius exhumatum, Miltenburgum translatum est, & in monasterio illic sepultum est. Huius postea Guilielmi filius Hollandia comes ultus est paternam mortem, multis annis in eorum agris omnia quotannis semel atq; iterum uastauit, multos Frisonum occidens & capiens. Cæso hoc Guilielmo Pontifex mittit ad Germaniam electores, ut alium eligant. Cōueniunt ergo Francofurdia Principes, sed in eligendo Imperatore discordant, quidam enim Alphonsum regem Castellæ, quidam Ricardum Cornubiæ comitem uolebant Imperatorem. Nam electores Principes muneribus corrupti erant ab illis duobus. Archiepiscopus Coloniensis, Treuerensis, Palatinus Rheni, suffragia sua uendiderant Ricardo. Qui Basilex erat dum Principes Francofurdia in eligendo occupabantur. Alij electores reliqui Alphonsum eligebant, muneribus ab eo acceptis, ut scribitur, neq; enim alij causæ uidebant. Ex illa dissensione infinita emanarunt miseris mortalibus mala, durauit inter regnum diu, si recte consero tempora, serè sedecim annos. Tandem crescentibus indies malis, & discordia, ecclesiam & omnes Respub. perdentem Pontifex Apostolico mandato precepit electoribus sub poena excommunicationis ut eligerent Imperatorem idq; cito. Quare Principes cum neutri alteris uellent cedere, cōueniunt, in tertio, ambobus Alphonso & Ricardo repudiatis, elegerunt Rudolphum comitem de Habsburg. His temporibus arma ubiq; leges serè nullasq; dominabatur, quisq; occupat quantum potuit per vim. Othocarus rex Boemiarum in Germaniam duxit copias, occupaturus Austriam, arrogabat enim sibi eius ducatus titulum nomine uxoris quæ erat Austriaca. Fridericus enim dux Austriæ sine herede legitimo, regni uic capace secesserat occisus à rege Ungarorum. Plures eo tempore contendebant iure sibi deberi Austriam, sed fortior non qui iustiore habuit causam aliquandiu possedit. Totam igitur Austriam sibi subiecit Othocarus rex. Ducatum autem uxoris nomine possidens, repudiavit uxorem Austriacam, & aliam duxit, neptem regis Ungarorum

Vngarorū. Hoc temporis ducis Bauariæ, qui nimium inebriatus quadam nocte uino extinxit animam, Othonis filius Ludouicus dux Bauariæ uxorem suam nobilitate & forma eximiam mulierem adulterij crimine sed falso, ut creditur, infamatam interfecit. Fuerunt his tēporibus in ecclesia Romana schismata, quidam enim disputabāt de ocio sacerdotū, multitudine sacerdotiorū, paupertate monachorum, & hoc genus multa in controuersiam uocabantur. Hoc tempore Conradinus filius Conradi copias in Germania conscribit imperium sibi uendicaturus, cui Pontifex resistit. Sic enim in quadā scribit epistola Pontifex: Nos uolētes Conradini ambitū refrenare omnibus & singulis Principibus Alamanie uocem in electione Romani Imperatoris habentibus prohibemus sub pœna excommunicationis latæ sententiæ ac interdīcti, ne eum eligant in Romanū regem, attēto etiam quod non licet eligere quenq̄ pendēti electione duorum coram Romano Pontifice, quæ fuerat facta de rege Castellæ & Richardo Cornubiæ comite. Vbi hæc significata sunt Cōradino, mirum in modum est cōmotus rei indignitate, & iniquitate. Scribitq̄ epistolam plenā querelis de Pontificum Romanorū iniurijs sibi illatis. Conradus enim pater eius rex Siciliæ, testamento filium Conradinum hæredē instituerat, Papa igitur Innocentius asserens se pueri Conradini Bauium, totumq̄ regnū occupauit sub illo pretextu, tutoribus à patre relictis reclamantibus. Vbiq̄ Pontifex consecutus est possessionē Cōradini tribuit eam suis nepotibus, consanguineis & familiaribus. Mortuo Innocentio Alexander eiusdem dolis & artibus contra adolescentē egit. Neq̄ iustus Urbanū postea secum egisse conqueritur. Urbano autem defuncto uita, inclementissimē Clemētem se supprimere totum conatū, alium regem enim fecerat Clemens. Huiusmodi plurima Principibus Germaniæ de Pontificibus scribit, grauius uero accusans eum, qui tum uiuebat, Clemēte, & non parum quosdā Germanorū Principes commouit. Nam quæ dicebat erant eiusmodi quæ negari non poterant. Quare Conradinus cōiunxit sibi quoscunq̄ potuit socios, nimium quibuslibet fidens, cum igitur maxime opus fuisset eorum auxilio defecerunt ab eo, cū mali fontes quæ non habent aquam cum maxime opus est in æstatis siccitate. Fretus tamen Germanorū militum uirtute satis tolerabili fortuna usus est aliquandiu aduersus hostes suos per Italiā, multas in urbes in potestatem redegit per uim. Insigni memorabilisq̄ prælio apud Aretū hostes uicit. Post quod prælium si usus fuisset uictoria prudēter subiugasset totam Italiā. Iam enim mittebantur ab omnibus partibus Italiæ ad eum nūci. Sed relictis omnibus Romā festinabat, cum urbi appropinquasset, uenerūt illi obujs senatus populusq̄ Romanus, & eum exceptū maximis honoribus, Imperatorem salutant & longo comitatu in capitolū ducunt. Quomodo deinde rursū ē Roma discesserit, & per uarios casus iactatos fuerit, finemq̄ uitæ qualē habuerit petere licebit ex alijs. Nos in uiam redeamus: Diximus quomodo diu durāte inter regno, discordantibus Principibus electoribus, ut scribitur propter largitiones quas dabant, qui ambiebāt imperium, tandem uero electus sit Rudolphus de Habsburg in regem Romanorū, illis qui affectabāt imperium reclamantibus, & minantibus eam electionem nō ratam futuram. Ex quibus erat rex Boëmiæ, qui in certam spem ductus erat se fore Imperatorē. Sed Principes nihil morati minas eorum, uocarunt Francofurdiam electum Rudolphum comitem de Habsburg, uirum armis & animi bonitate nobilem. Vbi uenit Francofurdiam cum sua uxore Anna, Principes eum comitati sunt Aquisgranum, ubi præsentibus Principibus plurimis coronā imperialis imponit ipsi Rudolpho & Annæ uxori eius, filiz de comiti Heigerlach. Antequam Aquisgrano discederet de pace Germaniæ & uniuersæ ecclesiæ multa sunt tractata, erant enim infinitæ dissidiōrū causæ, quas omnes summopere cupiebāt Principes sublatas.

Eo tempore

Eo tempore erat Lugduni synodus, in qua Pōtifex Gregorius Papa electionem
 Rudolphi confirmauit, ea lege ut ueniret Romam sequenti anno ad coronam un-
 ctionemq; accipiendā. Quanquam hic diuersa scribant autores, ut difficile sit iu-
 dicare quem ex eis potissimum sequamur. Primum omnium cōsulere patris cu-
 piens Rudolphus, post electionem & acceptam Aquisgrani coronā, Norinber-
 gam conuocauit omnes Germanie Principes & magistratus. In frequenti igitur
 Principū confessu, Rudolphus testatus est animi sui propensam uoluntatem ad
 euehēdam Germaniā, imperiū, & in primis ecclesie pacem. Quare laudem prae-
 miaq; à se & ab omnipotēte deo accepturos omnes pollicetur quicunq; diligen-
 ti studio conatibus eius affuturi sint. Iubetq; ecclesiasticos praecipue, omnes magi-
 stratus cum suis subditis orare deum omnium bonorū largitorem, ut fortunet &
 per rectas semitas dirigat uias suas. Othocarus rex Boēmiz, qui magno studio,
 ut diximus, affectabat imperiū, & dux Bauariz Henricus non uenerūt Norin-
 bergam ad comitia. Non diu post conuentum illum Norinbergensem, aliū indi-
 xit Augustā futurū. Augustam igitur Princeps ad constitutū diem conueniunt,
 citant ducem Bauariz & regem Boēmiz ad causam dicendā, & rationem suae in-
 obedientiae reddendam. Quod attinet ad Henricū ducem Saxoniz satis dignum
 Principe responsum dedit, illaq; inobediētia illi cōdonata est. Rex Boēmiz suos
 quoq; misit legatos & inter eos episcopū Secouiesem uirū magnū animi fortitu-
 dine & facūdia. Cumq; iuberet Imperator reddere legatos Boēmos rationē rebel-
 lionis regis Othocari, principio episcopus, in densa Principum corona, petit ue-
 niam dicendi & proponendi mandatis regis sui. Deinde exordiri incipit, suas in-
 quiens dicendi facultates tenues esse, rem uero quam susceperit tractandam ma-
 ximam, quare omnem spem sibi positam in sapientia Principū, qui melius omnia
 intelligāt quā ipse explicare possit. Se nō ignorare quibusdam incredibilia pri-
 mo uideri quae diciturus sit, sed si ad finem usq; patietes aures praebuerint, clarissi-
 mē uisuros rem ut habeat. In hunc modū exorsus, proponit, electionem Rudol-
 phi nihil ualere. Hoc probat episcopus argumentis multis, sed inualidis. Cōclu-
 ditq; cum ergo electio non ualeat, illi non esse obediendum. Sophistam tradūt
 hunc episcopum fuisse, nam per totam orationē multa artificiosē collegit, ususq;
 passim dialecticis uocibus est. In fine uero orationis latine multa ad legatos apo-
 stolicos aliosq; ecclesiasticos praelatos dixisse scribitur. Rudolphus uero Impera-
 tor, inquit ad illum: Episcope noli de me dicatis sermone latino ut respōdere ex
 aduerso nō possim, si habetis causam aduersus clericos utamini latino sermone,
 coram episcopo. Contra me uero uel alium quempiam nostri ordinis propona-
 tis more solito. Nec Pontificem maximū fucata uestra oratione in me cōcitetis.
 Iussitq; aut germanicē loqui aut tacere. Principes uero audientes legatū Boēmiz
 regis Rudolphi electionem irritam dicere in dubium uocare, ira exarserūt, iusse-
 runtq; è cōspectu ire hominem. Quare non sine periculo episcopus se subduxit,
 quanquam saluum conductū habuerit à Rudolpho Imperatore. Rediit ergo epi-
 scopus ad regem suum, exposuitq; illi indignationē Principū Germanorū praedi-
 xitq; illi cauendum esse, nam Principes impunē, si possint, non laturos illā rebel-
 lionem. Rex omnem admonitionē cōtemnens, maledictis absentem proscindit
 Rudolphum & reliquos imperij Principes. Rudolphus statim finitis Augustae
 nis illis comitijs, ex decreto Principum mittit ad regem Boēmiz legatum Henri-
 cum Burggrauium Norinbergensem, datq; illi in mandatis, ut illi nunciet. Con-
 sensu omnium imperij Principum Imperatorem Rudolphum in conuentu Au-
 gustae celebrato statuisse ut sine omni tergiversatione & mora ducatum Austriae
 & Stiriae ducatum, item Carinthiam & Carniolam, & alia ad imperij ius pertinen-
 tia, Imperatori restituat. Burggrauius cum his mandatis profectus in Boēmiam,
 regi

regi Othocarō omnia exponit apertè, nihil dissimulans. Othocarus despicit hæc Principum decreta, & respondet legato, se nihil morari quid hic Rudolphus statuat, Imperatorē enim nō esse, additq; eadē ferè argumēta quæ eius legatus episcopo in confessu Principū imperij Augustæ dixerat. Cōcludit tandem Othocarus, ut referat domino suo se nūquam obediturum ei, si cupiat posse belli fortunam experiri, se quidem malle in pace manere. Vbi hæc Rudolpho significata sunt, grauius tulit, nec moratus fuisset, quin statim illi mouisset bellum. Sed fuerunt quædam alia prius propter Germaniam pacandā efficiēda. Marchio enim de Baden & comes Palatinus Ludouicus rebellabant Rudolpho, ex usu enim eis fuisset, nullum Imperatorem haberi, nam tenebant multa per Sueuiā, Alsatia & utraq; ripas Rheni, & Franciam Orientalem, quæ ad imperium pertinebant, quæ occupabant nimirum dum interregnum durauit, & temporibus quibus Imperatores à Pontificibus ita, ut diximus, uexati & depositi sunt. Hos igitur primū subiugauit Imperator, & coëgit omnia quæ malo titulo possidebant reddere imperio, ad pristinam iurisdictionem omnia reuocauit. Itaq; per Germaniam rebus bene ordinatis, adiecit animum ad debellandum Othocarū regem, qui præter multa alia quibus belli causas præbuit, ducatus Austriæ, Carinthiæ, Stiriciæ, principatum Carniolæ, portus Naonis ferè triginta annos contra ius & æquum possederat, quicq; erat rebellis iudicatus, qui etiā quosdā nuncios ad se propter Rempub. missos suspenderat contra ius gentium. Quicq; conuictijs in Rudolphum factis prouocatus ad arma. Quare per Germaniam exercito coacto primum ducit in Bauariam aduersus Othocarō adherentē Henricū, qui etsi ante aduentum Rudolphi missa illi fuerint præsidia Boëmica, tamen à Rudolpho facilè superatus est. Boëmis partim captis, partim occisis, partim in Boëmiā repulsis. Subiugato Henrico, Austriam inuadit Rudolphus, sed Austriaci (quanquam iuramentum præstitissent Othocarō, & illi obsides dedissent, Othocarusq; missis auxiliarijs copijs cohortatus eos fuisset ut permanerēt in fide) excipiunt Rudolphum ceu dominū suum cum magna gratulatione & ueneratione. Viennæ autem erāt numerosa Boëmorum præsidia, quare etsi ciues cupiebant Rudolphum, tamen non poterāt intramittere, præualebat enim Boëmus miles in urbe. Igitur Rudolphus Viennā obsidione conatur cogere ad deditiōem. Erantq; illi spes breui capiēdæ urbis, sciebat enim oppidanorum mentes. Multi enim confugerant ex urbe ad eum, quos maluisset in urbe habere, intra mœnia enim maiori usui illi fuissent. Othocarus interea cum infinitæ multitudinis exercitu ex Boëmiā appropinquat Austriam. Rex uero Vngariæ, cui eodē tempore erat bellum cum Othocarō rege, coniungit se cum copijs suis Rudolpho. Erant magnæ ab utraq; parte copiæ, quotidieq; expectabatur pugnæ hora. Quidā uero spirituales in quibusdam monasterijs sancti & deo deuoti uiri accesserunt primum Rudolphum rogarūq; ut potius aliquid de suo iure concederet quàm tantū sanguinis humani effunderet, charitatis, amoris, pacisq; autorem dominū deum prædicabant illi, quid nobis donarit hostibus suis, quo modo nos patienter ferat quid requirat à nobis: quā pretiosa sit uita hominis, demonstrarunt, ita ut Rudolphus testatus sit, non uelle congregi etiam si sciret certam & gloriosam uictoriā apud homines sibi futuram. Ii postea monachi accesserunt Othocarum eumq; eadem oratione demulcent, & mentis oculos illi apperit. Horum igitur sancta opera factum est ut mediatoribus arbitris quibusdam cōuenerint, Rudolphus & Othocarus. Tales autem fuerunt pacis conditiones, ut Boëmiā & Morauia rex Othocarus contentus esset, principatus uero alios, nempe Austriam, Carinthiam, Stiriam, Carniolam, portumq; Naonis redderet ijs quibus essent iustiores tituli. Othocarus quoq; regnum suum Boëmiæ & Morauicæ ex manibus Cesaris Rudolphi ceu feudum cum iuramēto flexis ge-

nibus accipere est coactus. Sunt quoque eodem tempore eademque ferè opera reconciliati reges Vngariæ & Boëmici, conditionibus æquis, reddidit enim alter alteri captiuos, urbes, castraque sua, foedereque coire ad multos annos. Viennam igitur post foedus factum Rudolphus ingreditur, & quod Fridericus olim de ea urbe constituerat quod supra diximus, id confirmat ut ratum perpetuo maneat. Othocarus rex habebat superbia & loquacitate, hoc est pessimis moribus, perditissimam uxorem, assidue regem maritum corripit, & contemnit opprobrians illi odiosè, quod tantas prouincias principatusue hosti dederit, fortuna non omnino tentata, omni belli apparatu instructissimus, meticulosum eum uocans, non uirum, iubet ipsum in Gynecio muliebres functiones obire, sibi dare arma, repetituram, quod ille præ ignauo timore hosti concesserat. Hac & hoc genus alia quotidie in aures inque faciem presentibus familiaribus nobilibus contumeliosè prædicabat fastu turgida mulier. Maritus stultitia improbaque loquacitate uxoris tandem uictus, non cogitat periculum, immemor iuramenti foederisque, conuocatis qui illi erant à consilijs, proponit illis, se poenitere quod tam inhonestas admiserit conditiones pacis, præ stare mori quam ita uitam in dedecore conseruare. Præterea in memoriam reuocat Germanos à Boëmis aliquando uictos, sibi omnia auguria & omnia pollicere successum, quare bellum renouandum sibi uideri. Consiliarij uel potius adulators omnes, uoluntate non utilitate regis respicientes in consultationibus omnibus, probant recuperatos spiritus regios, & sibi dolere pacem, inquitunt tam iniquam, minus iuris esse Rudolpho in principatus illos Carinthiæ, Austriæ, &c. quæ regi Boëmorum asserunt. Hoc omnes maiore studio dicebant, quia reginæ sententiam & animum non ignorabant, quæ magis dominam non solum aulae, sed totius regni experti erant. Quare qui locum habere uolebat in ea aula, obseruabat necessariò reginam dominam regis. Decernitur igitur bellum, omnia necessaria parantur. Idcirco rex Boëmicis copijs coactis mira uelocitate passim per prædictos ducatus munitiora loca occupauit multa. Rudolphus animaduertens hominis conatus insanos (qui ex stultis mulieris consilijs proueniebant) parat copias, cum socijs & principibus agit de bello, regem Vngariæ, quo satis testaretur animum suum erga eum, iuuenem in filium adoptat. Eo anno Iuliacensis dux parans se ad expeditionem Boëmicam, Aquisgranæ exactione à Rudolpho Imperatore impositam in usum belli exigens à ciuibus ante ecclesiam cum filijs duobus & ducentis militibus comitatibus eum, trucidatur. Imperator ergo id facinus inultum in presentiarum relinquens, occurrit cum copijs Othocaro obuiam, miserè affligenti Austriacos, quod tam faciles fuerant ad excipiendum Rudolphum & Othocarum deserendum. Conueniunt ergo in campo, qui uocatur Germanicè Nidersprung, instructis aciebus concurrunt, fit acerrima pugna ad postremum uicti Boëmi fugantur, magna utrinque multitudine militum desiderata. Rex quoque Othocarus occubuit, qui post prælium exutus omnibus uestimentis est repertus, uectusque Viennam, apud fratres Franciscanos sepultus est. Hic fuit finis consiliorum mulieris quæ uidebatur sibi sapientior marito. Nam rex, ut diximus, improbis conuijs uxoris loquacis & tumidae ad rebellandum contraque fidem faciendum impulsus fuit. Othocaro fuit filius nomine Vuenzeslaus, qui patre in Boëmicæ regno successit, desponsataque est illi filia Rudolphi nomine Iutha. Post uictum & occisum prælio Othocarum, traditus est filius eius gener Rudolphi Brandenburgensi Marchioni apud quem bonis præceptis & moribus imbueretur. Nam regnum Boëmicum cum filia illi tradidit Imperator. Post bellum cum Othocaro confectum, conuocauit Francofurdiam Principes imperij, ibi actum est de prædonum arcibus subuertendis, quas multas statim post comitia funditus sustulit Imperator. Eo anno Heduorum Princeps, quem uocant Admiraldum, rebellare conatus est

tus est Imperatori, quare coacta manu pro hostis robore in Burgundiam profici scitur & Admiraldum pugna uictū cogit suppliciter orare gratiā. Subiugatis Heudis & duce eorum, ducit copias in Allatiam, nam & illic cōspirarant quidā seditiosi. Qui ubi de aduentu Rudolphi certiores sunt facti, ipsi inter se intestino dissidio confecerunt. Imperator in ordinem & obedientiā illic omnia restituens, multos rebellionis cōspirationisue autores capitali supplicio affectit. Eodē fermē tempore filius Rudolphi regis Hartmānus cum quibusdā suis familiaribus in Rheino flumine submersus perijt, & delatus Basileam illic in cathedrali ecclesia sepultus est. Anno post proximo Rudolphus Imperator comitia celebrauit Francofurti, in quibus multa de Germaniā tranquillo statu constituendo sunt constituta. Eodē anno, annuente atq; adeo iubente Imperatore, arces Richenstain & Schoneck destructæ sunt, prædonesq; qui ea latibula inhabitabant deprehēsi supplicio sunt affecti. His temporibus per Italiā Principes seculares cū Pōtifice Romano de multis contendebant, Pontifex usus autoritate Rudolphi absentis effecit quicquid cupiebat. Erat enim singulare Rudolpho studium retinere Pontificis amicitiam. Pontifex præter reliqua consecutus est à Rudolpho ut Romaniam & exarchatum Rauennatē Pontifici restituerit. Pontifex multis benedictionibus & indulgentiis animum Rudolphi sibi deuicit. Quæ alij dicūt Rudolpho preciosa existimata, alij dicunt simulasse sibi grata fuisse. Anno domini 1231. Rudolphi uxor Anna in urbe Vienna mortua est. Post huius mortem anno tertio duxit aliam uxorem filiam ducis Burgundionū. Hoc tempore non uno loco per Germaniā terræ motus fuerūt, & uenti maximī qui multa deiecerūt ædificia, partusq; prodigiosos pepererunt mulieres & aliorum animalū foemina. Hoc etiam tempore Rudolphus misit in Italiam nomine suo uicariū qui Romæ & alibi per Italiam res ordinaret, & rebelles ad obedientiā cogeret, misit autem eum cū equitatu & peditatu Germanorum sufficientibus sustinere quantumuis magnas copias. Hi ubi in Latium peruenerūt, à plerisq; ciuitatibus tanquam Imperator adesset, sunt excepti, & honoribus affecti. Quasdam uero armorum uī subiugarūt. Ex quibus Florētini erant, quos uirtute militū breuī domauit. Pacēq; per Italiam facta ut rerum status permittebat, reuersus est uicarius cum copijs in Germaniā. Anno domini 1232. comitia Augustę celebrauit. Rudolphus conuocatis omnibus Principibus imperij, præter alia quæ in illis comitijs cōstituit, Albertū filiū suum ducem Austriæ fecit, omnibus principibus consensientibus. Paucis post mensibus eidem filio dedit ducatus Stiria, Carinthia, Naonis portus, & Carniola. Circa eadem tempora, cum per Germaniā in saxis laterent multi prædones reliqui, quancq; ante multas eorum domos demolierat, Erdfurtiam conuocauit Principes, ibiq; cōmunicato cum proceribus consilio statuit omnes suspectas arces diruere. Quare sine mora post conuentum solutum, octoginta ferē arces diruit, prædonibus qui ad nobilem quāpiam familiam referebant genus suum, decollatis, alijs eorum scilicet famulis laqueo suspensis. Sub idem tempus Honorius quartus eius nominis Papa fecit comitem lanuēsem nomine Pinziuallam de Flisco, uicarium generalem imperij, misitq; eum in Germaniam ad Rudolphum Imperatorem cum mandatis ut Rudolphus hunc uicarium cōfirmaret. Quod fecit in gratiam Pontificis Imperator, quāquam inuitus, malē enim habebat eum quod Pōtifex hoc ius in imperio sibi arrogabat, alium enim uicarium Rudolphus maluisset. Hic igitur imperij uicarius Pinziualla ubi in Italiam redijt, ingressus Tusciam uocauit ad se Senenses, Florētinos, Lucanos, Pistorienses, & alios aliarum ciuitatum populos, postulatiq; ab eis iuramētum nomine Imperatoris. Ciuitates unā congregatæ deliberant quid facere uelint, respondent igitur uicario, se nullo

iure posse ad id iuramentum cogi, quare non iuratos. Cōspirantēq; ciuitates cōmunem fortunam laturas se quicquid accideret. Vicarius ira commotus, non habens uero copias quibus uī posset exigere, quod postulabat, cōdemnauit propter inobedientiam singulas ciuitates certo pondere argēti ciuitatum quarūdam ciues in exiliū mittendos statuit, omnes eorum facultates sibi nomine Imperatoris adiudicauit, uerum nemo multam impositam numerabat, nemo in exiliū missus ibat. Vbi tandem uidit se omnino contemni, inglorius in Germaniam uenit ad Rudolphum, petiq; brachiū imperiale, hoc est copias militum Germanorum ultionis cupidissimus, neque enim dici potest quā moleste contemptum ferant huiusmodi ingenia quæ putāt se in primo loco omnium rerum, cum non sint. Nec enim dubito hunc uicarium elatiore animo confirmatum uicarium in Italiam reuersum, quā Cēsar ullus unq; fuerit. Nam primo statim aduētū impetiosē omnia agebat. Rudolphus non grauius tulit qui hunc uicariū suum quem Pontifex Romanus constituerat, non audiebant Italiæ ciuitates. Sperauit autem se ansam nactum adipiscendæ pecuniæ. Misit ergo Cancellariū suum prudentem iuxta ac eloquentem uirū in Italiam. Qui primum Hetruriæ populo diceret, se à pacis amāte Principe Rudolpho missum, ut ea quæ pacis essent ageret cū ipsis, quod si recusarent, uellentq; potius uastationes hostiles, quā tranquilla latorū omnia, ut quā primū in Germaniam rediret. Exposuit igitur ciuitatibus rebellibus quā Imperatori hic cōtemptus nullo modo ferendus sit. Admonet exēplorum aliarum ciuitatum qui rebellauerunt, quā stultē fecerūt, quanta sibi accersuerint mala. Quare hortatur eos ad obediendum, & faciendum libenter quod coacta facturū sint aliquando. Paulatimq; deducit orationem eō, quo ibat, nempe ut libertatem peterēt ciuitates, effecit oratione sua callidissimus orator. Ciuitates igitur petunt ultro, quod Rudolphus hac legatione uolebat, nempe ut pro libertate numerarent pecuniā. Pro libertate igitur sua dederunt Florentini sex milia nummū auri. Lucenses duplo plus soluerunt. Aliæq; numerarunt, pro facultatū ratione singulæ. Creauerunt ergo istæ ciuitates ab imperio libera magistratus ad consuetudinem maiorum suorum. Verum non diu post, ubi uiderunt Pontifices maiora posse ferre onera, imperij oneribus exoneratas, imposuerūt cuiuslibet ciuitatum in Hetruria pro uiriū opum uē modulo. Quare Pontificibus, non sibi, seipsas redemerunt. Graues igitur ære mulos agit secum ex Italia legatus Rudolphi. Quod Rudolpho fuit admodum gratum, nam pecuniæ ferunt studiosiorem fuisse. Honorius Papa laborauit his tēporibus magna diligētia apud omnes Principes, ut pararet expeditionem in Turcos. Eius rei gratia misit legatos suos in Angliam, in Gallias, & alias nationes. In Germaniam misit Cardinalem Tusculanum, qui Herbipolī cōuocauit ad synodum omnes magistratus ecclesiasticos & seculares. Aderat quoque Imperator Rudolphus. Legatus apostolicus in eo concilio petijt quartam partem omnium prouentuum ecclesiasticorum per quatuor annos. Non admodum iniquo ferebant animo seculares, quoniam ab ecclesiasticis solum exigebat, pecuniā pontificius legatus. Facile uero dici non potest, quā moleste tulerint ecclesiarum Pontifices exactiones illas, eoq; magis quod melius sciebant, quā seculares, in quam nefandum usum solerent collationes illæ conferri Romæ, tamen episcopi, abbates & alij prælati metuentes tacebant. Excepto uno episcopo Tulensi Franciscani ordinis, qui in cathedrali ecclesia Herbipoli præsentibus omnibus secularibus & ecclesiasticis longam orationem habuit, de iure humano & diuino, de officijs ecclesiasticis, de bonis ecclesiarum, de usu illorū bonorū. Effecitq; ea oratione, ut ecclesiastici prælati omnes uno consensu negarint duros, patrocinatq; illis sunt pleriq; secularium Principum

pum, tantum didicerant ex una concione Probi, nam hoc nomen erat episcopo Tulensi. Cardinalis minatus est episcopo Tulensi, non impunitam futuram eius temerariam linguam, iubebant Germaniæ Principes Probum bono esse animo, neque enim se passuros ut quisquam propter hanc rem uel digito uno attingat. Sed nescio quibus Pontificis artibus factum sit, ut hic Probus paulo post ab episcopo deturbatus retrusus sit ad fratres suos mendicantes. Postea cum Pontifici uoluerunt pecuniam extorquere aliquo prætecto, quantum uis honesti tituli, obstruebant muneribus, sacerdotioque aliquo, ora huiusmodi uirorum, quod aliquid autoritate aut linguæ uiribus poterant. Hoc tempore Eberardus comes de Wuirtemberg Rudolpho Imperatori rebellauit, admonitusque semel atque iterum, nihil mutauit. Quare Rudolphus ira commotus, coactis copijs hostiliter Eberardi comitatum aggreditur. Eberardus suis copijs decreuerat Imperatorem excipere, sed ubi imparem se omnino numero intellexit, recepit se Stuckgardiam, illic expectaturus hostem. Rudolphus urbem obsedit, uarijs machinis muros deiicit, oppugnat, sed animosissimè comes Eberardus repellit hostem, frequentibus eruptionibus factis magnam numerum militum occidit. Verum Rudolphus opibus & copijs fretus potuisset bellum producere diutius, quàm ferre quiuisset Eberardus, quod animaduertens archiepiscopus Moguntinus, qui benè uoluit Eberardo nescio quibus nominibus, interponit se, primum accedit Imperatorem inquiens: satis magnas poenas dedisse rebellionis Eberardum. Satis uideat Eberardum se uictum. Maiorem gloriam futuram Rudolphi, si superet iram, & uicto ignoscat. Ita autem pollicetur futurum obsequentem Eberardum Imperatori, ut nemo non clarè uisurus sit, uictum esse. Quod autem tam magno animo sit Eberardus, ut flecti & humiliari non facile potuerit, nec cesserit malis primis assultibus, non propterea odium mereri, sed magis ob uirtutem amare dignum esse. Hoc genus argumentis uictus est animus Imperatoris, & Eberardo planè placatus. Mediatore igitur archiepiscopo foederis conditionibus utriusque tolerabilibus cõuenerunt Rudolphus omnia Eberardo restituit. Comes Imperatori iuramentum fidelitatis præstitit. Erat eodem tempore magna discordia inter comitem Wuirtembergensem & ciues Eslingenses quos Rudolphus reconciliauit. Anno proximo post hanc pacem iterum scribunt rebellasse Imperatori comitem Wuirtembergensem, quantum uero ego intelligo priorem rebellionem fuisse opinor. Eberardus enim duos comites, scilicet Albertum de Acheln, & comitem de Teck armis inuasit, propterea quod ciuitatibus Sueuiæ, quibus Eberardus per ea tempora hostis erat, auxilium ferebant. Eberardus autem horum comitum agros, uillas uastauit & incendit, subditos abduxit captiuos, quosdam occidit. Quibus rebus motus Rudolphus ducit copias aduersus Eberardum, neque enim hoc ferre debuit. Erant enim ciuitates imperiales quibus indixerat bellum comes Wuirtembergensis. Vastauitque Imperator magnam partem comitatus Wuirtembergensis. Tandem tamen quorundam qui se interposuerunt opera, pax inter eos est facta, & sua sunt restituta partibus, scilicet Alberto comiti, & comiti de Teck, & Eberardo, nam illius quoque Imperator quædam occupauerat. Tertio rebellasse hunc Eberardum scribunt, Rudolphus enim munitum quendam locum in comitatu Wuirtembergensi, in quo comes plurimum collocauerat spei, demoliri præceperat. Quod Eberardus iniquissimè ferebat animo, neque enim ullam causam Imperator afferre poterat, quare faceret, quæ non hostilem animum erga comitem declararet. Intercesserunt quidam amici, qui composuerunt eos & impetrarunt ut permaneret integra munitio, erat autem cœmeterium. Nam tum in uicis & magnis pagis passim per Germaniam erant cœmeteria munita, in qua

se inquilini recipiebant in hostilibus incurſionibus, quæ tum frequentes erant. Habebant etiam uillici ſua fructuum reſitoria ſingula ſinguli in illis cœmente rijs, ubi fruges erant tutæ ab hoſte & igne, nam lapide fieri conſueuerūt. Vt uide- mus ueſtigia adhuc in quibuſdã Germaniæ pagis. Quãquam uſus & conſuetu do mutari ferè omnia. Porro eſi gratia dei noſtro ſeculo propter hoſtium incur ſiones hæc ædificia neceſſaria non fuerint hæcenus, tamen propter fructuum fru gumq; cuſtodiam operæpretium eſſet habere, ut magis negligentia credam aboli ta quàm iudicio. Videmus enim quotãnis non uno loco per Germaniã in agris incēdijs perire agricolarum labores, uel dona potius dei, frumenti plena horrea. Singulãri ſtudio fuiſſe Rudolphum electum Imperatorem erga ſuos conſangui neos, nam contulit in eos beneficia, comitatus, ducatus & omne genus dignita tum. Hoc tempore Burggrauius Norinburgēſis moritur, nullo hærede legitimo relicto. Quare ius ſubſtinendi alium, ad Imperatorem redijt. Burggrauiatum igitur ſororis ſuæ marito comiti de Zollem contulit. Ab illo comite legitimi hære des manarunt uſque ad Burggrauiam Fridericum, qui in cōcilio Conſtantiēſi Marchio Brandenburgēſis eſt factus, à Cæſare Sigismūdo. Nec alius Burggra uius poſtea ſubſtitutus eſt. Anno domini milleſimo decenteſimo ſexageſimo quarto, inſignes doctrina & pietate uiri in monaſterijs adhuc per Germaniam paſſim inueniebantur, educabaturq; iuuentus ad pietatem & timorē domini opti mē in ſcholis quæ erant monaſteria. Doctrinæ & pietati erat honos & præmium apud potentatus, cauebaturq; diligenter ne ad eccleſiaſtica miniſteria leues & im probi admitterentur homines. Hoc etiam tempore Alberto Magno propter phi loſophiæ cognitionem non uulgarem epiſcopatus Ratiſponenſis eſt datus. Hic Albertus Magnus epiſcopus Ratiſponenſis Coloniz in frequentiſſima ſchola ſacras literas & philoſophiam eſt profeſſus. Fuit que Thomas Aquinas Alberti Magni diſcipulus coloniz. Eiſdem temporibus uixit Nicolaus de Lyra, Lute ciazq; docuit ſacras literis. Magna profeſſō ingenia, & exercitata, nec probo qui labores & induſtriam tantorum uirorum ingrati omnino pedibus conculcanda iudicāt, propterea quod uerborum lenocinijs fucata eorum ſcripta non ſunt. Ha bent certe multa bona. Procedat in mediū cui non obrepat ſomnus, & nos lau dabimus eum ſolum inter mortales. Circa hæc tempora magnæ diſcordiarum cauſa fuerūt inter epiſcopum Argentinenſem, nomine Henricum de Staheleck, uirum magis ſtrenuum quàm oporteat epiſcopum eſſe, & inter Argētinae urbis ciues, quidam eos componere conati ſunt diu fruſtra. Epiſcopus tandem cum omni clero urbe exiit, mādātq; ſub pœna amiſſionis ſacerdotiorum & excommu nicationis ut ſequantur omnes, & ne quis Argentinenſium pueros baptizet, aut alia ſacramenta miniſtret. Super ea re ſcribit quoque Romam epiſcopus Argen tinenſis, & ciuitatis magiſtratus mittit etiam ſuos legatos, uiros doctos quos ſem per ea ciuitas habuit & coluit, ſicut adhuc hodie multos habet. Argentinēſes in uenerunt ſacerdotes qui, accepta pecunia, contra edictum epiſcopi, omnes eccle ſiaſticas functiones obierūt. Epiſcopus coactis copijs urbem obſidet, omnia cir ca urbem bona ciuium diripit. Ciues ſæpe eruptionibus factis cum hoſtibus pu gnarunt, aliasq; propitium Martem habuerūt, aliàs uero inimicū. Vbi uero nihil potuit amplius in urbē inuehi, omniaq; præripiebat epiſcopus, ciues ira inflāma ti uno animo decreuerūt ſemel omēs erūpere in hoſtē, ut aut uincerēt, quod ſpe rabant, aut uicti cederēt epiſcopo, ſacerētq; quæ poſtulabat. Quare cohortationi bus mutuis fortiter animati cū præſidijs militū, quos nō admodū multos ſecū ha bebāt, ruūt, eruptione facta ab epiſcopo nō prouiſa, in hoſtē, acerrima ſit pugna. Epiſcopus ipſe audaciſſimē in loco periculoſo pugnat, ſuos aperta uoce cohortatur,

tur, vincētibus promittit aureos mōtes, sed post magnam stragem amplius suos continere non ualens, uertentibus tergū omnibus, fugit & ipse, uixq; fuga uitam seruauit. Desiderati sunt de copijs episcopi nobiles circiter 70. ex quibus intelligi potest quantus numerus Gregariorū militū occubuerit. Inter quos fuit unus ex primæ nobilitatis de Tierstain, quæ arx militari uno à Basilea urbe distat. Item fuit quoq; unus de Geroldseck, frater episcopi, Quæ familia uetustissima & propter uirtutem bellicā clarissimæ nobilitatis fuit, & adhuc durat, obtineatq; antiquū ingenium & laudem. In hoc insigni prælio (quod sempiternæ laudī Argentinensibus meritō est, loquor enim ad animalis hominis sensum) septuagintæ sex armati capti sunt & in urbem à ciuibus ducti. Post hanc cladem episcopus nō submissior, sed iracūdiōr appetentiōrque ultionis factus est, quare longē hostiliore animo aggreditur Argentinenses, & longum esset enarrare damna quæ illis intulit. Vicissim ciues post uictoriam audentiōres, ab urbe longius progrediuntur & diripiūt quædā ditiones episcopi. Magni nominis reges & duces conati sunt componere eos sæpe aliās, sed præcipuē post prælium, quod putabant episcopum desensurum ad tolerabiliōres cōditiones, sed intractabiliōr est post pugnam. Iratum igitur episcopum pertulerunt Argentinenses ciues, nec cesserunt illius furoribus, donec mortuo episcopo Henrico de Geroldseck, pax est composita inter clerum & urbem. Nam ante episcopi mortem nullus fuit paci locus. Alius igitur cōstitutus episcopus cum clero in urbē ingreditur, omniq; studio operam dederunt & Argētinenses & episcopus ut omnes odij reliquæ, quæ solēt durare diu post bella, tollerētur. Anno paucis post, totum Hierosolymitanum regnū amiserunt, qui profitebantur religionem Christi. Sultanus enim rex Aegypti cum innumerabili multitudine uenit tempore quo minime à nostris expectabatur, & quo minus instructi erant rebus ad bellum necessarijs quàm unquam antea, sæpe enim Romam ad Imperatorē & Pontificem scripserant & petierant auxiliū, sed non satis curæ erant longinqua nostris, alieniora nimirū existimantes quam re uera erant. Sultanus igitur uictis Christianis in Syriā, expugnauit urbem Tyrum direptamq; incendit. Tripolim eximæ magnitudinis urbem funditus euerit, occisis omnis generis & ætatis inhabitatoribus Christiani nominis. Nobilesq; urbes Sidonem & Berytum, quæ Christianis in illis regionibus reliquæ erant, obsidione continua & diuturna fatigatas, tandem multitudine militum obrutas expugnauit, diripuit & magnam earum partem exussit. Paruas præterea urbes alias multas subegit, hominibusq; quos non trucidauit iumentorū loco usus est. Pontifex Romanus ante & post has calamitates misit per totam Romanā ecclesiam legatos, qui Príncipes hortarentur, colligerent pecuniam ad expeditionem Hierosolymitanam. Sed dum quisq; priuata quærit differtur negotiū, pereunt tot homines, in contemptū ueniunt Christiani Príncipes. Non possum loco hoc dissimulare, quod in hac re pessimū fuit, maximeq; promouit rem Turcorū, nempe quod qui collegerant pecuniā per Gallias, Angliam, Hispaniam, Germaniā, totā breuiter Romanā ecclesiā sub prætextu belli in Saracenos, in nefandos usus dilapidauerant, & quādo optimē agebat uix decima pars exponebat in usum in quē collatæ erāt pecuniæ. Etā Pōtifices Rom. hoc nō semel questi sunt, nam fuerunt Pōtifices qui ecclesiæ cupiebāt consultū & propterea hanc collectionē collegerunt, per legatos, ex quibus inuenti sunt multi qui uentrē suū curauerunt, uermiū escā, id bonis patribus multis omnibus retro seculis semper displicuit. Noua calamitas accidit in regno Hierosolymitano, nihil enim cum reliquum haberent Christiani, quàm Ptolemaidam, de eius administratione, orta est perniciosissima cōtentio, eius enim dominiū uendicabāt sibi, Templarij, Hospitalarij, Teutonici ordinis fratres, patriarcha Hierosolymitanus, rex item Cypri, & Sicilia rex.

Pisani quoque titulum, nescio quo nomine, eius imperij sibi arrogabant. His igitur propter reliquias regni, quod turpiter perdidērāt, contendētib; Sultani filius cum maximis copijs uenit ad Ptolemaidam, omnemq; eis uiciniam deuastat, multos captos abducit, tandem propius accedit ad obsidendam urbem. In qua rerum difficultate inceperunt istar de quibus dixi contentiones de imperio Ptolemaidar quiescere, iamq; nō de imperando cogitabāt, qui in urbe erāt, sed de propugnanda et defendenda urbe. Nemo uolebat solus propugnare ut solus regnaret. Concordes igitur facti sunt, obsidēte urbē tam potente & numerofo hoste, erāt enim ducenta millia armatorum duce Sultani filio, in obsidione. Qui omnes acerrimē impugnarūt dies noctesq; moenia urbis. Vbi autem circiter tres menses sustinuerunt grauem obsidionem, eruptione in hostes facta Christiani occiderūt magnū hostium numerum, & unde possumus colligere quot occiderint, tria millia, captorum in urbem duxerūt, repuleruntq; hostem ab urbe plus quam mille passus. Post hunc successum Satan rursus occupat corda quorūdam, incipit denuo līs de urbis principatu oriri, inter eos quos ante dixi, & multo uehemētior q̄ antea. Alij alios nitebantur eicere ex urbe, quod ubi cognouit Sultani filius, qui desperauerat de capienda urbe, rursus uocatur in spem, quare reuertitur munit castra iuxta urbis muros, iam ante penē deiectos, statimq; sentiens non eam oppidanorum alacritatē in defendenda urbe esse quā fuerat prius, sustinuerūt tamen per aliquot dies fortiter hostē, quisq; eīm pro sua salute pugnat, sed omnia frigidius agebantur, animis discordantib;. Quod ubi perspicatores, rerumq; astimatores peritiores animaduertērūt, subdixerunt se ex urbe, quotidieq; aucto desertorū numero, ij qui remanserunt ad raritatē sunt reducti ut non amplius potuerint hostē repellere, quare secuti sunt desertores, & paulatim plures se subdixerūt, conscens nauibus non bene instructis & rectore perito carentibus, periēre ferē omnes naufragijs. Quare pauci manserunt in urbe qui nimirum naues non habebant quibus fuga se seruarent, ij uero pauci hostis atrocitatem scientes statuerunt pugnando mori, ne uiui in manus peruenirent crudelissimi, & omnis humanitatis experti hostis. Propterea irruūt in hostem, & maxima hostium caede facta caduntur omnes ad unum. Conuulsatis omnibus quae transferri potuerunt, urbē totam exusserunt, effossis etiam fundamentis, ne iterum facile aedificari posset. Hoc accidisse memoriae mandatum est anno 1290. Nihil amplius in illis regionibus tenebant Christiani quam insulam Cyprum, & minorem Armeniam. His tot miserandis Christianorum cladibus auditis, Pontifex Romanus Nicolaus per ecclesiae Romanae omnes terras misit legatos, qui adhortarētur ad subueniendum fratrum calamitati. Indulgētias liberaliter promisit aliquid in eam expeditionem conferentibus, uitam uero aeternam certō promittebat, omnibus qui cruce assumpta, nam cruci signari solebant milites, contra hostes illos fidei militatum irent. Nuncq; plures fuisse inuētos p̄cedentibus annis, in Germania qui se armarint ad expeditionem illam fertur, sed cum omnes cuperēt accinctiq; essent ad iter, nemo dabat obsonium seu uaticum, quare manendum fuit, uoluisseq; erat conscientijs solatium. Anno post natiuitatem domini 1291. Rudolphus Imperator aegrotus portatur Spiram, comitantibus eum multis Principibus, uxore item sua & filia Boemiae regina, sed ubi Spiram peruenit uectione irritato morbo, paucis post horis morit̄. Sepultusq; est Spirae in ecclesia cathedrali magno honore & luctu. Hic charitate patriae ductus toto imperij tempore curauit Germaniae res, Italiam saepe proposuit accedere, sed cum seditiones & factionum partes uideret sedari & componi non posse sine certo periculo, mutauit propositum, maxime cum cogitaret quid alijs Imperatoribus Germanis in Italia accidisset. Satis putauit si patriae benē cōsuleret, & suae familiae quam non mediocriter auxit, contulit enim in eam Austriae.

Austriæ ducatum principatusq; alios de quibus supra satis est dictum. A prædonibus liberauit Germaniam multis eorū arcibus demolitis. Viditq; ante mortem Germaniæ statum quietum & felicem, crescentesq; prosperrimè urbes. Illis temporibus caruit Romana ecclesia Papa duobus perpetuis annis, tãta erat quorundam in ordine cardinaliū ambitio, & ita erant Romani in partes diuisi fuitq; Italia per hæc tempora confusissima bellis intestinis.

DE GERMANIS

LIBER VIGESIMVS SECVNDVS.



Ost mortem Rudolphi Principis quem iure quidã patre patriæ uocâr, cõuenerunt Principes electores, Francofurtiã, cõcordiãq; sententiã elegerunt Adolphũ comitem de Nassau, qui sex annos regnauit magna laude, ita enim administrauit omnia, ut nusquã notari potuerit sua querere, aut fauore suos euehere. Præfexit rebus administrãdis quos dignos putauit, qui idoneis uirtutis dotibus utiles uidebãtur. Magnis laboribus & uitæ discrimine sæpe dilatare imperium studuit. Pecunia sua cõmississe scribitur ad imperium quasdã urbes. Columbariã Alfatia rebellãtem obsessã, expugnauit, & imperio subiecit. Post electionem aliquot mensibus uenit in Sueuiã ad urbem imperialem Eslingem, illucq; cõuocauit omnes Sueuiã ciuitates ac nobiles, cum illis certis conditionibus fœdus facit, ciuitatibus priuilegia cõcessit quibus scilicet potentiores & ditiores redderẽtur. Omnes imperio eius subditi sunt, præter comitem de Vuirteberg, qui eiusdem ordinis esset, quo fuerat Imperator, contemnebat eum, fuerunt & alia odij causæ. Eo tempore rex Boemia Venceslaus & nobiles primates uic regni Vngariæ, quod diu seditionũ & bellorum tumultibus afflictatum erat, mittunt legatos regni proceres ad Othonem Baurariæ ducem, offeruntq; illi regnum, conditionibus certis præscriptis, Otho statim sine cunctatione, ne aliquid inter os & offam incideret, comitatus equitatu bene instructo proficiscitur in Vngariã, excipiturq; magna quorũdam gratulatione, ab episcopis Versprimiensi & Canadiensi ungitur & coronatur. Budaq; regni negotia coronatus administrat, causas cognoscit & iudicat. Sed non diu post à reliquis factionum obsidetur, expugnatur, capitur, in uincula cõijcitur, ex captiuitate opera quorundam elabatur, ueniens ad suos in ducem recipitur. Hic Otho ultionis cupidus quã primũ in Germaniam uenit nihil non tentat quo possit in Vngariã redire & poenas sumere de ijs qui eum coniecerant in uincula. Paratq; iam multa ad expeditionem necessãria, socios belli habebat, eratq; totus in cogendis copijs, ecce nũciatur illi, eiectos ex regno Vngariã omnes qui eũ ceperant, erat aut cum alijs quibusdam Ladislaus Vuaiuoda, esseq; uno omnium Vngarorum consensu Carolum Siculum in regem electum, curãte hoc per suos legatos Pontifice Romano. Quare Otho satis habens suos hostes esse ultos, quiet. Anno domini Flandriã, cum haberent ducem nomine Guidonem tota est uastata. Cui rex Angliã Eduardus cupiens auxiliũ ferre, misit nũcios ad Adolphum electum Romanorũ Imperatorem, fœdereq; cum eo coit, misitq; simul magnam uim pecuniã in Germaniam rex Angliã ad Adolphum, in stipendiã Germanorum militum. Adolphus igitur mox coactis copijs mittit eas in Flãdriã. Quæ temerè ante aduentum regis Anglorum cum hoste comite Artensi qui magnũ exercitum Gallorum simul etiam Germanorũ militũ secum habebat, congressi uicti sunt & occisi sunt circiter tria millia in ea pugna. Comes Artensis

F post

post praelium illud urbes quasdam & munitiones maritimas occupauit. Mox ab Adolpho Imperatore submittuntur alij milites in locum eorū qui primo conficti perierāt. Venit quoq; interea temporis Anglorum rex in Flandriam cōiunctisq; uiribus Germani, Flandrenses, & Angli, Brugas eiectis Gallis capiūt. Sed cum Anglus audiret regem Galliarū magno conatu & apparatu aduētare, Germanasq; copias propter paucitatem non magnopere firmas, Flādensium uero animos inuiles propter priores pugnas quibus aliquoties fugati fuerant, in Angliam cum copijs suis se recepit, desertusq; relinquitur comes Flandriæ. Pontifex Romanus his rebus cognitis, mittit Carolum regem Apulię in Gallias ad regem ut pacem inter Gallum, & Anglum, ducentq; Flandriæ componeret. Carolus rex, Pontificis legatus magna reuerentiā à Gallorum rege est exceptus. Inceptumq; est agi de pace, cumq; non statim propter rei magnitudinem cōuenire poterant, sunt induciæ factæ ad biennium, ita tamē ut regis Galliarum essent Brugæ & alia quadam occupata ex comitatu Flandrię. Nam rex pro impēsis multo plura postulabat. Eduardus rex Anglorū accepit in uxorem filiam regis Galliarum, nomine Isabelē, & his nuptijs est fœdus confirmatū, Albertus dux Austrię Flandrensis belli tempore duxit copias aduersus Imperatorem, nam male habebat Albertum quod nō ipse erat electus ad imperium. Dicebatur autē Albertus dux Austriæ adiutus pecuniā à Gallo, quo bello Austriaco domi detētus nō posset subuenire comiti Flandrensi. Nam nisi fuisset occupatus hoc bello Adolphus sua ipsius persona in Flandriam cum potente manu descendisset. Sic enim in animo habuerat, & regi Anglorum promiserat. Vterq; igitur Adolphus & Albertus Germanicis copijs instructi multo cum sanguine bellum hoc gesserunt. Cōuocatus est autem, duce Austriæ procurate, Moguntia conuentus Principum Germanorum, ibiq; communi sententiā omnium ferē ab imperio depositus est Adolphus, & in locum electus hostis eius Albertus dux Austriæ. Abrogationis causa fuit, quod à rege Angliæ acceperat centum millia marcarū argēti, ut auxilium ferret illi contra Gallos. Huius summæ partem debuisset in conscribendum exercitum impendere, partem inter Principis Germaniæ diuidere. Sed sibi ferē totam seruauerat, nihil Principibus dederat, milites paucos sine stipēdio miserat in Flandriam, spem magnam prædæ fecit militibus quam essent inuenturi in Flandria. Atq; hac uia destituit & prodidit, si quis rectē existimet rem, regē Angliæ, & defraudauit Principes Germanos. Quanquam illa pecuniā usus sit in Misnensi ducatu emendo, quē, ut sic dicā, incorporauit imperio. Quod illi excusationi apud quosdā est. Electo duce Austriæ Alberto, Adolphus abrogatus indignissimē ferens repulsam, parat arma, nullis impēsis parcēs, statuit aut ulcisci, aut mori. Rex Angliæ iam dudū captans occasionē referendī talionē, iuuat pecuniā Albertum cōtra Adolphū. Multi etiā alij iuuabāt apertē Albertū, Cōradus enim episcopus Argētīnēsis, Gerardus Moguntinē, Albertus dux Austrię, comes de Lynigē, comes de Zuaibruken, & alij multi erāt hostes Adolphi & in mortem eius coniuurarāt. Cū igitur in castris essent ambo, quotidie propius accedebat alter ad alterum. Cumq; uentū esset ambobus in latam planiciem, nō procul à Vuormatia, instructis aciebus congressi sunt numero ualde impares, nam longē inferior erat militum multitudīne Alberto Adolphus. Pertinacissimis animis pugnarunt ad octo ferē horas. Tandem Adolpho cum toto ferē exercitu occiso, reliqui pauci fuga salutem quærūt. Et hic scriptores uariant, sed non admodum multum. Electus igitur Imperator, ut diximus, Albertus Austriæ dux ante occisum Adolphū denuo Francofurdia eligitur post obitum Adolphi, moxq; post electionem descendit Aquisgranum, comitantibus eum multis Principibus, & uxore quoque sua comite, filia comitis de Tirolis, Aquisgrani iuxta consuetudinē coronatus est

est cum uxore sua. Non diu post coronam acceptā, misit legatos Romam, ut peterent confirmationem à Bonifacio Pontifice. Sed negata est illi aliquoties confirmatio. Scribunt enim Papam respondisse, nō dignū imperio qui occiderit Adolphum suum dominū habentem coronam in capite ac spatham ad latus, clamantem ego sum Cæsar. Hic habitus & hæc uox debebat, inquit Bonifacius, deterre re Albertū, si homo fuisset. Diu ergo cum Papa non uellet cōfirmare, ratam uē habere electionē Alberti, muneribus tandem impetrauit fauorem pontificiū, ut confirmarit illum. Nam ante impetrare uoluit, sine pecunia. Fuit enim prorsus ad rem adtētus hic Albertus, Liberis uolens amplum patrimoniu relinquare, habuit autē numerosam prolem. Fuerūt illi filij sex. Rudolphus qui fuit Boëmorū rex, Fridericus, Lupoldus, Henricus, Albertus & Otho. Tres filias illi fuisse ferunt, quarū ætate prouectiorem matrimonio iunxit regi Vngariæ, erat autem illi nomen Hagnes. Elizabeth nupsit Lotharingiæ duci. Minima natu desponsata est Marchioni Brādenburgensi Goldemaro. Studium igitur illi fuit, infanum penē dixerim, quā plurimū relinquere liberis. Anno post natiuitatē domini 1300. Germani turmatim magna multitudine Romā petuerūt gratia uisitandi S. apostolorum limina, & consequendi indulgentias & benedictiones Pontificis Romani. Eo anno enim Bonifacius exemplo ueteris testamēti publicauit Iubileū, concessitq; plenissimā peccatorū omnium remissionem his qui limina apostolorum uisitarēt. Eum annū centesimo quoquo anno renouare præcepit. Quam ob rem ex omnibus nationibus, Romanę ecclesiæ tāta hominum turba confluxit, ut Roma urbs uix caperet eos. Innumerabilisq; illuc allata est pecunia. Iam erāt finitæ induciæ inter comitem Flandriæ & regem Galliarum, quare rex cōtrahit copias, duce fratre suo germano mittit in Flandriam, hostiliter omnia in Flandria à Gallis diripiuntur, uastanturq; omnia miseris modis & capiuntur plerāq; ciuitates maritimæ. Comes Flandrēsis omnibus omnium præsidijs destitutus, recepit se cum suis in munitissimū principatus sui oppidū Gandauū. Mittit ad fratrem regis ducē exercitus, petit pacē. Negotiū uenit ad colloquiū, conuenerunt his conditionibus, ut regi certum numerū peditum & equitū mitteret quancūq; & contra quemcūq; rex cuperet. Numerareq; certā loco tributū pecuniā. Vicissim rex restitueret comitem Flandriæ omniaq; redderet, exceptis quibusdā munitio nibus, quas Gallus ē sua manu dimittere noluit. Fœdere pacis ita factō, Gandauum, aperit comes Flandriæ, regis Galliarū fratrem Carolum Valesianum, nam hoc nomen erat illi, ad se intromittit, amicū cum ipso habiturus colloquiū, sed fœdis fragus Valesianus intromissus, oppidū militibus diripiendū concedit, cum duobus filijs capit comitem Guidonem, sic enim uocabatur comes Flandriæ, & in Gallias ad regem mittit, occupatq; totum comitatū Flandrensem. Constituto autem Flandriæ præfecto, nomine regis Galliarum, dimisso exercitu reuertitur. Hic regis præfectus quotidianis exactiōibus exhaustit Flādriam, quare magna Flandriæ pars defecit à Gallis, ad Guilielmum quendam ex ueteri familia comitum Flandriæ originem generis habentem, cui adolescens Guido comitis capti filius se adiungit, in tumultuariē coactis copijs, Galliam Flandriæ uicinam uastant & diripiūt. Multis prius per Flandriam occupatis, Gallis illinc eiectis. Quam ob rem sine mora rex Galliarū mittit in occursum comitem Artēsem cum magnis copijs. Regius igitur exercitus castra munuit apud oppidū Coltracū, Guilielmus & Guido intellexerunt se pugnam uitare omnino non posse, neq; se quoquā in tuta loca cum exercitu suo recipere, uiderunt simul suos milites, qui erant uiginti millia, de fuga cogitare, cum hostium essent decem millia equitum, quinquaginta peditum, in his difficultatibus cōstitutis post lōgam consultationem uisum est suos in eum locum ducere, ut cogerentur ex desperatione pugnare, ducūt igitur

quàm primum suos in cōspectum hostium in campum planissimum, inter Gallos & Flandrenses erant cæcæ fossæ, in quas rustici per elices aquam duxerant, ut per nimiam uliginem agrum serere possent, illas fossas sciebant Guido & Gulielmus transire non posse sine certo periculo tantum exercitum, præcipuè tam grauem equitatum. Accedebat quod Gallis ignotæ istæ fossæ erant. Aciebus igitur utrinque instructis, Gulielmus adhortatur suos ad uirtutem, ostenditque quàm nulla salus illis sit in fuga cum à tergo hostis omnia teneat, nam de industria sic duxerant illos, & cum uideant equitatum tam numerosum, qui facile fugientes consequetur. Quam ob rem aut moriendum omnibus aut uincendum, uincere autem facile dicit esse, nam Gallis esse quo fugiant paratum locum, neque illos pugnare pro focis & aris, item se compertum habere quosdam ex Gallorum militibus optare uincere Flandrenses, ne statim finiatur bellum, & alia quæ uidebantur ad parandos animos ualere dixit. Iubetque simul pedetentim ire, uidens hostilem equitatum fossis appropinquare, suos iubet præcedere paululum ut Galli equites in eos impetum facere conentur, id ex animi sententia Flandrensibus euenit, nam equitatus gallicus totus quātus quātus erat impetu uno Flandrenses oppressurus, laxis equorum habenis, aduolat, perfringuntur à primis statim crates quibus fossæ terra superiecta erant, cadunt igitur equites cateruatim in fossas, quæ erant profundæ & amplissimæ, qui ultimi erant, casum uidere non poterant, clamore audientes putabāt prælium commissum, quare alij alios tradunt in fossas, & cum ij qui in ultimis equitum turmis erant, respicere uidebant eos qui fossas uitare uolebant, cum conuictis uiretruserunt, donec perierit ferè totus equitatus. Dum illi pugnant in hunc modum cum fossis per aliam uiam (nam erat eiusmodi ut nullus transire possit) Gulielmus & Guido mittunt suum equitatum, erat autem circiter quatuor millia, qui reliquos qui non perierant in cæcis lacubus, exterritos fugientes trucidauerunt quosdam ceperunt, secutusque est peditatus Flandrensium equites, & cum equitibus suis adorti sunt peditatum Gallicum, qui destituti omni ope equitatus sui, putantesque uirtute equitum Flandrensium sic oppressum & deletum, exanimati uertunt terga, & uiginti millia persequuntur quinquaginta millia hostium. In eo prælio plures ex Gallis cæsi sunt, quàm fuerint Flandrensium. Post prælium extractum ex fossis equitatum exuerunt, uiuos homines inuentos, sed nullum uiuum equum ferunt. Gulielmus & Guido post tam omni memoria dignam uictoriam, receperunt omnia in Flandria. Terruit hoc prælium regem, terruit totam Galliam. Flandria enim recepta, Guido & Gulielmus ceperunt expugnare uicinas Galliarum urbes, & quæ uidebantur prodesse sibi muniebant, quæ uero obesse destruebant. Rex ergo Galliarum, reparat equitatum, & omnia ad bellum necessaria, maiore conatu quàm antea. Carolum ualesianum suum fratrem summum constituit exercitus Principem. Omnia affectibus dolore animi, & ira, pudoreque confusus administrat, non satis expendit anni tempus, impensas belli, hostis consilia. Exercitum igitur ducit in Flandriam octoginta millium armatorum, & pro stipendio dat adulterinam moneram, quod milites ita alienauit ab eo, ut si cætera omnia illi fauissent, tamen nihil hoc milite effecisset laudæ dignum. Et quoniam Flandria tota est paludibus & uliginosis agris plena, ut nisi exertus eo ueniat in æstate, dum adhuc nubes pendent, nusquam ire potest, minimeque equites, uenit autem rex mense Octobri gessurus bellum, cum diu in luto & paludibus hæsisset, magnis sumptibus, tandem, cum nihil prorsus recepisset, induciæ sunt in annum factæ. His temporibus Bonifacius Papa multo contra Albertum excogitauit, quanquam eum confirmauerat. Nec enim unquam fuit Pontifex hic æquus Alberto propter occisum dominum suum, nam putauit quiduis ausurum qui hoc ausus

ausus fuit. Regis igitur Gallorum germanum fratrem Valesianum Romam uocat, eum Romanum Imperatorem facturum, reiecto Alberto. Qui ubi Romam uenit Pontifex concilio conuocato, exponit suum institutum. Cardinales & episcopi aliquot melius scientes Germanorum ingenium, & statum eius temporis in Alemania, quam Pontifex, dissuadent, nullo modo fieri posse affirmantes, ut alius possit fieri Imperator quam natus Germanus, illud ius bellicosissimæ nationi extorqueri non posse. Quam ob rem Pontifex audiens Valesianum Imperatorem fieri non posse, præfectum illum constituit super patrimonium Beati Petri. Habuit hic Carolus uxorem filiam Balduini Imperatoris Constantinopolitani, qui ab imperio depulsus erat, rogat igitur Pontificem ut Constantinopolitanum regnum socero suo liceret repetere, & ut Pontifex adiuuaret ipsum. Quod Pontifex se facturum promisit. Miserunt igitur Germanum quendam qui Romæ erat, nobilem inter milites in Germaniam qui adduceret aliquot Germanorum milia Balduino, simul exploraret animos Germanorum erga Albertum. Germanus legatus ex Germania celeriter negotio confecto, cum militibus Germanis uenit Romam. Pontifex quoque miserat legatum in Gallias ut auxiliares manus mitteret socero fratris sui, addidit esse opus bonum & sanctum, nam restituito Imperatore Constantinopolitano, statim se exercitum missurum in Turcos. Et erat id propositum Pontifici. Sed rex Galliarum audito Pontificis legato, qui erat episcopus Ariminensis, nihil respondit pro uoluntate & proposito Pontificis, quare legatus, quemadmodum in mandatis habebat, minatus est regi anathema, & a regno depositionem, fratremque regem futurum, quem iam nolit iuuare, nam non Balduinum sed fratrem & Christianam ecclesiam ut iuuet se petere. Rex episcopum in uincula iubet coniungere. Ex qua re magna inimicitia inter regem Galliarum & Pontificem est orta. Rex ubi intellexit Pontificis animum à se alienatum, qua erat paritissima, uel, ut quidam uocant arrogancia, ius ecclesiasticum, quod Papæ erat, sibi uendicabat, sacerdotia & episcopatus conferebat, quibus placuit, quos prælatos cognouerat Pontifici patrocinari deposuit, eorum prælaturas alijs conferens, diripuit etiam opulentiores episcopatus. Quibus rebus motus Pontifex, maxime uero quod impediabat expeditionem Constantinopolitanam, & quæ ex illa securatura erat, Hierosolymitanam, conuocat Romam concilium, etiam totius Galliarum prælatos ecclesiasticos uocat ad urbem, sed Gallus ne quis Romam iret, prohibuit sub poena amissionis uitæ, aut saltem, si cui contingeret misericordia, beneficij. Qua regis temeritate Pontifex magis irritatus est, quare statim ad eum mittit legatum, per quem autoritate & iure apostolico præcipit illi, ut recognitionem regni sine mora faciat, alioqui in promptu esse fulmen anathematis in eum, & Galliam uniuersam interdicto se suppositurum. Nam in decretis pontificum habebatur regem Galliarum à Romano Pontifice oportere recognoscere regnum, in temporalibus quoque. Vbi hic legatus Lutetiam uenit, rex iussit illi eripere bullas, literas uel apostolicas, & legatum ex regno eicere, & mandare illi ut pontificis nuncios regem suspensurum omnes qui à Roma postea ueniant. Hæc ubi Romæ legatus nunciavit, continuo congregatis patribus regem Gallorum excōmunicat & regnum eius cui libet occupanti cōcedit, simul in Germaniam ad Principes scribit, quæ putauit regem odiosum facere & onerare inuidia. Excōmunicat etiã omnes qui fauēt illi aut bene loquunt. Rex Gallorum execrationes pontificias cōtemnit non esse pontificia sede dignum, esse hæreticum, symoniacum & omnibus uitijs cōtaminatum hominem, quare eius sententiã non morandã, sed iure à pontificatu deponendam. Hæc pessimè habuerunt Bonifacium Papam, quare synodo cōgregata iterum accusat regem, in qua synodo Romæ habita decernitur, Philippum regem Fræciæ à regno deturbatum, & Albertum

electum Imperatorem regem Gallorum patres eius synodi appellant, nam illati putabant aliquid contra Philippum posse, & etiam libenter occasionem arripere, nam alioqui erat magna similtas inter Albertum & Philippum. Absoluunturq; in ea synodo omnes iuramentis obstricti regi Gallorum, quinimo excommunicantur qui non relinquunt illum. Mittunt ex ea synodo in Germaniam legatos ad Albertum qui eum exhortentur ad cogendas copias, & in Galliam ducendas, Romanum Pontificem quoq; suas copias missurum per alpes in Galliam, ut una coniuncti membrum ecclesie putrefactum abscindant. Magna erat ira Pontificis, nec minor ira Philippi regis. Albertus iram Pontificis intelligens non diu duraturam, negat se tantis impensis conscripturnm exercitum & in Galliam ducturum, nisi Pontifex regnum etiam heredibus suis concedat & confirmet. Quod Pontifex noluit facere, ex quo Albertus facile colligit, Papam Germanis sic abuti decreuisse, donec ira sua satisfaciatur. Rex Philippus Pontificios conatus uidens, contra meditatur quid ipse possit Pontifici rependere. Cognouit autem Pontificem Anagninam esse, eodem mittit quendam Italum nomine Sarram, qui etiam uitam debebat Gallorum regi, ut qui illum captum a piratis redemerat, mittitq; cum eo etiam alios familiares quibus rex fidebat, ij ergo acceptis ducibus militibus ex copiis Valensii ditionis pontificie praefecti, Anagninam silente nocte ingrediuntur & Pontificem capiunt, Romanamq; ducunt, ibi moritur statim post mensem unum. Quid eos impediuerit quod non duxerint ad Philippum regem certum non est, nam habuisse in mandatis ut si caperent eum ut ad regem duceret, fertur, & est probabile. Alij putant sanctitate pontificia deterritos, alij uero dicunt Anagninos ciues se opposuisse illis & coactos aut dimittere, aut Romam ducere. Sunt qui asserant, propter morbum non ausos fuisse longius ducere, nam periculoso laborasse morbo. An uero Valensius regis frater conscius facinoris fuerit, ignoratur. Prudenter sane ob affectum temere in corde Pontificis exortum noluit se Albertus immisceri, nam facile prauidebat nihil hic esse solidi, leuissimum esse uetum. Hoc tempore grauissima odia fuerunt inter Vuenceslaum regem Boemiam & Imperatorem Albertum, nam Vuenceslaus contempsit illum Imperatorem, & palam iactabat, se recusasse imperium oblatum. Albertum sibi debere imperium. Fuit autem hic Vuenceslaus uir prudens & in militaribus rebus exercitissimus, nec infelix in rebus expediendis pacis & belli tempore. Fuit educatus apud Marchionem Brandenburgensem, ubi bona natura per educationem est excolita. Tanta fuit autoritatis & nominis ut Poloni se illi spontanei uolentesque subiecerint. Et Ungari ultro uenerunt ad eum petentes filium eius nomine Vuenceslaum in regem, quem pater misit magnifice comitatum igitur in Alba Graeca unctus & coronatus est ab episcopis regni. Albertus autem uidens hunc Vuenceslaum inimicum suum tantopere amari, & suscipi, nihil contra eum tentare ausus fuit. Alberti Imperatoris aetate Heluetij sunt primo existimati inuicti, nam multi illos bellis lacebant, sed omnes cum ignominia fugati sunt. Quanquam longe uetustiore non ignorem originem eorum, sed hoc tempore primum eorum uirtus et fortitudo nobilitata est. Scribitur ab autoribus de Suisensium aduentu in illos montes, quos iam inhabitant, quod aetate Sigiberti Suedorum regis, & Christophori comitis Austro Frisonum, fuerit in eorum regionibus nimia hominum multitudo, & utager ille alere non potuerit, quare fame coactos mutare solum, aliasq; sedes quarere. Tum igitur simul ex Suedis exiuerunt sex millia uirorum, ex Frisonibus mille & ducenti, qui omnes uiribus & aetate ad arma habiles fuerunt, praeter mulieres & pueros, quorum numerus longe fuit maior. Vbi ad Rhenum uenerunt a Gallis ne transirent prohibiti sunt. Galli colluuiem hominum imbellium putarunt, sine castris munitis dormiebant, excubijs negligenter procuratis, Adueni Suedi paupertate

tate & ægestate excitati diligentissime omnes temporis articulos obseruarunt, quibus possent consulere charis liberis, uxoribus, parentibus & sibi. Igitur uidentes negligentiam hostium, tempore, quo non expectabantur, hostem stertentem aggrediuntur, superant, magnam multitudinē occidunt, & potiuntur præda nõ uulgari. Post hoc prælium terribiles facti sunt hostibus suis. Mittuntur ad eos legati, quid uelint, quid in animo habeant. Ipsi respondent, se nihil iniquū petere, neminem ex sedibus suis uelle expellere, esse in his regionibus deserta loca, quæ cupiāt sibi dari, ut colant, hoc ius naturale esse, si quis hoc neget hostē esse humani generis, qui quod ipse frui non possit, alijs ne fruantur eripere. Se cupere quietam uitam in rusticis operibus, non uelle aliorum labores deuorare & rapere. Sunt igitur illis concessa deserta loca illa, lacus, montes, ualles, colles, fontes, quæ hodie possident reddita cultissima & fecundissima. Antea uidebātur, quod nulla erat cultura adhibita, inutilia prorsus, quæ hodie tot hominum millia alunt rura. Nulum est enim solum tam infelicis ingenij benè & prudēter cultum, quod non superet naturali bonitate optimam terram cui nullus cultus est adhibitus. Non hoc dico, quod ager Helueticus non sit habilis ad omnia ferè necessaria ferendum, si aëris & soli qualitas spectari debet ex corporū magnitudine & pulchritudine, & in plātis, & in animalibus, nemo potest negare Helueticā præire felicissimis terris. Vbi proueniūt proceriores arbores, quæ ex Helueticorū montib. uehunt per Rhenum usq; in Oceanum, ex quibus nauē malos faciunt. Vbi boues præstantiores corporis magnitudine, & carnis suauitate nascuntur. Vbi pomaria arborum amplitudine & fructuum bonitate feliciora. Frumenti certe granum longe in Heluetia præstantius est, & candore & soliditate quàm in ullo loco quem ego sciam. Horū uero corporis robur, forma, animorum uirtus in bello, comitas & mutua charitatis affectio, & hospitalitas tam euidentis est ut hostes eis hic palmam concedant. Habuisse duces tres feruntur cum primum uenerunt in desertum hoc, quod iam paradysus est, nominibus Remum, Suicerum, & Vuadislā. Remus & Suicerus occuparūt locum fracti montis, & ualles montesq; iuxta alpes Italiam aspicientes. Vuadislāus ualles & montes circa Ararim fluuium habitāda & colenda accepit. Non diu post graue bellum regi Gothorum cum Italis Romanisq; fuit, qui ex illis Helueticis secum aliquot millia in eam expeditionem duxit, qui præstiterunt miram uirtutem regi suo. Vbi enim Romam uenerūt cum duce rege obsiderunt urbem, & magnis sudoribus expugnarunt eam, occisis innumeris hostibus. Ita in multis expeditionibus sic testati sunt suam uirtutem, ut diu post Pontifex Romanus eos suppliciter rogarit missis ad eos cardinalibus, ut subuenirent illi aduersus Saracenos, qui urbi imminēbant, & impetrauit ab eis, uolebāt enim deo seruire & defendere ecclesiam bonum certè propositū, & bona mens & animus. Capiunt arma, mittunt Romam expeditā & robore præstantem iuuentutē, aduersus Saracenos per duces cardinales ducuntur, vincunt omnem ducum expectationē & spem, hoste enim superato & ex Italia expulso, rapinacq; erepta quā Saraceni per Italiam conuaserant, spolia omnia Romam pertulerunt, & contulerunt in ædificium Basilicæ B. Petri. Cumq; Pontifex iussit eo petere quod uellent, quod modo esset in suis facultatibus, se daturū promisit. Boni uiri religioni dediti nihil aliud petere, quàm benedictionem & indulgentias à Papa, quinimo & stipendia recusarunt, pro ecclesia & Christiana religione se bellum hoc confecisse, dicebant. Propterea donati magnis indulgentijs uenerunt cum magna laude domum. Anno proximo post, iterum scribunt Saracenos Italiam inuasisse & peruenisse usque in patrimonium B. Petri, quare denuo Pontificem Romanum mississe legatos ad Helueticos, & eorum manus inuocasse. Facileque impetrasse, magna enim erat eorum in religione deuotio. Venientibus, cum hoste, pugnantibus,

pugnantibus, & uincētib; obtulit iterum beatissimus pater Pontifex eis optio-
nem, quicquid optabitis, inquit, acceptum feretis in spiritalibus, in carnali-
bus uero pro facultatum modo. Heluetij domi post prioris anni expeditionē di-
dicerant quid esset optandum. Petierunt igitur immunitatem à tributis, & ut ter-
ra quam magnis sudoribus colēdo habitabilem fecissent nulli esset subiecta, sed
ut concederetur uiuendi libertas, iuxta suas leges quas haberent. Quod illis con-
cessum est, quo iure adhuc hodie gaudent. Donauit quoq; Pontifex abeūtes ue-
xillo rubeo in quo faberrimè picta erat imago crucifixi Christi. Quod uexillum
maiores precij aestimabant quàm ingentes aureos montes. Itaq; cum benedictio-
nibus & indulgentijs, magnaq; cum gloria rediere domū. Propter ingentia Hel-
uetiorum facta multa scribuntur de eorum origine, & uariant scriptores, neque
enim magnopere quæritur & laboratur unde ignaua gens prouenerit, sed quo-
quidq; præstantius est, hoc magis inuestigari solet, quæ causæ, qui euctus, quis fi-
nis eius sit, in omnibus naturis rebus. Quod de Carolo Magno scribūt, quomo-
do propter ferocitatem Saxones in illos montes relegarit, & ut illi uiam apertam
in Italiam cōseruarent per ualles & montes, ubi nunc est nobilis pagus Vrania.
Relinquo alijs iudicandum quàm à uero abhorreat. Nam si illi Saxones intracta-
biles, ut illi scribunt, feroces & rebelles fuerunt natura, ut relegandi fuerint, certe
prudentissimus Imperator non eos custodes itinerum fecit, neq; dedit illis sedes
natura tam munitas, quibus freti potuissent excursionibus uicinā Germaniā &
Galliā multis modis asiligare. Illa stultitia non cadit in Carolum Magnū. Alias
aliorum opiniones de eorum origine omitto. Ego non aliunde credo originē du-
xisse quàm ex Germanis, qui Gallos ex his montibus expulerunt, & quod ipsi
de singulari robore animorum & corporum scribunt, nō hoc ascribendum pro-
genitoribus arbitror, nec propterea necessum est ex alio mūdo originem gentis
petere, nam per tot ætates degenerassent iam dudū. Videmus enim omnia deor-
sum labi & degenerare semina, nisi aliud sit quod cōseruet. Nōne uidemus igna-
uorum hominum filios non raro indolis mentisq; præstantissimæ. Rursum uiro-
rum animi & ingenij uiribus maximorū, filios ad omnes functiones siue animo
siue corpore obeūdas, prorsus ineptos, ignauos & asinos prorsus cernimus idē
sæpissimæ. Ita ut nō audiēdi sint illi, qui dicunt: Ex bonis bonos, ex malis malos
progigni, hoc enim pro regula haberi nō debet. Heluetiorū robur naturale aëris
puritati & exercitationi corporum ascribendum arbitror. Ea enim quæ Philoso-
phi Physici scribunt, animorū & corporum qualitātē uariari pro ratione aëris, ali-
menti, exercitatione, educatione, nemo sanus negabit. Nec sunt hic superstitiosi
quidam refellendi, qui quicq; nec diuinarum nec humanarum rerum intelligūt,
dicunt enim hæc omnia à deo esse, uerissimè enim dicunt, sed nihil dicunt, ut ipsi
putant se dicere, contra eos qui rerū scrutātur causas, quæ omnes à domino ema-
nant. Sed reuertendum in uiam, ne rapiar ab instituto. Vicini igitur nobiles pau-
latim simplicem & laboriosum populum fecerūt sibi obnoxium, iugumq; impo-
suerunt. Iugi igitur altior natura impatiens, ad libertatem rursus aspirauit. Acci-
dit igitur circiter annū domini 1300. quod comes de Habsburg habuit nobilem
quendam in ualle arcta Vranix arcis præfectum, hominem superbū & tyrānum,
qui prorsus intolerabilis latu erat, cum alijs tyrannicis factis tum potissimū quod
libidine inexhausta nullam relinquebat paulò formosiorē uirginem ac etiam ma-
tronā incorruptā, primò clam, tandem eo impudentiæ uenit ut etiā nō dissimula-
rit potando inter nobiles uicinorū castrorum iactarit etiam. Cum igitur duorum
Germanorū fratrum sororē uirginem compressisset, occiderūt nobilem. Quod
facinus cum comes Habsburgensis impunitum non uellet relinquere, conspira-
runt etiam alijs tandē accessit tota uallis Vranix, & uno die nobilibus aliquot in-
terfectis

perfectis, duas, aut, ut quidam uolunt, tres arces destruxerunt. Vnderualdenfes sta-
 tim quoque accesserunt, nec cunctati arces omnes illic deiecerunt. Rebellionis & se-
 ditionis causas reddiderunt, nobilium intollerabilem tyrannidem, nihil enim pro-
 prium erat cuiquam, quicquid placebat nobilibus castrorum prefectis, in uillis co-
 lonorum & pastorum (nam plerique agebant pastoriam uitam, sicut & adhuc hodie
 est uidere) rapiebant ceu suum, nec impune quisquam interrogare audebat cur fa-
 cerent. Si quis habebat bouem pinguiorem & nitidiorē aut aliud pecus, abduce-
 bant, si quis butyrum aut caseos reposuerat, abrapiebant, & mittebant in Rhena-
 nas urbes, commutabantque uino, quo se implebant quotidie. Si quis habebat uxo-
 rem aut filiam forma aliqua inuitabant in arces, nec marito aut parenti licebat quic-
 quam mali uel suspicari, aut etiam rogare filiam coniugemue, quid in arce fecerint,
 curse tam diu cessarint. Tantam tyrannidem gentem minime seruilem non tulisse,
 mirum non est. Foedere igitur coiere, primi \ re, Sultz, & Vnderualden, liceat enim
 perspicuitatis gratia nominibus Germanicis uti. Nec quicquam uel fecerunt, uel
 dixerunt eorum quae seditiosi solent factitari ubi succedit primus insaniae impetus;
 nam lasciuiunt, gloriantur in malicia, iniurias inferunt quibuslibet obuijs, quibus
 preualent, negligenter omnia administrant, periculosissima tentantes, omnia tu-
 ta putant, discordant animis, inter sese litigant quisque imperare uult. Itaque fit ut fa-
 cile & cito ab aduersarijs perdatur. Confederati illi non sic, nam postquam successit
 primus conatus, magno cum timore & tremore deo gratias agunt, cui dant gloriam, in
 ieiunijs & assiduis orationibus illum precantur humiliter ut fortunet & dirigat uias
 suas. Cauent ne quemquam iniquè agendo offendant, iniuriam patientes iuuant,
 uictis ignoscunt, omnia suspecta habent, fortunae mutationem & instabilitatem
 partem perpendunt. Vigilantissime etiam minima curant, nullum hostem quan-
 tumuis infirmum contemnunt. Concordibus mentibus & consilijs omnia faciunt.
 Nihil ducunt honesta pace antiquius. Bellum nullum incipiunt, nisi salua pax ma-
 nere non possit, uisique cogantur magnis causis honestissimo uel titulo. Itaque tam diu
 foedus hoc mansit & felicibus successibus auctum est, & euectum, ut hoc tempo-
 re potentissimo cuique regno conferri queat. Principes & omnes nobiles uicini sta-
 tim coactis copijs primordia illa Heluetiorum conabantur extinguere, antequam
 uim ignis conciperet maiorem. Nam uehementer & non immerito timebant ne
 exemplum alios quoque animaret ad similia tentanda. Quam ob causam ceu rem
 facilem aggrediebantur hos tres pagos. Confederati uero angustias in montibus &
 uallibus occuparunt, diligentissime & prudentissime ordinatis ita praesidijs, ut sicu-
 bi maior uis incumberet facile conuenire possent, Lapidum maximorum deuolu-
 tionem in hostes pueris & mulieribus committebant. Partitis inter se officijs tanta
 aequitate res periculosas & maximas gesserunt, ut post pugnas aut uictos fuga-
 tosque hoste nulli querelae locus esset. Saepe Principes plus in impugnandis illis pa-
 gis impenderunt, operae & pecuniae quam in magnis regnis expugnandis soleat
 expendi. Et, quae summa est optimorum ducum laus, uicerunt hostes quam minimo
 suorum sanguine, nec unquam temere congressi leguntur, semper studio illis fuit,
 ut aliquid haberent quo iuuerentur aduersus hostem. Loca & tempora diligen-
 ter perpendebant, si quando festinandum censebant, in uelocitateque aliquid como-
 di esse, nullo labore & uigilijs deterrebantur. Si quando magis cunctandum, non pi-
 gebat opportunitatem & occasionem, quae cum omnibus rebus plurimum habeat
 momenti, in bello praecipue regnat. Ingeniosiores Graecis & Romanis fuerunt ad
 fallendum hostem. Semper tamen fide seruata. Anno domini 1305. cum socijs
 quibusdam Principibus Lupoldus Austriacus dux magnum in Suitenses confede-
 ratos duxit exercitum. Vbi uenit ad fines eorum post deliberationem prolixam quam
 habuit cum socijs belli, tandem placuit ut simularent ea parte se ingressuros qua
 G maxime

maxime putabant se expectari, & relictis illic tumultu strepituq; & ignibus, quæ præberent castrorū speciem, deflecterent in aliam uiam transitu difficilem, sed minus custoditam. Putabantq; boni Principes se magni aliquid inuenisse & pollicebantur sibi uictoriam certam. Ducunt exercitum ac si uellent recta ire per uallem Suitensium, & cum accessisset propius, iubent fieri ignes, fumos, & tubis sonare, & quāta cum celeritate fieri potest, ducunt exercitum satis expeditū & transcendere montes paratū, ad aliam uiam quā ire conabantur, sperantes illam præstidius non munitam. Hæc hostium consilia omnia præuidentes & uitenles (nam sic nominabant cōfœderati) relictis senio defectis & minoribus natu paucosq; admodum expeditos qui tumultu & fragore cædendis arboribus facerēt fidem hosti omnes illic congregatos. Cæterum taciturniores statua manebāt in concauis locis absconditi in illa uia per quam ueniebat Lupoldus, cum ueniebant in eum locum ubi opportunissimum erat Suitensibus ferro & saxis ex improviso irrompunt in hostes qui in Angustijs cōstituti, multitudineaq; impediti omnino nō poterāt armis uti, cadebant magno numero, qui in extremo agmine erant fuga seruati sunt. primi sunt omnes capti & occisi. Plures captos ferunt quā fuerint Suitensium, Plures etiam in strage occubuisse. Et in captis & occisis fuerūt multi nobiles. Et illos qui præbebant castrorum speciem qui secum habebāt impedimenta, ceperunt Suitenses eodem die. Captiuos humanissimè tractabant, nec tamen nisi redēptos dimittebant, quos cognouerunt habere facultates aut amicos, quibus possent redemi. Cognouerunt autem ex captiuis omnia. Postquam rediderunt illam memorabilem stragem Suitenses habuerunt aliquādiū pacem, & multi uicini uidentes felicem eorum statum & in libertate modestum & temperantē, coniunxerunt se illis. Quod rursus Principibus incepit molestum esse, & nō tolerabile uideri, quare denuo aduersus illos copias decreuerunt ducere, & tribus partibus ipsos urgere, ut dissipati uires amitterent. Hoc institutum Principū audientes Suitenses, cōstituerunt excipere qui primi uenirent quā ocyssimè, nam facile uidebāt non eodem die in omnibus partibus adfuturos, quare primi aduenerunt principio Aprilis, quos Suitenses cōiunctis omnibus uiribus aggrediuntur, cum primum ingressi sunt fines eorum, & maiore parte occisa & capta, reliquos fugatos ad duo miliaria persequuntur. Secundi qui ab alia parte debebant eos urgere ueniūt ferè totum post mensem, qui adeò meticulosi sunt redditi postquam audierunt Austriacorum fugam (nam primi fuerāt Austriaci) ut abiectis armis se multi subduxerint clam. Nec cuiquam dubiū erat illos esse inuites bello, tamen ut satis facerent decreto Principum, duces non reduxerūt domum, sed ita copias cōtinuere in castris quæ munitissima habebant, ut uulgo inter milites diceretur, hoc non esse uolentium alios capere, se cauētium ne capiantur. Suitenses ad colenda rura sua rediere, & scœnificia, constitutis tamen uigilibus præstidius locis suis. Illi in castris magno sumptu ociosi desidebant. Postremo mense Iulio uenerūt tertij, qui diuersa parte alia quapiam inuadere debebant, qui nihil quā re quo multitudine confisi erigerent animo. Sed ubi conuenerunt in una castra, nihilo uisi sunt erectiores animi. Duces autem cum cuperent experiri, quidnam præstaturi essent in necessitate, si cōfligendum esset cum hoste, iubent classicum canere, aciem instruunt, adhortantur eos ad uirtutem, ne spem in fugam ponāt, se per exploratores certò scire hostes adfuturos, cum esset acies instructa, inuenta sunt multa arma quæ milites abiecerant & profugerant præterea uel insanus potuisset ex uultu, gestu, incessuq; uidere timorem & animorum terrorem. Quam ob rem dimiserunt exercitum & abierunt domū unde uenerant, sicq; finitum est bellum quod magno apparatu & sumptu susceptum erat. Suitenses missis legatis ad ducem

ad ducem Austriacum & alios Principes petiere impensas, iacturam quam passi erant negligendo rura, sibi restitui, aut se proxima quæque direpturos. An aliquid extorserint, non constat, probabile est autem illis pecuniam datam, nam pax est facta, & quieuerunt Suintenses. Sed hoc loco satis sit de Heluetijs Anno post natiuitatem Christi 1303. Flandrenses inuaserunt Artensem ditionem, & crudeliter omnia uastarunt, primo impetu nemo illis resistebat, quare insolentiores facti pergebant longius. Galli igitur animaduertentes eos in rapiendo & incendendis ædificijs occupatos, insidijs eos circumuenerunt in locis Flandrensibus iniquissimis, & commisso prælio superatos fugauerunt, supra tria millia eorum occiderunt, & omnem prædam eripuerunt illis, secutiq; Galli in Flandriam retulerunt plus malorum quam acceperant. Eo tempore filius comitis Flandrensium erat in Apulia, cum primum audiuit hæc de patria, omnibus rebus quibus in Apulia occupabatur, relictis, uolauit in Flandriam. Aduetus eius suis gratissimus erat, intelligebant enim integritatem & charitatem animi eius erga patriam cum uenisset ut succurret afflictæ. Quam ob rem, illi committebant belli summam. Igitur copijs reparatis, & admonitis ut fortiter pro patria pugnent, uitam nos debere patriæ, non esse hominem qui deserat patriam. Propterea se ex Apulia per infestâ itinera uenisse, ut suum officium erga patriam faciat. Flandrenses receperunt animos, & incredibiliter excitati sunt oratione illa & exëplo Philippi, hoc enim nomen erat filio comitis. Nemo erat qui non turpissimum duceret patriam deserere. Ergo uno animo denuo hostiliter ingressi sunt principatum Artensem, & depopulati sunt usque ad mare & postremo uenerunt ad urbem Tornacem, quam obsederunt, & constantè quotidie oppugnabant muros. Rex Franciæ mittit legatos ad Flandrenses Tornacem obsidentes, petit inducias. Quæ factæ sunt in annum unum his conditionibus, ut comitem Guidonem, de quo in præcedentibus, liberum dimitteret usque ad finitas inducias, & reliquos quoque captos utrinque liberos sineret uiuere usque ad induciarum finem. Guido uenit in comitatum suum, cumq; omnes suaderent qualescunque conditiones pacis esse accipiendas, modo Guido liber maneret. Ad hæc Guido omnino cõsuluit, ut nullas iniquiores propter se acciperent conditiones pacis. Chariorem eis debere esse patriam, cui plus debeant quam ipsi. Se iam alioqui morti proximum esse, esse enim ea ætae ut nulla spes possit esse multo longioris uitæ. Cumq; serio de conditionibus pacis ageretur, putaretq; rex Gallorum omnino quiduis facturos Flandrenses modo Guidonem Principem suum seruarent, Guido ubi audiuit iniquissimas proponi à Gallis cõditiones, inuitis Flandrensibus iuit in captiuitatem, breui post obdormiuit, eius corpus petentibus Flandrensibus est datum & in Flandria delatum, & cum magno honore sepultum. Hoc tempore Vuenceslaus adulescens (filius Vuenceslai regis Boëmiæ, qui inter sanctos relatus est propter uitæ probitatem & religionis amorem) Boëmiæ post patrem rex, tam malus quam bonus pater fuerat. Venti enim & Veneri totus erat deditus, à Germano equite ex Turingia, uel, ut quidam uolunt, ex Germaniæ Francia, nato interficitur. Post huius mortem Boëmi post longam consultationem, eligunt Henricum comitem Tirolis & ducem Carinthiæ, qui uxorem habebat sororem Alberti Imperatoris. Fuerant autem magnæ diu ante similitates inter Albertum & hunc Henricum, propter hereditatem & alias quasdam causas. Sæpeq; res uenisset ad arma, nisi tot boni Principes intercessissent inter illos, nam erant ambo auariores. Albertus ubi intellexit Henricum sororis suæ Annæ, hoc enim nomine appellabatur, maritum in regem electum. Statim mittit ad Boëmos accusans & criminans eum, nescio quibus nominibus, & mittit etiam ad ipsum minatur illi ne tam impudens arrogansue sit,

ut seipsum dignum iudicet regno Boëmiæ. Vbi minis nihil efficere potest, cogit copias per Germaniã, ducitq; in Boëmiã aduersus nouum regem, nec magno labore uincit, & ex regno deturbat, qui nondum ulla radices egerat. Eiecto igitur Hërico, facit regem Boëmiæ Rudolphum filium suum. Cum autem uideret Boëmorum animos alieniores, propter per iniustã uim eiectum Henricũ quem Boëmi cõcordibus suffragijs elegerunt, animaduerneret uero etiam Elizabeth sancti Vuenceslai regis senis uxorem relictam Boëmis charissimam esse, copulat illam Rudolpho in matrimonium, quo Boëmi æquiores redderentur nouo regi. Nec cõsiliu uanum fuit, nam postquam illam Elizabeth duxit uxorem omnes Boëmi agnouerunt eum regem, & quã primũ operam dant ut coronetur in regem, & magnũ de eo concipiunt spem. Verũ primo statim anno immatura morte præripitur. Post Rudolphi mortem magna inter Boëmos oborta est concertatio, alij enim alium uolebant regem, quidam aliquem Boëmũ uolebant, propositis proceribus aliquot, præstare enim habere illic natum. Amorem enim patrij soli & cœli apud omnes homines ualere, & propterea omnes benè institutę Republicę, rectissimè studio habent ut præficiantur administrãdis rebus aut apud se nati, aut qui fuerũt à primis annis illic. Nouos enim homines sæpe perturbasse felices Republicas accipimus. Neq; enim curã illis solet esse magnã quid accidat. Aliorum quidam Fridericum Rudolphi fratrem, sic magis fore pacificũ & tranquillum regni statum dicentes, quidam Henricum Carinthiæ & Tirolis dominum, petierunt. Henricum quidem omnes elegerunt, nisi multi à tumultibus abhorruissent, quantum enim uel leues Principum discordiã malè afferant experti erant, tamen ea pars quæ Henricum, inuito Imperatore, uolebat uicere, erãt enim bellicosiores, aut certe cõcitatoris animi alij erãt quietioris mētis & pacis amantes, his igitur iussis quiescere & quiescere noluerũt, sed pergebãt fouere Alberti partes occisis, mittũt ad Henricũ, & petũt ut regnũ suscipiat iterũ. Promittunt simul se nõ cessuros, ut antea Alberto, è medio sublato esse qui illi fauerint, eũ uerũ timuerint, significãt. Henricus uir strenuus & periculorum contemptor redit in Boëmiã prioris casus exemplo nihil deterritus, ungitur & coronatur à regni episcopis Pragæ. Imperator Albertus cogit copias per Germaniã proficiscitur in Boëmiã, rex Henricus cum Boëmis occurrit illi obuiam, in castris continent utrinq; exercitus, cõmittuntur leuiores pugnæ sæpe equestres & pedestres, uincunt sepius Boëmi, quo factum est ut Imperator magis uoluerit ex castris per incursiones eos fatigare uastãdo & exurendo omnia, quam fortunam totam semel prælio cõmittere. Et quanquam miserè afflixit magnam partem Boëmiæ, tamen Boëmos ad deditiõnem compellere non potuit, adeo tenaciter adhærebant regi suo. Cum diti Albertus sic in castris produxisset bellum magno Boëmorum incommodo, suo autem maximo sumptu & impensis, tandem homo ad rem attentior, non amplius uolens sumptus ferre reducit exercitum ex Boëmiã. Anno à natiuitate Christi, millesimo trecentesimo undecimo, in Germania, sicut & alijs nationibus, Templariõrũ ordo est sublatus, & eorũ bona direpta sunt à quibusdam quibus non debebantur. Quod Romanus Pontifex non æquo, ut par erat, ferebat animo, quare eorum facultates reddere mandabat sub pœna excommunicationis lata sententiã, & adiucauit, eas ordini S. Ioannis, ut illis uterentur in excipiendis peregrinis & expeditiones contra Turcos. Porro facultates templariõrum erant per quosdam malæ fidei homines dilapidatæ, aut saltem mutatæ & aliter collocatę quã prius dum Templarij habebant. Hinc magnæ lites extortæ sunt, multum negotij Cæsari quoq; factum est, ut restituerẽtur in usum in quem erant collatæ à pijs hominibus, uix enim extortæ sunt à quibusdã istæ facultates.

Clemens

Clemens Papa hoc anno scripsit Archiepiscopo Moguntino ut publicaret latam Pōtificis & ecclesie sententiā datā aduersus Templarios, nam erāt in diocesi Moguntina adhuc regni quidam Tēplarij in possessionibus suis. Quare archiepiscopus cōuocauit omnē suū clerū Moguntinā, cūq; sederet in domo capitulari, quam uocant, exponereq; Pōtificis mādata, simul quo modo quibusq; causis (quæ grauissimæ erāt & prorsus nefandæ) Tēplarij ubiq; per Romanā ecclesiā essent dānati, & ex possessionibus suis eiecti & relegati, ecce intrat Hugo Vualtgraff (q; sonat si latinè dicas syluestris comes) cū uiginti cōfratribus Tēplarijs, indutis habitu sui ordinis, hoc est, albis pallijs cū cruce rubea assuta, erāt omnes sub pallijs probe armati. Introeuntibus assurgit episcopus & alij qui aderant, iubet ut sedeāt & quid boni afferant, rogat episcopus. Sed Hugo comes stans minaciter incipit loqui in hanc sententiā: Domine archiepiscope rumor est uulgò nec puto uanū, uos hic cōuenisse, aduersus nos fratres qui nomina dedimus militiæ templi, consiliū inituros quo pacto publicetis excommunicationem in nos Romæ aditam & uobis missam. Nos huc uenimus non ut uim iniuste faciamus cuiquam, sed ut nos ab iniuriā defendamus. Quam ob rem petimus ut hanc appellationē (habebat autem literas in manu & cum his uerbis dedit episcopo) quam nos aduersus hunc Clementem interposuimus, ad futurum sub proximo Papa conciliū, hic iam uelitū presentī clero publicare. Nam causa nōstra eiusmodi est, ut iustū & æquū iudicem non formidemus. Et malè, ultore deo, aliquando perdentur quicunque nostras facultates attigerunt. Episcopus toruo comitis Hugonis uultu, minaciq; uoce, & præcipuè tot armatis uiris (nam erant præter Hugonem uiginti nobiles Templarij commilitones confratresue facile est iudicare magnam multitudinem seruorum licariorum fuisse) uehemēter territus blandè comiteq; respondit, id se diligenter curaturum. Addit Hugo. At iam. Quare sine mora (Papa processu postposito) appellationē comitis & confratrū eius (quæ continebat prolixè causas argumentatq; defensionis Templariorū, & aduersariorū iniquam sententiā esse multis probare nitebatur) legi & publicari iussit, ut Hugo uolebat. Quid enim faceret episcopus cum inermi clero, contra tot armatos & iratos, paratosq; aut extorquere quod uolebant aut omnes occidere. Nam hoc em̄ fuisse illis propositum postea cognitum est, quanquam episcopus & alij in cōgregatione facile hunc animum illis esse uidebant per fenestras hoc est oculos. Præter alia ficta quæ in appellatione erāt, scripserāt, fratres militiæ templi, qui ex mandato Pōtificis essent combusti crimina illis per falsos testes obiecta negasse, nec probari potuisse aliter quā per falsos testes, qui oderint eos ob uirtutem. Neq; enim apud malos bonis esse locū. Miraculo autē probatum eos innocentes fuisse, nam uestes cum ipsis iniectas illasas māsisse, nec omnino ignis uestigium concepisse. Hæc cum lecta essent præsentibus Hugone & fratribus eius, clerus admiratione miraculi suspensus erat, nam creduli quidam statim fidem adhibuerunt impudenti mendacio. Et episcopus credere uisus est. Nam benignissimè post appellationem lectam Templarios affatur, promisit eis suam operam, & rogauit ut sui mentionem facerent in precibus sancti ordinis militaris Templi. Dixit Archiepiscopus se aliquid boni pro eis scribere ad Pontificem & diligenter causam eorum acturum. Addunt hic quidam, quod ego referam, nihil refert etiamsi non credatur, episcopum non potuisse dormire, nec comedere, neque ullam aliam functionem obire antequam scripserit Pōtifici & legatum Romanam miserit cancellariū suū in causa Templariorū. Et quendā diaconū familiarem episcopi uirū philosophiæ deditū, & uitæ probata, dixisse per iocum, præsentē episcopo; Nullum testimoniū esse innocentia hostes intactas māsisse in igne.

sed hoc miraculo potius significatum sub puris uestibus, quæ fuerunt album pal-
 lium, latuisse impura corpora quæ exusta sint, sed uestibus crematis corpora ab
 igne illæsa testimonio potuisse uideri eorum innocentia. Hunc qui hæc dixerat
 sacerdotē, doctum uirum, ab episcopo irata facie iussum in malam crucē ire cum
 tam impia & peruersa cogitatione. Hæc uerāne sint nescio, certe episcopus dili-
 genter Romam scripsit, & ita egit causam Templariorum, ut Pontifex nihil du-
 rius responderit, sed rescripsit ut diligenter adhibeat inquisitionem rerum quæ in
 appellatione continebantur. Archiepiscopus inquisitione facta ad mandatum
 Papæ conuocauit omnes sibi subiectos sacerdotes & prælatos, præterea inuita-
 uit illos quosdam uicinos episcopos, & in frequenti synodo omnem rem ut erat
 gesta exponit ordine, absolutiq; sunt in ea synodo Moguntina Templarij illi qui
 erant sub episcopo Moguntino. Circa hæc tempora Ioannes dux fratruelis Al-
 berti Imperatoris, qui in aula Alberti educatus erat, misit quosdam bonos ami-
 cos ad Imperatorem qui illum docerent qua ratione quoque iure rex & domi-
 nium de Kiburg ad Ioannem fratruelem suum pertineret, ipsius enim esse matris
 suæ nomine. Cum Imperator negaret, nec ullas causas adderet, quare sua hæc
 essent. Petierunt amici illi ut saltem pateretur aliqua parte Ioannem in hoc domi-
 nio hædere, Imperator irasci non solum Ioanni fratrueli, sed etiam ijs quas mise-
 rat, amicis, quare uerbis iratis confutatos dimisit. Hoc cum iterum atque tertio
 tentasset, nihilq; uideret se effecturum unquam apud hominem rei studiosiorem
 quam par est, malæ cogitationes immixtæ sunt in iratum cor eius, nam cōiunctis
 sibi socijs Baronibus Vualthero de Eschelbach, Vlrico de Palma & Rudolpho
 de Vuart. Incipit cum illis tractare de interficiendo Alberto. Consueuerat au-
 tem rex ubique cum uno atq; altero colloqui equitans aut obambulans, nec hæ-
 bebat magnam sui corporis custodiam. Ita ergo cum uno seorsum milite quo-
 dam Albertum equitantem per fata, illi coniurati qui diu captauerant nefandi fa-
 cinoris perpetrandi occasionem, accedunt, Imperator nihil tale suspicans salutat,
 rogat comiter, quomodo se res habeat. Vnus ex illis, ferunt Rudolphum fuisse,
 dixit loco resalutationis: Quamdiu cadauer istud equitare permittimus: statimq;
 eum dicto uno momento, Rudolphus gladio medium transfixit, Ioannes dux
 cultrum oblongiorem collo infixit. Alter eodem momento caput medium dis-
 secuit. Hoc illi accidit in eo loco sui agri ubi nusquam in toto mundo tutiorem
 se putarat. Sic agitur nobiscū, quando alia auxilia & refugia querimus quam do-
 minum deum. Hic suorum prædecessorū exemplo doctus non uoluit Italiā ad-
 ire uitæ timens suæ, multa uitauit ob uitæ discrimen. Timuit enim immodicē mor-
 tem, quemadmodū solent, qui immodico amore pecunia detinētur. Nihil enim
 sublimius uident quam puluerem terræ quem admirantur coactum in terrenam
 massam flauescens quam aurum uocant. Alberti igitur exemplo docemur
 dominum nostrum refugium, & arcem fortitudinis esse oportere. Non diu an-
 te huius Imperatoris mortem in Germaniæ firmissimo castro per latrocinium est
 à uigili suo nobilis Baro opibus pollens, trucidatus cum omni familia, liberis &
 uxore. Est autem hic Albertus Romanorum electus Imperator interfectus lo-
 co quo est monasterium Kingsfeld fundatum, corpus eius Spiram est delatum,
 regali ritu sepultum est. Filij & alij Alberti consanguinei, præcipuè tamen filij,
 audita miserrima genitoris sui morte, omnibus posthabitis, unum hoc inceperūt
 agere, quo ulciscerentur patris mortem. Festinarunt igitur celeriter. Primumq;
 Rudolphum fugientem, & Romam ad pœnitentiam agendam euntem in iti-
 nere proditum comprehenderunt & traxerunt in campum ubi pater erat occi-
 sus, ibi ad caudam equi ligatus Rudolphus & miserabiliter distractus, rotæ int-
 positus

positus est. Baro de Palma obsessus in Altpuren donec mortuus est tristitia & re-
rum penuria. Post mortē Baronis Lupoldus filius occisi Imperatoris Alberti in
ea arce captos quinquaginta uiros iussit decollari, inferias illas missurus parenti.
Ioannes dux post multiplicem metamorphosin, in qua aliquādo transfigurabat
se in mercatorem, sapius in mendicum, nonnūquam totum semestre tempus pa-
scebat greges, aut armenta, aliquando agebat aratorem, dura enim egestas eum
omnia docuerat. Postrema in forma mendici, quod opificium callebat melius q̄
alia, proditus est, & captus ab Imperatore Hērico, qui illum uiuere permisit mul-
tas ob causas, primò quod satis pœnarū dedisse iudicabat, quod aliquot annos
errarat in multa egestate & magnis laboribus, deinde, quod erat dux ex nobiliss-
sima familia natus. Postremo, quod maxime mouit Imperatorē quod illi uitam
concessit, quod uidebatur habuisse iustas iræ causas aduersus Albertū patruelem
suū. Quare inclusit eum monasterio, illic pie fertur diu uixisse. Vualteri uero ca-
stra occuparūt filij Alberti, Vualterus fuga elapsus latēs in pagis multis per Ger-
maniā sordidissimis, uestitus opilio, pauit greges annis continuis triginta quin-
que, tandem senex pastor in comitatu Vuirtembergensi moriturus dixit astanti-
bus quis esset, quare honorificē sepultus est. Ista fuere fata eorum qui occiderant
Imperatorem Albertum.

DE GERMANIS

LIBER VIGESIMVS TERTIVS.



Post occisum Imperatorem Albertum imperij electores Fransi-
cosurdiæ conuenerunt, de eligendo Imperatore multa contra-
uertuntur, Rex enim Gallie Philippus turbabat eos, quosdam
enim ex Principibus pecunia corruperat, nam ambiebat impe-
rium, & in certā spem ductus erat ab ijs quibus monera dede-
rat. Totis igitur uiribus hoc agebat rex. Quare Pontificem Ro-
manum tum Auinione agentem conatus est, clam̄ introductis
copijs in urbem, ut cogere, ut coacta synodo suā autoritatem & ecclesie interpo-
neret apud Principes electores, & ad illos legatum mitteret cum autoritate apo-
stolica episcopum quem ipse rex iudicaturus erat. Sed hoc regis Philippi consi-
lium est Pontifice proditum, quantumuis secretè id Philippus cum fidelissimis,
putabat ipse, agebat. Hoc regis proposito cognito, Pontifex quàm primum con-
uocatis cardinalibus suis qui erant illi à consilijs, rem ut erat illi nunciata, enarrat.
Patres qui Pontifici aderant in consilio, quàm maxime dissuadent ne Pontifex
Gallum iuuet, nam illi omnes erāt Gallorum regi iniqui ob iniquas petitiones.
Quare una omnes una sententia primo decernūt Gallum omnibus modis impe-
diendum ne fiat Imperator, ne ecclesia illi subijciatur, neue ius ullū habeat in eccle-
siaz rebus. Quod propterea magnopere timebāt, quod in suo regno ecclesiarū fa-
cultates & ecclesiasticos irreuerentius sæpe tractauerat, deinde cōsultant qua uia
cōmodissimè & maximè impediatur, decernūtq̄ sine omni mora celeriter legatū
in Germaniam mittendum, & Principibus electoribus significandū ut sine cun-
ctatione eligent Imperatorem, nisi uelint imperium peruenire ad Gallos. Et il-
lis demonstrandum quàm hoc illis cauendum sit, quantam libertatis Germa-
nia passura sit iacturam, si fiat. Legati celeriter mittuntur iubentur que festina-
re, antequam rex Auinonem ueniat, & incipiat turbam quam parturiebat.
Et si

Et simul statuerunt cōmuni consilio quem potissimum eligendum Principibus proponerent. Censuerunt autem nominandum comitem de Lucenburg religionis, ecclesiæq; amanti, & strenuū cum moderatione in rebus agendis bello & pace. Cardinali Ostiensi qui in cōcilio aderat cōsuetudine longa familiariter notū. Illa omnia legati missi effectū dant, ad Principes perlata ubi sunt intra pauculos dies conueniunt, concorditer Imp. eligitur Hēricus comes Lucenburgi, appellaturq; Imperator Romanorum 7. Atq; ita ad uotum & uoluntatē Papæ hunc Principes elegerunt, propterea statuerat rex Galliarū cogere Pontificem ad se nominandum, sciebat enim eo tempore sic affectos Principes ut essent ratum habiturū quicquid Pontifex olebat. Electio statim promulgata est per Germaniam, Galliam & Italiā. Quod cum peruenisset ad regē Galliarū immoderatissime ira doloreq; animi cōturbatus est. Iam enim parauerat se profecturus Auinionē, & suos nūcios clam cum muneribus in Germania habebat, nullum Principū sciebat sibi posse præferri, quare quo spes certior erat, hoc magis doluit, ubi se ea frustratum uidet. Etsi igitur ignorabat sua Papæ consilia prodita, & propterea ita festinatum, tamen est summus Papæ inimicus factus, colligere enim multis coniecturis potuit sedē Romanā sibi æquā esse non posse, nam ita de ea meritis erat. Quam ob rem cogitare, loqui, facere contra Pontificem, maiora semper contra eum molire cœpit. Omnino enim uendicare iniuriā statuebat. De imperio uero cōsequēdo nulla illi spes relicta fuit, idcirco nihil negotij Imperatori aut Principibus fecit. Post electionem Hēricus uenit Aquisgranum cum sua uxore, ibiq; ambobus illis est corona imposta ab archiepiscopo Coloniensi. A coronatione Pontifex Clemens 5. statim confirmauit apostolico autoritate quicquid Principes in electione & coronatione fecerant. Simul Papa misit passim per Italiā & Germaniam legatos suo nomine cum mādatis, ut omnes sine tergiversatione illum Imperatorem reciperent, alioqui excommunicationem in promptu paratam expectarent. Clemens enim 5. Pontifex omnino duxit sibi deuincendum hunc Imperatorem, ut ope eius posset uti aduersus Gallum qui palām minabatur pontificijs, & erat in parando bello totus occupatus. Postquam coronam ab episcopo Coloniensi & a Pontifice cōfirmationem accepit, incepit cogere exercitus magnos (multæ enim ciuitates paratæ erant ad conferendā pecuniā, & multi Principes quoq; eratq; ipse bene peculiat) Parabat enim expeditionē in Italiā, in Boemiā, & contra rebelliones comites Vuirtenbergenses. Habuit primū magnū spiræ conuentum, ut animos omnium Principum & ciuitatū erga se & imperiū exploraret, & simul tentaturus an ne comitem Vuirtenbergensem Eduardū posset adducere, ut officiū suum faceret, sine bello, quare uocauit illum Spirā, uenit comes sed in comitatus ut totus conuentus ab eo timeret periculum. Hēricus electus Imperator, qui nihil priuati aduersus eum habebat, māsuētē eum excepit salutauitq; comiter, & primū solus cum ipso egit, conatus eum in uiam reducere. In hanc sententiā orationem cū ipso habuit, sibi non proposito esse laudē querere in debellandis ijs quorum auxilio cōmunes hostes sint uincēdi, nec grauius quicquam sibi esse quā quod timeat ne res ad arma ueniat. Nec enim se ignorare quantum malorum bellum ciuile secū ferat, hostes cōmunes roborari, & inimicis præberi gaudij materiam, & partibus odij seminaria relinqui in multos annos, nec nisi per longissimā ætatem eradicari posse inimicitia hostilem ex animis partium, fieri idcirco ut deinde hostibus cōmunibus resistere non possint, sed alij gaudeant propter odia & inuidiam aliorū cladibus, etiamsi de cōmunibus fortunis agatur. Id probat per multarū ciuitatum & gētium exempla. Simul dicit quo loco comitatus Vuirtenbergensis in imperio esse possit, si res suas in quiete agat, quāta item materia, occasio & facultas sit illis comitibus ad summam laudem & gloriam

gloriam consequendam, habere enim sub se agricolas, exercitatosq; homines ex quibus præstantissimi milites fiant, quos si ducat in Saracenos aliquando secum, maximam laudem reportaturum (nam sciebant omnes Henricum proposuisse cum maximis copijs & conatibus proficisci in Turcas cū primū posset, omniaq; affirmabat se agere ad maturandam expeditionem illam in Turcos) pollicetur simul illi amplissima ex eo bello, & alias quoq; suam operā & beneficentiam non desideraturum. Hæc ubi Henricus Imperator plurimis illi exposuit, tãdem dicit illi apertè se non posse non defendere eas imperij ciuitates quas affligebat indies comes, nam nisi hoc faceret, se posse iudicari uirum non bonum, qui suum officium negligeret. Nam suscipere prouinciã, administrandã, & officio debito nõ fungi, proditoris esse nõ Principis dicebat. Admonet præterea ut potius iam secum in Italiam comitetur, se illum habiturum fratris loco. Forè sibi opus fortibus uiris remuneraturū beneficium. Fore materiã copiosã consequendi gloriam in Italia, & fortasse etiã benefaciendi amicis & eos augendi & ornãdi. Postq; orationis finem fecit Henricus respondet comes superbus, se contra ius nihil hætenus egisse, nemini iniuriam intulisse, se nemini obstructum esse ut ceu mancipium ad alterius uoluntatem uiuat. Gratias agere se Henrico qui amet laudeq; pacem ratopere, si uelit, posse pacem seruare, neq; enim se bellum incepturū cum Imperatore. Quam ob rem utrum uelit pacem aut bellum in manu Imperatoris esse, se malle quidem pacem, sed ita ut bellum nihil timeat, neq; à bello tantopere abhorre ut suū ius nõ persequi uelit, aut seruire ijs quibus non necessum sit, & alia hoc genus respõdet Vuirtembergensis comes. Caesar ex eius responso per facile colligit, nihil uerbis & lenitate animi, apud illum fieri posse. Proximo igitur die sedentibus Principibus omnibus Germaniã accusatio & defensio eius audita est. Aderant legati uicinarum ciuitatum, qui grauissimè accusabant comitem. Ciues interfectos à suis ministris, abacta armẽta, & greges sine omni causa, &c. omnia longū esset recẽtere. Comes uir strenui animi, nihil negabat horum quæ obijciabantur, sed iure fecisse, & nisi ultro officium faciunt, posthac magis suum ius armis persequuturum. Et hoc illis ingenuè prædicere ut caueant, ne cogatur facere, &c. Comes igitur domum redijt, eo quo uenerat Spiram animo, nihil prorsus mutatus. Henricus apud Principes post abitū eius cõqueritur de hominis corde immobili, nedū non poenitente, & iniurias quas inferebat ciuitatibus enumerat, decernitur hostis imperij, & bellū aduersus eum statim parat Imperator, committitq; negotium fortibus uiris quos sciebat comiti insensos. Ipse urget expeditionem in Italiam, copias magnas & selectas beneq; armis instructas contrahit. Porrò illi quibus erat Vuirtembergense bellū cõmissum inuadunt ducatū hostiliter oppugnant, expugnãt, diripiũt, incendũt, captis & occisis multis, comes Vuirtembergensis quoniã numero nimĩũ erat impar, recepit se in munitiores arces & urbes, illic cõstituit fatigare hostem. In impugnandis quibusdam multū est operis & laboris impensum, donec capta sint. Post multa parua pralia, & uariam belli fortunã est fœdus factū. Eodem tempore ante q̃ Henricus Germaniã excederet cū copijs, filio suo dedit uxorẽ, & celebratis nuptijs misit cum exercitu in Boëmiam, ad regnū occupandū, nondum finito bello Vuirtembergensi & ipse arripuit cum exercitu iter in Italiam. Vbi Henrici filius fines Boëmiaë attingit, occurrit illi obuiã cū Boëmis Hêricus comes Tirolis & Carinthiã, quẽ Boëmi in regẽ elegerãt. Vbi exercitus ambo Germanorū & Boëmorum distabant passus mille quingẽtos, uterq; castra munit, & per aliquot dies cõtinet copias in castris, quotidie autem fiebãt singulares pugnae, uidebantur utrinq; pertinaces animi, fortuna uaria erat, nũc huc nũc illuc se inclinabat. Primis duobus aut tribus diebus sine dolo inibãt pugnas, & planè Germanica fortitudine & simplicitate, sapiusq;

altera pars capiēbat, quā occidebat, alterā, & bene captiuos tractatos & potos cere uisiuē inebriatos commutabant, aueritū uidebatur potius amicitia illis pugnis quā odium inter milites, statim post unum atque alterum ictum alter eorum qui congregiebatur alteri cedebat dabatque herbam, & ibat sub hoc prætenu ad cōpotandum, & uidendis alienis castris oculos pascendos. Quod ubi Henricus, Boëmorum rex animaduertit, faciles ad insidias struendas rationes sibi offerri uidebat. Quare ex suis fortes & bonæ fidei uiros misit ut se capi sinerent, & diligentius omnia in castris perspicerent, qua diligentia administrarentur singula, quando comederent, quando dormirent, quæ uigiliarum excubiarumque ratio esset. Hi ergo præbent se ligatis manibus captos ducendosque in castra hostium, ubi soluuntur, & poculis certant, simulant se leuissimos, expediunt pocula oblata omnia, interrim tamen omnia obseruat, ut imperauerat rex sequenti die mox manē dimittantur. Regi obseruata nunciant. Obseruauerant Francos, Saxones, Turingos & Misnenses qui in primo erant agmine noctu omnes inebriari, & dispersos solutis membris stertere. Sueuos qui in extremo agmine nō ita solui potādo, sed non multos esse & armis exui & colludere. Rex igitur mox iussit quendam ex captiuis Saxonibus interrogari, sed quasi aliud agendo, quamdiū illis esset manendū in primo agmine. Respondet Saxo, per sortem eum locū contigisse ipsis ad mediu mensē. Sortiri enim eos qui præcedant quicque sequantur, ne qui se aut negligi aut contemni existiment. Hæc ubi rex Henricus cognouit, iubet mitti bonos potatores in certamina illa quotidiana qui se captos præbeant, & poterit, nec illi sciebant regis iussu se missos, & plures mittit. Vnum ex omnibus tantū rex ipse mittit cui fidens rex omnia consilia manifestat, iubetque ut cum tempestiuum uideatur subducatur se, & celeriter nunciet, interea omnibus uis ab omni parte bene custoditis, ne quis aliquid hostibus possit nunciari, Henricus iubet cibum omnes capere, bibere usque ad alacritatem, citra uero ebrietatē, aciem instruit, adhortatur aduersus hostes, qui uenerunt, inquit, perdere uestros labores, uestram uitam & liberorum parentumque uestrorum, nihil esse periculi, modo festinent & strenue cedant. Explorator adhuc Henrico uerba faciente uenit, & nunciat, armis exutos, & alios ebrios, dormire maiorem partem. Henricus rex festinat, reperit utili dixerat, non prius sciunt uenire hostem quā cum uident suos cadere, & irregulari, dormientes plurimi, plurimi ebrii, quorum neque manus, neque pedes, præ temulentia officium suum faciebat, trucidantur, alij sine ordine capiuntur arma, sed terrore nō minus tremunt quā temulenti. Erat magna strages, uomitiones crudæ in sanguine natabat. Quicumque enim temulentus grauius uulneratur, uomit plerumque, causas referendas relinquamus medicis. Cedunt in globum collecti, ut non recte fugisse quisquam dicere possit, quinimo cōstiterunt, donec hostes nocte incidente in sua castra redierint, & sic in sua castra ea nocte Germani sunt reuersi. Post hoc prælium Germani cautiore fuere, multisque locis postea pugnatum est, sæpiusque uicerunt Germani. Tandem admouet filius Henrici exercitum moenibus Pragæ, quam uix post diuturnam obsessionem & frequētem oppugnationem cepit prodicione fretus. Capta Praga ex Boëmia recipit se Carinthiam, cedens Ioanni, sic enim uocabatur, filio Hærici Imperatoris. Boëmi Imperatoris ubique successus audientes in regem filium unguunt & coronant, ministrante archiepiscopo Moguntino. Eodem anno Henricus Imperator ut satisfacere promissis quæ Pontifici Romano pollicitus erat, copias ex Germania magnas ducit in Italiam. Nam ea conditione erat electio eius à Pontifice cōfirmata ut intra duos annos post confirmationem Italiam cum exercitu peteret, & primū hostes ecclesie & imperij in ordinem redigeret, & factionum autores, & motuū causas tolleret. Totum enim Latium tumultuabatur, intestinisque bellis perniciosissime

me laborabat, non erat ulla ciuitas quæ non haberet bellum, cum quap̄ uiciñā,
 ita inuicem se mordentes consumebantur. Præmittere autem Henrico uisum est
 legatos ad ciuitates Italicas, animos explorandi gratiā. Qui legatī ubi peruene-
 runt ad Florentinos, & postulant ut uenienti Imperatori exercitusq̄ eius diuerso
 rīa præparent & comeatum conuehant, & cum Aretinis pacem habeant, nam
 hostiliter Aretinos tum uexabant. Si hoc faciunt, habituros Imperatorem, ami-
 cum & tutorem, si non, se tamen meliora sperare, experturos quid eius Germa-
 na uirtus possit. Suadentq̄ oratores multis, ut potius experiri uelint qualis ami-
 cus, quam qualis hostis sit Cæsar. Florentini arrogantius respondent, suam ab
 imperio libertatem prædicant. Libenter quidem se habituros amicū Cæsarem
 & omnes orbis terrarum Principes, sed libertate salua. Nimum potentem esse
 Cæsarem sibi amicū, consiliū esse ut quisque similem sui amicū sibi adiun-
 gat, qui enim potentioris uelit esse amicus, non commodis amicitia frui, sed po-
 tius seruire. Quam ob rem iubent Cæsarem alios amicos quærere, & apud illos
 diuertere cum suo exercitu. Sibi non uideri operæpretium amicū admittere cui
 sit seruiendum. Legatī postea ad Aretinos proficiscentes, inuenerūt ad Aretium
 Florentinorum copias. Accedentes ergo ad exercitus Principes, Suadent ut re-
 deant domum, neque amplius uexent Aretinos, neq̄ enim suos sic deserturū
 Imperatorem qui iam in itinere sit. Quod si in eorum manu non sit ut quādo ue-
 lint domum reducant exercitū, petunt ut senatui populōq̄ Florentino pericu-
 lum exponāt, &c. Hi Florentini exercitus Principes multo superbīus et amariū
 respondebāt quā qui in urbe erāt. Et spectātibus oratoribus imperatoris Aretinorum
 uillas incenderunt, & ciues captos occiderunt, quos alioqui liberos mis-
 sissent. Tam cōfidentes Florentinos promissa ciuitatum & Principum quorū-
 dam reddebant. Imperator autem per Sabaudiam iter faciebat, iamq̄ alpes tran-
 siera, adiuuātibus Marchione Montisferrati socero suo & comiti Sabaudia. Oc-
 currunt illi obuīam ciuitatum legatī & Principes, salutant, aduētū gratulantur,
 offerunt se & suas facultates in obsequium illi. Vbi Mediolanum uenit Guido
 Turrianus cum factione Guelphorum, Gibelinis ex urbe eiectis portas claudit,
 exclusurus Imperatorem, sed discordia in ea factione orta, pars factionis periculū
 intelligens redit cum Imperatore in gratiā, & opponit se in urbe alteri parti, sicq̄
 fit ut intromittatur in urbem Henricus Imperator. Ingressus Mediolanum coro-
 natur corona ferræa cum uxore sua, præsentibus omnibus Italia Principibus &
 plurimarum ciuitatum legatis, in ecclesia Sancti Ambrosij. Post coronationem
 consulta uis de statu rerum Italicarum, professus se nihil aliud quærere, quā uti-
 litatem mortalium communem. Venerunt multi exules qui aduersarij fuerant
 Imperatoris, humiliter ueniam precantes, horum nulli negauit gratiam, omnes
 ad sua redire concessit. Ignouit etiam factionum autoribus, & Guelphorum di-
 cibus. Pecuniæ uim magnā conferebant per Italiam ciuitates, & obtulerunt Im-
 peratori, nam quamdiu collegerant Imperatori debitā pecuniā repositā iam pro-
 ferūt. Bene existimabāt secum agi, quod non auare ad uiuū exigebat rationes ad
 calculum, nam contentus ea quā dabāt erat. Nisi si qua prorsus fraudulentè age-
 re deprehendebatur, reprehensam & æquitatis & debiti fideiq̄ admonitā iubebat
 reddere quæ debebat. Padua & Bononia aliāq̄ quædā non accedebāt Imperato-
 rem, nam erant in Florētina cōspiratione, ut sic dicam, colligatæ. Nec officio suo
 fungebant Cremonenses & Cremonenses, nam eiecerāt Gibelinos nec ueniebāt ue-
 niam petentes. Quare Henricus aduersus eos mittit copias, Cremonenses agris,
 uillis urbicq̄ suis timentes petunt pacē, & impetrant æquas cōditiones pacis. Cre-
 monenses uero pertinaciter perseverāt in proposito, quare Cæsar agrum eorum ua-
 stat, & urbem obsedit mœnibus euertis capit urbem. Quo exemplo Parmenses,

qui quoque rebellabant deterriti, mittunt ad Imperatorem & ueniam petunt, uicariūque Imperatoris obedienter recipiunt. Brixia suis munitionibus confixa, nihil officij confert in Imperatorem, nec quod iure debet, facit, imò alios contra Imperatorem commouet, iactat quoque conuicia in Imperatorem & Germanos, uocat eos Barbaros, Nihil iniquius comparatum esse dicit, quam quod barbari dominantur Latinis, nec hoc esse ferendū hominibus liberis & ingenuis, &c. Quare Imperator depopulatur eorū cultissima ante urbem rura, uillas omnes incendio consumit, mox admouet ad urbem propius exercitū, & oppugnat omni machinarum generi, nec oppidani ignauiter defendunt mœnia, sed deiectis per arietes mœnibus, & fossis uirgultis & cespite completis, nocte unā omnes confugerunt in uicinos montes, in quos præmiserant ante mulieres & pueros, reliquere urbem hosti. Germani diripiunt urbem quibusdam locis incendunt, sed statim extinctum est incēdium, ut non multum nocuerit. Brixianorum calamitates ubi audiuerūt Veronenses, Mantuani, Vincētini, Patauini, Taruisini, Veneti, statim ad Imp. legatos mittūt, imperata facturos promittūt. Placētini item belli calamitates timentes, Guelfos ex urbe eiciunt & pacem ab Imperatore petunt, imperio facturos se promittunt, quicquid æquitas & iura iubeant. Præfectos itaque ubique constituit Imperator per urbes. Mox deinde Genuam profectus, nam audiebat illic ciuium animos seduci à Ruperto Neapolitano rege, qui & Florentinis Lucensibusque miserat duo equitum millia in auxilium aduersus Imperatorem. Misitque legatos hic Robertus ad Henricum Genuam, qui fucatis uerbis Henrico fidem facerent Robertum fauere eius rebus, & paratum esse illi seruire quouis loco, sed Henricus uulpina illa ingenia benè notat, nihilque periculi erat illi ab huiusmodi falsis fictisque amicis. Cæterum Genuæ honorifice est tractatus, & ciues ad uoluntatē eius omnia fecerunt. Cum pararet abitum, uxor eius grauida incidit in letalem ægritudinem, paucisque diebus magnis doloribus afflicta, diem obiit. Que non sine mariti magno luctu sepulta est illic magnifice & honorifice. Imperator moestus ac tristis ob charissimam uxorem, qui solatium itineris & laborum omnium, ereptam, iter institutum prosequitur, uidebaturque sibi solus iam, in tanto exercitu. Peruenit que Pisis ciuitatem Imperatoribus deditissimam, ubi nihil omittitur quod potest ad magnificentiam excogitari in excipiendo Henrico. Omnes ex urbe ordine procedunt, obuiam puellæ, pueri, uirgines, adolescentuli, matronæ & uiri diuersis cantionibus, uarijs instrumentis musicis utuntur, uocant eum in cantionibus patrem patriæ, saluatorem, seruatorem. Inter hæc tristior semper uisus est, nam amiserat dulcissimā cōiugem, dimidiam sui partem, quam pariter his frui decuit, aut etiam amplius, nam muliebris sexus magis his capitur. Nec tamē ita uxoris morte doluit, ut esse se uirum meminisse desierit. Nam in rebus administrandis, in respondendo legatis, in causis discernendis, nullum doloris uestigium omnino apparuit. Venerunt enim dum Pisis esset ad eum undique legatis, magnis ex causis quibus omnibus non minus prudenter quam iuste respondit. Veniunt etiam Roma legatis, ut inuitent & comitentur Romam, quare comitantibus eum legatis pontificijs, Viterbium peruenit ubi quoque ante eius aduentum erant Guelfi, post eius uero aduentū adulabantur Gibelinis, & qui autores factionis in ea urbe fuerant, fugiūt, alij tacent, alij ut fidem facerent se fauere Imperatori, Guelfis maledicunt, eosque persequuntur, ut scilicet leues homines in mutatione rerum facere. Viterbio discedentibus Romanisque uersus iter facientibus, ueniunt obuiam, qui nunciant in urbe omnia seditionibus & armis turbulenta esse, certatim à partibus munitiones multa ex de occupari. Urbinos, cum auxiliaribus Roberti regis Siciliæ copijs, Adriani molem, Capitolium, Laniculum

niculum, omnesq; transiberinas munitiones, firmis praesidijs tenere, omninoq; constituisse Roma excludere Henricum Imperatorem & Germanos. Alteros uero Imperatoris fautores occupatos obtinere montes Coeli, Auentinum, & Quirinalē, aliaq; breuiter omnia, praeter quae dicta sunt ab aduersarijs occupata. Inter has partes pugnabatur sine intermissione de locis, passim per urbem. Haec cum primum Imperator audiuit celeriter praemittit suae parti expeditas cohortes aliquot ut animarent & iuuarent suos in urbe. Ipse quoq; festinat cum toto exercitu. Vbi uenit, hostes animose opponunt se illi, ubicunque loci opportunitate putabant aliquid posse fieri a paucis aduersus multos, tētabant fortunam, & non sine plurimo sanguine multae committebantur pugnae. Peruincunt tamen tandem Germani omnes difficultates, Romanis partis fauentis Imperatori adiuuantibus, Imperator per pontem Miluiū & portam Flaminiam urbem ingressus est comitantibus eum multis proceribus Italiae, & ciuitatū legatis. Estq; gloriose acceptus a multitudine populi. Sed uoluntate animi Papae expectatam non inuenit, nam Pontifex mutarat animum, ubi uidebat regem Robertum & alios cum Ursinis coniunctos, quorum multi erant summi Pontificis amici, necessitudinibusq; uarijs deuincti. Cum igitur in Basilicam B. Petri uenisset, coronationemq; expectaret, rumor fuit Pontificem cardinalibus interdixisse, ne coronam imponerent Imperatori. Quod primo Imperator non credebat, donec tandem tot concurrerint argumenta quae fidem faciebant, ut aperte uideret sic Pontificem erga se animatum. Imperator de eare misit ad Papam nuncios, & egit cum eo ex postulauitq; multis. Vbi Papa intellexit magnum a Germanis periculum esse nisi promissis satisfiat. Quare coronatur & ungitur a cardinalibus, annuente Pontifice. Post coronationem Tibur profectus. Ibi Ursinos in gratiam recepit & cum aduersarijs composuit, pacem ubicunque potuit inter partes reformauit, iniuriarum immemor. Postea Pisas reuersus illic diutius mansit, quod in amicissima ciuitate tutiorem se putabat, quam in suspectis, et furiosis factionibus urbibus confusis. Pisis igitur leges tulit de rebellium Imperatori poenis, & qui sint rebelles censendi. Item de supplicio reorum laesa maiestatis. Conuocauit etiam illuc Italiae Principes passim, & tributum imperio debitum, imperauit, si qui non erant soluendo praeteritorum tributorum, facili remisit de summa, sed praedixit se nullo modo in posterum laturum ut defrauderetur imperium, neq; enim suam se rem agere, sed Rempublicam imperij. Pisas quibusdam adificijs exornauit, & priuilegijs donauit antequam discederet propter singularem eorum fidem erga omnes Germanos Imperatores. Blondus & Platina aliter de Henrici Imperatoris huius in urbe Roma gestis scribunt, quos qui uolet potest legere. Imperator Pisis excedens, ducit exercitum Florentiam, urbemq; obsedit, & edificauit arcem in imperiali monte ubi castra quoq; militaria muniuit, in eo tunc monte filio Friderici regis Siciliae desponsata est filia Henrici Imperatoris. Post sponsalia ista & arcem aedificatam, premere urbem magis instituit obsidione, erant autem Guelphorum in urbe, si credimus autoribus centum millia, qui quotidie eruptionibus factis impugnabant, castra Caesaris, & nonnuquam dimicabant tam atrociter, ut paucis diebus urbanorum desiderata sint sex millia, Caesarianorum 1400. Vtrinque ferunt tandem desperasse, Florentinos cogitasse de deditioe, imperatorem arce in monte supra urbem munita & praesidijs idoneis illic relictis, exercitum Pisas reduxisse. Pisis deinde citauit regem Apuliae Rupertum, quanquam non ignorabat eum non uenturum, cumq; neq; ipse ueniret neq; legatos suo nomine mitteret, iuridico ritu processit aduersus eum, condemnansq; eum crimine laesa maiestatis, ac proditionis, hostemq; iudicauit imperij. Et regnum eius dedit cuilibet occupanti. Romamq; ad Pontificem de ea re misit legatos, & petiit a Pontifice ut anathemate

percutiat eum, & primumq; promulget latam excommunicationis sententiam; Sed Pontifex moræ causas nequit, neq; negat se facturum, neque assentit, cumq; urgeret uehementius Imperator, detegit animum suum Pontifex erga Rupertū, Imperator uidet facile se nullum excōmunicationis fulmen extorquere posse aduersus illum regem. Quam ob rem Imperator cum exercitu iter arripit in Apuliam, uocant eum ultro ciuitates, plerq; quæ audierant de condemnatione regis sui, in primis Neapolitanorum ciuium multi ad eum scribūt ut ueniat. Nam rex imperiosius dominando ferè omnibus dederat dudum ante causas odij in se, nec mirum quod oderunt plurimi hominem qui humanas & diuinas contemnebat leges. In itinere habuit obuium elegans & amplum castrum, quod uocatur Bonconuentum, in eo castro propter festum diem qui erat diuæ uirginis sacratus, per duos dies quiescere, ibique sacramentum corporis Christi sumere, aberat autem eo tēpore episcopus Tridentinus quo confessore, ut uocant, utebatur, nam cum uicecancellario Romam miserat ad Pontificem. Quare quidam monachus ordinis Beati Dominici subornatus à Guelphis, qui in arce ea missam celebrabat, dedit Imperatori sub specie sacramenti uenenū. Imperatorem scribunt statim præsens uenenum sensisse, & intellexisse in sacramento sibi datum, adhibuisse remedia, sed omnibus remediorum uiribus ueneni efficaciam præualuisse. Post missam à monacho absolutā (nam ante finem missæ in sacrosancto opere noluit impetire ministrum) fertur Imperator ad sacrificum monachum dixisse, calicem uitæ inuertisti mihi in mortem. Quare ò domine fuge celeriter, nam si nostri familiares & amici tuum nefandum scelus scierint & tu comprehensus fueris, raro & miserabili aliquo mortis genere morieris. Igitur fuga serua hanc uitam, & precare dominum ut tibi ignoscat, & age pœnitentiam, dominus enim non uult mortem peccatoris, sed uitam. Ego quidam, inquit, moriar iuxta uolūtatem domini. Tu uas iræ dei fuisti, &c. Sic enim scribitur locutus ad scelus monachum. In eoloco ergo defunctus est Henricus Lucēburgensis, Princeps optimus. Egressurus è Germania nullum armorum genus æquè in Italia timuit atque uenenum. Male post huius Imperatoris mortem audiuit totus prædicatorum ordo, ut sunt hominum iudicia peruersa, solēt enim stulte propter paucos malos totum ordinem plerunq; condemnare. Nec enim non potuere esse boni patres in eo ordine esse, etiam si aliquod scelesti nebulones inter eos tecti locum habent. Prædicatorum ordo propter hominum iudicia mala, à Pontifice Romano literas acceperunt, illum fratrem innocentem fuisse, sic fertur, nihil hic assero. Corpus Imperatoris Pisas perlatū, illicq; maximo luctu & magnificentia reuerentiæq; plus quam regia sepultum est. Præcesserat in proposita expeditione contra Rupertum Fridericus rex Sicilia & occuparat, dum Bonconuenti Henricus moratur, Regiū urbē, ibiq; constituit Henricum expectare, quo cōiunctis copijs totam caperent Apuliam. Nec difficultas ulla fuisset, ita inclinabant omnium animi ad imperium & præcipue hoc impertore, qui tam benè audiebat ubiq; etiā apud imperij hostes, erāt autē Friderico magnæ difficultates post mortē Imperatoris, nam quāquam oderant omnes ferè Rupertū, tamen Fridericū quoq; ciuitates quadā nolebant. Fridericus audita morte Imperatoris cum esset in urbe Regio quā ceperat, statim mittit ad primos duces post Imperatorem, petiq; sibi, si ipsi nolint pergere, dari quinq; aut sex millia Germanorū, ut nō turpiter & cū magno periculo cogatur ab incepto desistere, duces exercitus dicunt se paratos in Germaniā redire, ceterum liberum faciunt si qui uelint auspicijs Friderici regis militare, illi esse paratum stipendium iustum. Sunt ergo inuenti sex millia qui manserunt. Fridericus eas ciuitates ad se uocat, quæ Imperatori nunciarant ut ueniret. Iam erat Rupertus

pertus ita paratus ut Imperatori ipsi se parem consideret, habebat etiā Guelphos
 socios. Cum intelligeret Fridericus undiq; bellum contra se parari, esse in armis
 omnes eius regionis ciuitates, quas uocauerat ad se Italig ciuitates non uenire cū
 hoste communicare consilia à Ruperto rege assidujs nuncijs & literis sollicitari,
 colligi & inuehi intra munitiones frumēta, putauit sibi non cessandum, quare co
 acto exercitu de improviso in fines Ruperti penitus contendit, & antequam illi
 arma capere aut cōsulere, aut profugere ualerent, magnam pecoris multitudinē,
 magnamq; hominū cepit, depopulatis agris urbibus militibus diripiendas obie
 ctis, in deditiōem uenire compulit, & factis quæcunque uidentur, ad pacem fir
 mandam facere, pergit & omnibus neruis & uiribus in bellū insistit. Quare ho
 stium consilia quæ sint animo perpendit & circumspicit, ut sua ex eorum ratione
 instituere. Nunquam enim quicquam res administrabit in bello rectē, nisi hostis
 consilia & rationes cum suis conferat. Certō igitur perspectis hostium consilijs,
 sperat tam temerarios & imprudentes esse, ut ad pugnam in arenas descēdant,
 sciebat em̄ eos suis uelle uideri superiores, & hoc studio illis esse certis argumen
 tis collegerat, quam ob rem sufficenti præsidio impedimentis relicto, aduersus ho
 stem ducit copias, & non longo interuallo intermisso, castrametatur. Erat inter
 Fridericum & hostes fluuius profundus & latus, altisq; ripis. Sciebat Fridericus
 autem se in castris suis habere qui omnia deferebant ad hostes, quicquid in exer
 citu palam dicebat, hoc enim satis expertus erat, quare ut hostibus timoris sui fa
 ceret suspiciōem, nō modò castris muniendis conatus est, sed palam ad omnes
 milites dixit: Quoniam hostium copix fortes & instructæ sint, se non suorum
 militum uitam & suas fortunas prælio commissurum, sed quā primū possit
 uel noctu hinc à conspectu hostis discessurum, donec augeantur suæ copix. Hæc
 omnia, audientes qui fauebant hostibus, se clam subducunt hostibusq; nunciāt.
 Circa crepusculum noctis ad se uocat omnes ordinibus præfectos, explicat illis
 rationem consiliorum suorum, iubet ut parati sint, si eueniat quod speret, & quo
 magis credant hostes se timeri, iubet suos magno strepitu exire castris, ut uidean
 tur fugam parare, educitq; auersos ab hostium castris. Hæc ubi hostes uident, pu
 tant Fridericum fugere, nihilq; amplius de timore eius dubitant, erumpunt ex ca
 stris hostes ne Friderici copix fuga elabātur illis ex manibus, & prædā sibi obla
 tam permittant abire, propterea per præruptas ripas se præcipitant ad flumen &
 transeūt, deinde per alteram fluminis ripam ascendunt. Vbi Fridericus uidet ma
 iorem copiarum partem flumen transisse, & per prærupta loca magno labore, ma
 nibus & pedibus quadrupedes ascendere, cohortatur milites inquiens: Habetis
 cōmilitones hostē in manibus uestris, nunc uestre uirtutis erit, fortiter eos exde
 re, nam uestrum decem centum hostes, sine dīne discrimine & labore cædent. Im
 peditissimo loco enim eos uidetis, modo ne sinatis eos effugere ex manibus ue
 stris. Signa simul cum his dictis in hostē uertit, milites in hærentes in ripa hostes
 impetum faciunt. Illi cōtra expectationem quos persequi & capere uolebant, ui
 dentes in se tanto impetu uenire, statim terga dant fugietium alij occiduntur, alij
 lapidibus obruūtur, magna pars in flumine suffocatur, nec exigua multitudo ca
 pitur. Victis hoc modo, postridie post stragem ueniūt legati quorundam ciuita
 tum, se tradūt, rogant ne uelit perdere eorum sobolem & rura quibus alantur, iu
 gum quoduis impositum se laturos promittunt. In gratiam recipit eos, sed impe
 rat obsides, imperat milites quibus opus erat ad reliqua quæ habebat in animo
 perficienda. Ruperto uicto in hunc modū Papa cōponit eos fœderis conditioni
 bus, quas prudens prætereo, nec enim est huius instituti aliena omnia perstringe
 re. Clemens 7. celebrauit Vienna in Burgundia conciliū anno millesimo trecent
 tesimo undecimo, in quo fuerūt omēs Germaniæ & Galliæ episcopi & abbates,

Rex

Rex Galliarum autē autor erat conuocandi eius concilij, ut Bonifacij Pōtificis memoria oblitteraret, conabat enim probare eum nō legitimū Pontificem fuisse, sed hæreticū. Nam Bonifacius eum excōmunicauerat. Sed episcopi & prælati alij ex Germania nolebant cōsentire, sciebāt enim unde essent istæ lachrymæ, ex Galis enim quidam adulabantur regi. Et Pontifex in hoc erat ut Bonifacius iudicaretur hæreticus. Sed concilium, hoc est concilij maior pars, declarauit Bonifacium catholicum Pontificem fuisse. Decretū tamen est in eo cōcilio, ut Bonifacij Pontificis execratio & iudicium de rege Gallorum, nec regi nec hæredibus eius nocerent. Gallus & si multo plura expectaret de eo concilio (nam Pontificem suarum partium esse sciebat, & aduersus mortuum Bonifacium quicquid optaret futurum, & sui regni prælatos ecclesiarum nihil aufuros sciebat) tamen tādē putabat secū bene actum, quod cōstitutū erat nihil illi debere nocere, Pontificis Bonifacij sententiā. Nam uix obtinuerunt qui impensius regi fauebant, ut in hoc Germani prælati consentirent.

DE GERMANIS

LIBER VIGESIMVS QVARTVS.



Post mortē Henrici Lucenburgenſis, Imperatoris Romanorum, conuenerunt imperij electores Principes Frācoſurdia, Eratq; magna inter eos de Imper. eligēdo diſſentio, alij alijs cauſis, ad alium eligendum mouebuntur. Fridericus, Albertus, & Lupoldus Auſtriaci Principis ambiebāt imperiū, habebant autem ſibi ſtudentes Rudolphum & Ludouicum duces Bauariæ. Vehemēter uero reſiſtebant Auſtriaci rex Boemiarum, episcopi Treuerenſis & Moguntinenſis. Cum ij uiderent futurum ut eligeretur Fridericus Auſtriacus, multa aduersus eum conati ſunt, tandē cū nihil promouerēt quem uolebant ipſi, nec impedire Fridericum poſſent, Ludouicum ducem Bauariæ eligebant, quem prius à Friderico alienarant, adiunxerunt autē ſibi & legatum Marchionis Brandenburgēſis, ut etiam ſuffragium ſuum tulerit Bauaro, quanquam aliud à Principe ſuo in mandatis habuerat. Quare à rege Boemiarum, archiepiscopo Moguntinenſi & Treuerenſi, Marchionisq; legato electus eſt Ludouicus dux Bauariæ. Fridericum Auſtriacū uero elegerūt, Palatinus Rheni, archiepiscopus Coloniēſis, Ludolphus dux Bauariæ Ludouici frater, & Rudolphus dux Saxoniarum. Erat magna diſcordia & ſimultas inter illos Principes, diſcedit uterq; Frācoſurdia, Ludouicus Bauarus cum ſuis in Oppenheim, Fridericus Auſtriacus Haidelbergam ſe confert. Ibiq; hoſtilibus animis alter aduersus alterum parat bellum. Pollicitationibus & donis, amicos & ſocios comparant. Potiſſimum uero Pontificem ſibi conciliare ſtudent. Inuicem item ſtruunt inſidias. Haidelbergæ militem quendam ſubornarūt, ut iret in Oppenheim abſcondens paruam baliſtam ſub chlamyde, & obſeruata temporis opportunitate, ſagitta ueneno infecta interficerēt Ludouicū. Sed aliter deo uiſum eſt, monitus enim eſt à quodam ex Haidelbergā. Venit igitur poſtridie poſt admonitionem miles Haidelbergā, ſimulat ſe Ludouico fauere cupere ſub auſpicijs eius militare, comprehēſus ſub pallio habuit baliſtā. Ludouicus iubet ex illo extorquere, quis iuſſerit, quid datum promiſſumue ſit illi, omnia homo confitetur. Ludouicus hunc latronem diu ſecum duxit ligatum biga, partim loco ſpectaculi partim ne aduerſarij poſſent dicere fictum fuiſſe à Ludouico, ut Friderico inuidiā faceret, & innocentem ſupplicio affeciſſe. Poſtq; uero ſatis cognitum arbitratus eſt, nam omnibus

bus per Germaniam hanc fraudem & flagitium notū uoluit, tādē ad caudam equi imperauit ligare & per ciuitatem trahere, & deinde rota membra frangere, postremo in quatuor partes secare. Ludouicus eo tēpore post electionē Aquisgranum profectus est, illicq; ab archiepiscopis Moguntinensi & Treuerensi unctus & coronatus in regem Romanorū. Antequam electus fuerit in Imperatorem, hic Ludouicus fuit homo rerum negligens, & prodigalitate luxuriam suam penē totum perdidit patrimoniū. Nam aluit magnum hominum inutiliū numerum, in largiendo facultatum nullam rationem habuit. Quare quum uideret illi defuturum, censuit querendā uxorem quæ amplam dotem afferret. Ea est enim cōpēdiosa ad diuitias & opes uia. Inducenda igitur uxore non respexit genus, formam uē, sed pecuniā, igitur duxit comitis cuiuspiam non admodum nobilis sed pecuniosissimi filiam, quæ attulit ad Ludouicū amplissimā dotem. Verum ea obiit sine prole, quare maior dotis pars reddenda fuit ijs qui dederāt. Hac mortua, duxit filiam ducis Poloniæ, quæ quoq; nō paruā ad eum dotem attulit. Hæc prima fecit illum parentem, genuit enim ex illo duos filios nomine Ludouicum & Stephanum. Hæc quoq; uita breui defuncta est, duxit non diu post huius uxoris mortem aliam filiam comitis Flandriæ. Ex hac genuit quatuor filios Guilielmum, Ludouicum Romanum, Albertum & Othonem. Non ignoro alios aliter de his tradere, inter quos est Abbas de Spanheim. Mihi quæ dixi probabiliora uidentur, cuiq; suum relinquo iudiciū. Certum hoc est habuisse plures uxores, & filios. Fridericus post coronationem coronatus est Bunnæ. Nam Aquisgranum iurarat Ludouico fidelitatem. Inferior Germania usq; ad Argentinā iurauit Ludouico, neq; Fridericum Imperatorem agnoscere uolebant inferioris Germaniæ ciuitates. Sueuiæ quoq; magna pars & Franconiæ receperunt Ludouicum in regem. Ulma Fridericū regem agnouit. Præter Solodurum & Bernam, omnes imperiales Heluetiæ ciuitates Fridericum receperūt. Argentina quoq; Fridericum Imperatorem agnouit. Qualis facies Germaniæ fuerit in schismate illo duorum electorū Imperatorū, dissentientibus ita Principibus & ciuitatibus facile est coniectura assequi. Partes illæ, ut est natura humani ingenij, non possunt nō mutuo se odire, ex quo odio uicīnorum Principum & ciuitatum plurima eueniunt mortalibus incommoda, si etiā res, ut tandem consueuit quoq; fieri, non ueniret ad arma, alij enim alijs quæ possunt præripiunt, & ob odium inuidiamq; impediunt alij aliorum cōmoda etiā absq; suo cōmodo, imō nonnunquā maximo suo incōmodo. In hunc modū diuisa Germania duobus Principibus, ubiq; bella exoriuntur, & bellorum rumores, caritatem annonæ faciūt, nam Principes, & ciuitates timentes bellum, etiā aliquando nunquam futurum conuehunt frumenta intra munitiones, dumq; ita timent & sperant, affectibusq; animalibus seruiunt Principes, esuriunt multi pauperes. Aliquāto igitur tempore neuter alteri mouet bellum, neuter enim uoluit causa bellorum, & malorū, quæ bellum necessariō consequuntur, uideri. Tandem Fridericus uidēs aduersarium suum potentiorē, & animos ad maiorem partem, ubi se tutiores iudicant, inclinari, fidēs suorum uirtute (qui erant ab Argentina usq; ad Solodurum, & à Lucerna Constantiam usq; à Cōstantia usq; ad Ulmam. In quibus regionibus etiā nostra ætate milites palmam ferunt. Nec ferē ullus Princeps hodie aliquid feliciter in bello gerit, qui non habet ex illis aliquibus, quos dixi, locis copias) contrahit copias ut illas urbes suis adijceret quæ proximæ erant. Quam ob rem Eslingen obsidet. Sed non satis ad expugnandas urbes paratas, post unum mensem obsidionem soluit, & quæ uidit illi defuisse in oppugnationibus comparat, sequentēq; anno rursus ad obsidendam redit, & magnis conatibus & uiribus impugnat, sed oppidani etiā se interim parauerant, quoniam etiā in prima obsidione poterant

discere quæ sibi usui esse possent in propugnationibus. Fridericus autem solum cogitarat quid sibi defuisset ad capiendam urbem ut erat in priore obsidione, nec satis attulit uirium quoniã ad munitiones & præsidia multa per id temporis, quo absuit, interuallum adiecerat. Cum igitur pertinaciter & fortiter sine intermissione noctesq; diesq; impugnaret Eslingenses, emissio clanculum noctu nuncio, significarunt Ludouico, nisi cito ueniret cum exercitu, se obsidionem nõ posse ferre. Nec agi de sola Eslinga, si enim alia uiderint nullam spem esse in auxilio Ludouici, sponte sua accessuros ad Fridericum. Cõstituunt illi diem ante quẽ si non ueniat, se pacem petituros, & foedus inituros cum Friderico. Ludouicus intelligens defectionis multarũ ciuitatum periculum, etiã si non admonuissent eum, Eslingenses per nuncium, quãquam aliã occupatissimus coacto exercitu, accipitis quoq; copijs ex Boemia à rege, festinat ad Eslingam liberandam. Certior factus de aduẽtu eius Fridericus infestis signis & acie instructa illi obuiam it, & in loco æquo iuxta Necharum pugna inuent, uix unquam usquam pugnatum est pertinacioribus animis. Imperatores ipsi periculose pugnant, milites in conspectu Imperatorũ fortissimè dimicabant. Pugnatum ferũ usq; in atram noctem, itaq; discessum ut neuter iure uictoriam sibi arrogare potuerit. Quancq; multo maior multitudo ex Ludouici copijs occubuerit, quã Friderici, nec sic ex hoc prælio obsidione liberata Eslinga, sed post prælium uisum est Ludouico hostem auocare ab urbis obsidione, ad sua defendenda, quod sanè salubre Ludouico consiliũ fuit. Argentineses quoq; descuerunt à Friderico ad Ludouicũ, qui eis priuilegia noua dedit, & uetera confirmauit. Eo tempore uidens fratrem suum laborare Lupoldus dux Austriæ, congregato proficiscitur Spiram obsessurus. Cui cum pararet occurrere Ludouicus, adiungit se cum suis copijs Fridericus. Quod ubi animaduertit Ludouicus, mutat sententiã, neq; potuit adduci ut cõgrederetur cum ambobus fratribus, dictitã, esse inuictum quiddã, diuina naturæ lege quadam, fratrum concordiam. Quare omnino constituit rem nullo modo cõmittere prælio, alijsq; utebatur bellandi rationibus, nec tamen innotuit uulgo Ludouicum cum Friderico cõgredi non audere, nam hoc tam astute potuit dissimulare, etiã magno suo cõmodo, ut putarint Fridericum premi & prouocari. Semper enim transfudit bellum à suis ad Friderici subiectos. Duxit quoq; exercitum in Bauariam, aduersus Rudolphum fratrem suum, quoniã, ut diximus, fouebat Friderici partes. Destinebat interea alio loco Fridericũ ne posset Rudolpho succurrere. Cum igitur in Bauariam peruenisset inexpectatus hostes, Rudolphũ inuenit imparatum, & aduentu eius territæ urbes & arces, cum nullum uiderent præsens auxiliũ, dederũt se, eiectusq; est cum tota sua familia Rudolphus. Confugit autem ad ducem Austriæ, spe suspensum est Fridericum breui eum redacturum in suum ducatu. Sed uana fuit spes, Fridericus enim negotia grauiora & magis urgentia inciderũt, ex quibus ante quã se extricauit Fridericus, defunctus est uita Rudolphus dux. Post mortem Rudolphĩ, reddidit Ludouicus ducatum uxori & liberis eius, sed nihilominus mansit dominus Bauarorũ. Tutorem enim se ipsum liberorum fratris sui fecit. His temporibus multæ calamitates oppresserunt Germaniã, caritas, ut dixi, & per omnes uias latrocinia erãt. Et passim exurebantur uilla rusticæ & toti pagi. Cuius enim Principum populus pluribus malis afficiebatur, ab eo plures quotidie defecerant, propterea clam & palam certabant in inferendis iniurijs. Eo deuenerat tandẽ res, ut cum nusquã ullum iter tutũ esset, ciuitates uicina per Germaniam conuenerint, & egerint de custodiendis uijs, & per milites pedites & equites suis stipendijs cõductis, uias custodierint, latronibus captis & suspensis, aut saltem abactis. Hanc ob causam tunc tẽporis, Argentina, Spira, Vuormatia, Moguntia foedere coierunt, & cõmunibus impensis conduxerunt

runt equites & pedites qui vias rectas reddiderunt & seruarunt. Nam negotiatio-
 nes, quibus crescunt ciuitates, iam tota propter infesta itinera cessabant. Quam pri-
 mum audiuit Ludouicus esse Pontificem electum (nam uacarat sedes Romana post
 mortem Clementis quinti, perpetuum biennium) mittit Romam legatos cum mu-
 neribus & promissis amplissimis, confirmationem petens a Ioanne 22. Pontifice
 maximo. Pontifex uero causis redditis, recusauit. Quod ubi audiuit Fridericus
 negatum aduersario, Pontificemque parum equum Ludouico, ob delicta quaedam,
 mittit statim Romam legatos, subiiciens se & suum imperium sancti sedis aposto-
 licæ, iuraturumque pollicetur se nunquam a sententia Pontificis discessurum. Pontifex
 non negat illi confirmationem, sed differt, nescio quam ob causam. Redire legati bo-
 nam spem afferunt de confirmatione, sed certi nihil. Tempore hoc, quod fuit annus
 Millesimus ducetesimus nonagesimus quartus, fuit tanta siccitas per estatem, ut, alio
 qui perennes, fontes & flumina exaruerint, Fœni secuta est tanta caritas ut magna
 pecoris partem macrare passim coacti sint. Et in plerisque locis ob pascuorum ino-
 piam stramina eis obiecerint. Nam exaruerat & folia in arboribus. Vinosissimum
 eo anno creuit uinum, & bonitatis eximia frumentum, nec ita carum factum est
 frumentum. Causa fuit, terra bene caloribus solis fermata, quæ in proximum se-
 quentem annum amplissimam pollicebatur spem. Neque fefellit ea expectatio, nam
 proximum post annum fecundissimum ferunt fuisse, in eo anno multum uini effu-
 sum est, quod uasa non poterat capere, frumentum item plurimum perierat, quod
 metu bellorum seruatum erat, abiectaque est eo anno in sterquilinia magna frumen-
 ti copia, nouum enim reponebant. Adhuc autem per Germaniam erant seditiones,
 latrocinia, bella, miserique uexabatur multis modis Germania, nec erat qui
 opem ferret. Cum hoc intelligerent quidam cordati Principes & ciuitates, in-
 ter se fœdera fecerunt, ut coniuncti tranquillam agere possent uitam. Ludouico
 Bauaro & Friderico Austriaco ita omnia tumultibus miscetibus, non solum Ger-
 mania sed & Italia, Gallia, aliarum nationes, seditionibus & factionibus turbatur,
 & grauibus bellis affliguntur. In primis uero Italia laborat uarijs seditionibus.
 Ioannes Papa etiam, cum uideret Imperatores duos propter discordiam non mo-
 do non tantum posse quantum unus, in imperio promouendo & defendendo ua-
 leret, sed etiam imperium discordia illorum disabi, putauit occasionem se habere
 suos iuuandi & prouehendi ex imperij bonis. Quare quæcumque potuit sibi uendi
 care de imperio per Italiam, fecit. Deditque exemplum alijs idem faciendi. Nam quæ ad
 modum soleat uulgus de maioribus exemplum bene aut male faciendi sumere
 neminem latet. Erant tamen in Latio Gibelini multi qui fœdere se coniunxerunt,
 fortiterque restiterunt aduersarijs. Cum uero uiderent se non posse pares esse di-
 uitius Guelphorum potentia & multitudini, miserunt in Germaniam ad Ludouicum
 legatos, ut ipse ueniret, aut saltem auxiliares copias ex Germania mitteret,
 alioqui actum esse, nunciant, de imperio in Italia. Ludouicus respondet legatis
 se propediem uenturum, nondum hostem prorsus deletum in Germania, studuit
 enim uideri se extra periculum esse, & uehementer gaudebat quod Gibelini Ita-
 liam ad se uenissent, existimabat enim se iam solum Imperatorem receptum per Ita-
 liam. Sed Gibelini propterea potius ad Ludouicum miserant legatos, quod scie-
 bant simulates esse inter eum & Pontificem. Ludouicus misit cum legatis partem
 copiarum in auxilium Gibelinis simulans se illis carere posse, nihil enim pericu-
 li a Friderico propter quod opus sit maioribus copijs. Sed primum abierunt le-
 gati reparat exercitum, nam tum maxime necessaria fuerunt illi magna copia, prin-
 cipes enim multi per Germaniam maxime ecclesiastici, ubi audierunt quod Pon-
 tifex Romanus confirmationem negarat Ludouico, & quas ob causas negarat,
 Fridericum uero confirmare potius distulisse quam recusasse Pontificem, incli-
 nabant

nabant animos ad Fridericum, respicereq; ad eum incipiebant quos Ludouicus putauit sibi fidelissimos esse. Nam ita tum habebat Germania, ut nulli dubium esset fore Imperatorem quem approbaturus esset Pontifex Romanus. In Italia Gibelini multas urbes capiunt, opera Germanorum, & aliquot praelijs uictores discesserunt. Pontifex aduersus urbes in fide erga imperium obdurantes, inter quas fuit Mediolanum, Placentia item, aliaq; multæ, execrationibus fulminauit. Hoc bello quot urbes obsessæ, quæ captæ, quoties pugnatum, quoties Gibelini uicti, quotiesq; uictores fuerint longum esset enarrare, & nō nostri instituti propriè, quanquam Germanus miles magna rerum tum in Italia gestarum pars fuerit. Cum Ioānes Pontifex animaduertit Gibelinos sæpius uincere, & expugnare munitas urbes, fretos militibus Germanis à Ludouico missis, operæpretium & necessarium existimauit ad Fridericum mittere legatos, ut mittat sibi auxilium, promittitq; per legatos se eum confirmaturum si iam præsentem opem adferat aduersus hostes ecclesiæ, & uicissim se ipsi auxilio futurum aduersus hostes suos. Addunt simul legati quàm facilis uia sit hæc ad superandum hostem suum Ludouicum, pōntificia enim auctoritate ex tota Germania facillimè posse Papam, si uelit, eicere Ludouicum. Præmia insuper addit uitæ æternæ plenariam nimis indulgentiam omnium peccatorum. Et fratrem eius, qui erat sacris initiatus, pollicetur Pontifex se ad archiepiscopatum Mogūtinum promoturum. Fridericus etsi non fideret pontificijs promissis, intelligeretq; quicquid Papa faciebat, contra imperium esse, & iam se in necessitate uocari, alius Pontificem malle alium Imperatorē cui pontificia sedes magis curæ esset quàm imperiū, aut omnino nullum, nam non obscurum erat quātopere fouerat illud dissidium duorum Imperatorum, ut nullus esset Imperator, tamen omnino cēsuit mittendos, ne dominus in Italia factus Ludouicus aut cogeret hunc Papam Ioannem ad se confirmandum, aut hoc à pontificatu deturbato, alium substitueret, à quo confirmationis electionē suæ acciperet. Tota enim Germania intenta in Romanā sedem erat, plurimi namq; expectabant confirmationem, interea neutri adhzrere uolebant. Tantæ Romanæ sedis auctoritas & religio erat apud plerosque ut non iudicarent nec appellandum cēserent Imperatorem, nisi prius unctus & coronatus confirmatusq; esset per apostolicam aut per apostolicos legatos. Et si qui erant apud quos non tantam auctoritatem habebat sedes Romana, tamen confirmatio nem expectabant, scientes fore Imperatorem quem Romanus Papa esset approbaturus, mallebat autem quisq; prudentior dare nomen suum Imperatori quem superiorem futurum uidebat. Quare misit auxilia Pontifici. Erant præter pediatum, equitum, duo millia. Simulq; petijt ut excommunicationis sententiā in Ludouicum hostem suū per Germaniā promulgaret, sic enim futurum ut breuī possit maiores mittere copias. Gibelini ubi audierunt Fridericum auxilia Germanorum misisse Pontifice, statim mittunt ad Fridericum legatos, qui illi exposuerunt dilucidissimè quo pacto contra seipsum & imperium mitteret auxilia, nam milite Germano fretum Pontificem occupaturum omnia in Latio quæ imperij sint. Esse enim in Longobardia multas ciuitates quæ in fide perseuerent quas Romanus Pontifex debellaturus sit. Et ex Hetruria Gibelinos, id est fideles imperij eieciuros. Sicq; omnes ciuitates & Principes imperiales iudicaturos, quod Fridericus imperium cupiat perditum, proptereaq; ut hostem imperij auersuros. Et futurum ut Italia tota subijciatur Pōntificis ditioni, ut neq; Fridericus, neq; alius quisquam, ex posteris Germanis possit ire Romam illicq; coronari. Promittunt autem illi obedientiam debitam, ut iubeat exercitum quem Pontifici miserat, reuerti in Germaniam. Quare dubius animi, ignorat quid factu optimum sit Fridericus, obsequi ne Pontifici, ut consequatur confirmationem à qua pēdebat totum imperium

Imperium, an Republicæ cōsulere & reducere exercitum. Propter hanc rem conuocatis omnibus qui illi à cōsilijs erant, deliberauit cum ipsis. Cum igitur omnia discuterent diligenter, tandem placuit reuocare quàm primum exercitum, ne Fridericus alienaret à se omnes imperij amicos, cēseretuiq; hostis imperij qui nō cuperet administrare res imperij, sed perdere, prodere imperiū. Quare scribit Fridericus ad fratrem suum Henricum (nam illum cum copijs miserat in eam expeditionem) iubetq; eum in Germaniam redire, accepta occasione, quancunque tempus, locus, res, personæ darēt. Henricus igitur ne uideretur à fratre reuocatus, alienaretq; pontificios ab eo, petit quasdam urbes ab eis si uelint ut unā ferat commune periculum in seruandis & recipiendis illis, se enim uelle sibi peculium parare, sua nihil referre quod frater Pontifici cupiat seruire, & promiserit auxilium, se duce suisq; magna ex parte stipendijs illos secum ex Germania uenisse, minatur ergo se reducturum copias nisi concedant illi dominium urbium insignium quas nominauit, quasq; sciebat non duros. Pontificij magna promittūt ut maneat, stipendium duci & militibus pollicentur amplum. Dux ansa arrepta discedit conātur illi obstruere uiam reditus, sed perrumpit obstructions, & facile fuit Gibelinis non obstantibus, illi enim sciebant abitus causas. Pōtifex mittit ad Fridericum legatum, accusatq; Henricum germanum eius, & queritur se deserere contra fidem. Fridericus, quia animaduertit se suspectum Papæ mittit Romam oratores ocysimè, ut se excusaret ne Pontifex iratus excommunicationibus in eum fulminaret. Et in gratiam Pōtificis interposuit se ut induciæ sint factæ inter Gibelinos & Guelphos, ne Pontifex per totam ecclesiā quæreretur se à Friderico proditum, nam fama erat, & probabilis omnino, Fridericum ita uoluisse Pontificem perdere. Induciæ autem illæ nō diu à partibus seruatae sunt, Gibelini enim solum ex precibus Friderici cōsenserant, nam satis erat Friderico pacem semel esse factam post discessum suarum copiarum, ut amoueret à se proditiōis & perfidiae suspicionem, nihil mouebatur non esse seruatas quemadmodum illi promiserant, imò Gibelinos non potuisse adduci ut consentirent, nisi hac spe quod sciebant Guelphos quæ erāt eorum animi impotentia, aliquid breuī cōtra induciarum ius priores facere, ut in proposito liceret Gibelinis (qui secum multos Germanos habebant) pergere dum fauerent omnia illis. Quid postea inter illos gestum sit prudens prætereo, reuersus in Germaniā. Anno post natiuitatem Christi 1133. erant per Germaniam omnium animi suspensi, expectatione duorum Imperatorum. Preuidebantq; multi non fore tranquillum statum donec alter alterū magno quoq; prælio superaret, & aut caperet, aut alio qui totum frangeret, nam ut se res utriusq; habebant sine multo sanguine non poterant componi, nisi deus mirabiliter uoluisset prohibere. Prædicto igitur anno, cum uterq; per totū uer & æstatē se præparasset aduersus alterū, Fridericus & frater eius Henricus ad copias suas cōiunctis præsidijs ex Vngaria missis, inuadunt Bauariā hostiliter autumno & primū omnia quæ in agris erant depopulant, & urbū quasdam quæ in fide constanter obdurabant, aut expugnatas diripiūt, aut in deditiōne acceptas grauissimis exactionibus totas exhauriunt. Magnamq; partem ducatus Bauarici breuissimo tēporis spacio per hostilē uastationē perdūt. Vngari enim maxime cū omnia Germanos, tū p̄cipue uicinos suos Bauaros odio prosequerent, ut fieri cōsueuit inter uicinas gētes, quæ bellū inter se aliquādo gerere solēt. Trāsmitti enim solet, odiū per longa annorū spacia ad posteros. Nisi ergo Ludouicus impiger strenuè occurrisset illis, actū erat de tota Bauaria, celeritate igit opus esse uidēs, & ne tota Bauaria pderet, & ne Sueui cōiungerēt se Friderico ante cōgressum, festinat Ludouicus, habebat ergo suos q; paratos, aderat illi rex Boëmiæ magna cū multitudine Boëmorū, aderat cū illo in castris reuerēdissimus archiepif. Treuerensis uir ad

bellum natus. Aderant item multi comites & Barones, cum his occurrit obuiam Friderico, cumque uterque exercitus distaret medium Germanicum miliare seu circiter passuum duo millia. Fridericusque expectaret Ludolphum fratrem suum, ex Sueuia adducentem copias, in quibus, ut par erat, precipuam ponebat spem. Ludouicus prouocare non desinit Austriacos, Fridericus nimium animi & iræ habens aduersus quorundam suorum prudentum uirorum consilia, congregi statuit cessante adhuc in Sueuia fratre Lupoldo. In conspectum ducit Ludouico exercitum pugnandi cupidissimum, utrinque adhortatis suis concurrunt aciebus instructis, fit atrocissima pugna, scribunt pugnatu duodecim continuas horas, nec facile est relatu a qua parte plures ceciderint. Utrinque fere quinque millia equitum occubuerunt. Peditum occisorum numerum alij alium scribunt, magnum fuisse licet colligere ex equitibus desideratis. Austriacus numero fuit multu inferior, propterea quod nondu frater cum Sueuis uenerat. Post solis occasum pugnantibus fortiter capiunt Fridericus electus Imperator & frater eius duces austriæ, multique cum eis proceres. Quos cum captos uiderunt ad raritatem redacti milites fuga salutem querunt, pauci non uulnerati ex fugientibus fuerunt. Dux Sueuiæ Lupoldus cum electissimis et fortissimis ex Sueuia copijs iam ingressus erat iter bona spe plenus cum clades illa nunciatur ei, fratres eius ambos captos, exercitum penitentem extinctu, paucos per noctis tenebras elapsos. Quo nuncio homo nihil nisi optima & prosperrima sperans, quãtopere percussus sit facilius cogitari quã dici potest. Quare magno animi dolore redijt domum. Copiarum alacritas repente commutata est in demissam tristitiam, reuersi igitur sunt domum. Post prælium, qui affuerant pugnae, omnes uno ore etiam hostes Friderici, ferebant, si affuissent Sueui longè uicisset Fridericus. Sed fati ut diximus, placuit. Henricus dux Austriæ captus a rege Boemiarum abducitur in Boemiam. Ibiq; diligenti custodia mancipatur. Fridericus Imperator electus in castro Trinsneck in carcere perpetuum triennium seruatur, Lupoldus frater Friderici, omnia sua posthabuit fraternæ charitati, currit Romam ad Pontificem, illiq; exponit Ludouici animu erga Pontificem, & ecclesiasticos homines, qualis tyrannus futurus sit prædicat, ut Pontifex in tempore conatibus eius resistat, admonet & deliberando fratre multa cum Papa agit. Currit etiam mox in Gallias ad regem. Rex Galliarum siue miseratus Austriacoru grauissimos casus & clades, siue alioqui odio habens Ludouicu Imperatorem, siue inuidia adductus, omni studio conatur Austriacos iuuare, de ea re cum Pontifice tractat multa in rem ducum Austriæ contra Lupoldu. Quam ob rem Auinione in congregata episcoporum & cardinalium synodo non exigua, Pontifex excommunicationis sententiam fert aduersus Ludouicum Imperatorem, causasq; addidit in Bulla aduersus Ludouicu, quod schismaticos & hereticos iuuasset, et quotidie auxilio esset ecclesie rebellibus. Excommunicatos etiam pronunciat omnes qui non discedant ab ipso, quicq; in sacris illi ministrant, eos priuat dignitatis officij & sacerdotijs. Mittit ad omnes Germaniæ episcopos Bullæ in Ludouicum adita exemplaria, mandataq; sub priuationis officij & episcopatu pena ut quam primum promulgent excommunicationis latam sententiam in Ludouicum & omnes qui eius partes fouere pergant. Ludouicus animaduertens eos, conuocatis, ante Bullæ promulgationem passim factam, Principibus, excusat se, causas odij pontificioru nullas esse docet, quod imperium nitatur contra Papæ conatus tueri, quodq; missa a se sint Gibelinis auxilia aduersus Guelphos imperij hostes. Itaq; suu officiu faciẽdo Papã a se alienasse. Rogatq; & adhortatur Principes ut imperij dignitatẽ & suam libertatẽ uelint defendere. Italos inuitos semper tulisse iugum Imperatoru Germanoru, declarat, exempla multoru Pontificum

tificum & imperatorum profert. In illis igitur comitijs ubi intelligit sanctiorem auctoritatem pontificiam esse altiusque radices egisse in cordibus Principum, quam ut conuelli queat, appellat ad concilium generale & ad Pontificem male informatum, melius informandum. Misitque statim Romam legatos episcopos Germanos, quos potissimum arbitrabatur Pontifici charos, quibus in mandatis dedit ut Pontifici promitterent non modo non aduersarium Ludouicum ecclesie fore, sed patronum & defensorem. Legati ubi peruenerunt ad Papam exponunt mandata quae habebant à Caesare, excusant eum quantum fieri potest. Promittunt multa bona Pontifici de hoc Ludouico. Papa respondet, quomocumque res se habeat, non licere Imperatorem agere & nomine hoc appellari, nisi sit prius post electionem confirmatus, statuitque illi diem ante quem debeat nomen & administrationem imperij deponere & Romam uenire ad excusandum se, & satisfaciendum pro delictis. Ludouico uero non est uisum consilium esse, Romam primatum ire irato in se Pontifice, praesertim sine copijs armatis. Vbi ergo Ludouicus neque imperium abdicat, neque Romam adit, Pontifex fulminibus anathematum, excommunicationumque aduersus Ludouicum & illi adhaerentes procedit, ut eorum dictionibus utar. Ludouicus appellauit. Isti processus Romanae sedis erant tum efficacissimi, piaculum enim erat inexplabile à Pontifice Romano dissentire. Fuerunt tamen inuenti qui sequebantur Ludouicum, nihil excommunicationem morati. Ludouicus habuit quosdam doctores utriusque iuris qui iudicabant Pontificis sententiam inualem, quod doctorum iudicium fecit ut multi non defecerint. Est autem ex hac Pontificis & Ludouici electi Imperatoris discordia schisma per Romanam ecclesiam perniciosissimum ortum, quod durauit supra triginta annos. In Germania autem magis afflixit schisma hoc ecclesiam. Nec igitur tranquillitas secuta est post uictum Fridericum, quam ferè omnes sperabant, imò mentes & conscientiae plurimorum magis sunt perturbatae, maior quoque fuit rerum confusio. Lupoldus dux Austriae interea non cessat omnem mouere lapidem ut frater liberetur, accedit Pontificem, qui mittit legatos ad Gallorum regem, conaturque eum excitare ad arma capienda aduersus Ludouicum, cum legatis Pontificis it quoque Lupoldus ad regem Galliarum. Voluntatem Pontificis ei exponunt. Magnam addunt occasionem gerendi res maximas illi offerri, sine magnis difficultatibus, Germaniam ferè omnem defecisse à Ludouico excommunicato, plurimos fauere Friderico afflictio, Ungariam paratam ad auxilium ferendum. Ludouicum furis mala conscientiae agitari, non esse difficile insanum hominem uincere, destitutum illorum praesidijs, quorum auxilio haecenus hostibus resistit. Hoc genus multis conabantur commouere Gallum ad suscipiendum bellum contra Imperatorem, & ad liberandum Fridericum. Sed Galliarum rex non potuit induci ut cum certo magnoque periculo in Germaniam duceret copias suas, audierat enim exempla superiorum temporum. Cum autem saepe tractaretur de liberatione Friderici, Ludouicus post multorum intercessionem & preces, respondet se liberum dimissurum, si reddat sibi & resignet insignia imperialia, quae Lupoldus habebat, consensit captus Fridericus, sed Lupoldus resignare diu recusauit. Exit igitur fama, Lupoldum impedire fratrem ne liberetur, iniquiorem Lupoldum in Fridericum esse quam Ludouicum, quam de se opinionem ut amoueret Lupoldus, lanceam imperialem & alia imperij insignia tradidit arbitris mediatoribus. Nec tamen Ludouicus liberum uoluit dimittere Fridericum. Fictum enim erat hoc de insignibus imperialibus, ut oneraret Lupoldum inuidia. Lupoldus postquam multis uisus tetrauit fratrem liberare, nec nulla haecenus successit. Quare cum armis magis quam antea infestaret Ludouicum & incederet multa, multos caperet, nec usque tutus ab eo esset Imperator, insidijs ubique structis industria & solertia

Lupoldi

Lupoldi ingeniosissimi ad excogitandos dolos in hostem, Ludouicus dimisit Fridericum tandem, sed cum eo foedere facto, ne unquam ambiret imperium, ne uer caperet arma aduersus Imperatorem, aut iuuaret eius hostes, sacramento & iuramento religiosissime interposito. Lupoldus nihilominus pergit infestare Ludouico subiectos, fretus autoritate Papæ, nam omnes qui adhaerebant illi agnoscebant uel Imperatorem erant anathemate percussi. Igitur etiam post liberatum fratrem omnia circa Spirā uastat hostiliter. Paulò post tamen Argentinx correptus febre, ex ea infans uita defunctus est. Multo minoris fiebat in Italia excommunicationis sententia contra Ludouicum quàm in Germania, Gibellini enim nimium contemnebant Romanæ sedis autoritatem. Nulli ergo in Italia ab anathema in Imperatorē, ab imperio deficiebāt, sed sequebantur etiam in patrimonium B. Petri, tantum abest ut timuerint execrationes pontificias. Quin ubi audiuerunt excommunicatum Ludouicum magis illum pro Imperatore habebant, magisque illi fidebant. Miserunt igitur Gibellini literas in Germaniā ad Ludouicum, uocantes eum, ut totam Italiā imperio subiugatam pacatā reddat. Hoc facile fieri promittunt. Ludouicus Imperator, eos adhortatur ad perseuerandum, breui se uenturum spondet, laudatque eos nomine constantiæ, & amoris studijque erga imperiū. Præsentia digna pollicetur. Vix dum discesserant illi nuncij Gibellinorum, ueniunt ex urbe ipsa Roma legati missi à Senatu populoque Romano, rogantes Ludouicum Imperatorem ut Romā proficiscatur quàm primum possit fieri. Aberat enim Ioannes Pontifex aliena à suo officio agēs, & frustra saepe erat à Romanis uocatus. Incipiebat enim, ut ante saepe alias Roma factionibus tumultuari. Ludouicus non mediocri gaudio affectus est, quod ita Romā uocabat, et quod per totā Italiā Gibellini occupata firmissima ferme omnia tenebant. Romanos legatos laudatos & non uulgariter muneribus donatos remisit Romā. Se uenturum breui pollicetur, diemque indicat ad quem sit expectandus. Promittit præterea omnibus pacem diligenterque pacificum se uenturum, & cum copijs quibus possit suos defendere. Quare sine mora conuocat Germaniæ Principes, adhortatur eos ad concordiam, ostendit illis literas senatus populique Romani & aliarum ciuitatum Italiæ insignium, iubetque eos hinc discere quāti debeant facere Romani Pontificis execrationes, cum hoc Itali in omni genere scientiarum & in diuinis simul ac humanis legibus doctissimi, contra Pontificis decreta audeant, quibus magis credendum de Pontifice ut apud quos quotidie uiuit. Nec paucis Germanis proceribus addidit animos, ut auderent Ludouico excommunicato adhaerere. Putabāt enim Italos præsertim Romanos melius certiusque posse iudicare de Romano Pontifice præsentibus uel absentibus, quàm se absentes & ex aliorum relatione audiētes. Quapropter cōmuni Principum cōsensu & sententia statuit tempus profectionis in Italiā, statimque compositis in Germania rebus, contrahit copias, comparatque alia ad expeditionem necessaria. Imprimis operam dat ut quæ plurimos bonos & explorata fidei amicos secum ducat, quibus in Italia opus uidebat fore. Coactū exercitū per uallem Tridentinam ducit, ubi superatis alpibus Tridentū peruenit, occurruntque multarum ciuitatum legati, gratulantur aduentui, & certatim inuitant eum, & pollicentur quæ imperet se promptè facturos, copias promittunt quibus uti possit aduersus hostes. Nam quanquam magnas secum ducebat, tamen ob Guelforum infinitam multitudinem, maioribus uidebatur illi opus. Hostes enim ubi certiores facti sunt de eius aduentu, collegerunt omnes suas uires, quæ contemnendæ non erāt. Iubet igitur se arment pro uiribus & facultatibus suis, & præsto sint, ipse uero ex Tridento per Brixiam Mediolanum duxit exercitum. Ibi mansit totum mensem ob causas quasdam, scilicet pecuniam colligendi, qua opus in stipendia militum habebat, & coronā accipiendi. In Pentecostes enim festo ab archiepiscopo Mediolanensi

diolanensi corona ferrea coronatus est cum uxore sua Margarita. Coronatus ad pecuniam cogendam adiecit animum. In colligenda pecunia cum quibusdā parum liberaliter egisse quidam scribunt, Galeacium enim ducem Mediolanensem propterea priuatum principatu, & in carcerem cōiectum, & urbis Rempub. cōstituto præsīde, adiunctis illi qui essent à cōsilijs aliquot ciuibus, administrasse, sic omnia uectigalia & tributum uniuersum ad Ludouicū peruenisse. Hoc factum fecit ut Imperator per totam Italiam magnā bonæ existimationis iacturā passus sit, & multo plus nocuit illi quā profuit, multi enim ob hanc causam ab eo alienati sunt, & qui accessuri erant, mutarunt propositū, nec mirum Galeacius enim miserat illi obuiam legatos, & Mediolani exceperat eum honorificè, omniāq; humanitatis officia in ipsum cōtulerat, & expectabat ab eo salutem auxiliūq; aduersus hostes. Mediolano discedens uenit Pisas, hinc sine mora Romam properebat, nam qui erant à parte Imperatoris indies uocabāt eum, pontificia enim factio in urbe ualida erat, quotidie aliquid moliebatur insidiarum aduersus Gibelinos, sic enim appellabantur, ut dictū est, imperatori fauentes. Urbi Ludouico appropinquante, per omnes urbi plateas pugna & cades erant. Pontificij enim cōnabatur Cæsarem excludere, & occupata tenebant munita quādam loca quæ non parum usui poterant esse ad eum excludendū. Verum per portam quādam clam ad suos praxmiserat Ludouicus cohortes aliquot Germanorum militū, quorum uirtute freti Romani qui studebant Imperatori superabāt pōtificios Guelphos. Quapropter omni in urbe tumultu sedato procedunt Romani ordine obuiā Imperatori. Multi ex clero repente mutarunt sententiā, & à Pontifice ad Imperatorem senatumq; Romanum defecerunt, postquam enim uiderunt Imperatorem superiorem, & Pontificem ex urbe fugere, uno momento didicerunt excommunicationem aduersus Imperatorem iniustam fuisse, nec deberi ratam haberi, Imperatorem rectè appellasse ad futurū Papam. Est enim hominū genus quod sic uentis uela dare nouit. Ducitur Imperator in Basilicam B. Petri magno comitatu, & coronatur cum uxore sua. Post coronationem Romæ ordinat res turbatas factionum furoribus. Creat quoq; Pontificem maximum Petrum de Corbaria monachum Frāciscanum, humillima familia natum, sed doctrina & uitæ sanctimonia uirum probatum, ut uidebatur, & ad administrationem rerum, præcipuè ecclesiasticarum idoneum, hūc appellant Nicolaum 5. Creat hic Pontifex episcopos & cardinales ex Imperatoris sententiā, & Ioannem 22, hostem Imperatoris excōmunicat, & hæreticum declarat, additis causis ualde probabilibus. Statim mittuntur bullæ in Germaniam, quibus excōmunicantur omnes qui Ioannem 22, pro Pontifice habēt, declarari per omnes ecclesias imperat Ludouicus hæreticū esse Pontificē illum Ioannē, conuictū hæreseos in sancta synodo Romæ legitimè congregata, qui fuerunt noui episcopi & cardinales Nicolai 5. Hoc multos qui semper abhorrebāt ab eo metu excōmunicationis in Germania adiūxit Ludouico. Hæc autem schismata in ecclesia non sine maximo conscientiarū piarum scandalo fiebant. Et dici non potest quantus religionis contemptus hinc secutus sit, religionis contemptū uero non possunt non plurima mala consequi, nimirum agrestes inhumaniq; hominum mores perfidia, omnis charitatis & mutæ humanæ affectionis abolitio, supra, iuuētutis leuitas, odia plus quā serpentina, auaritia, humiles & malæ cordium cogitationes, magistratuum omnisq; principatus cōtempus & odium, breuiter lerna malorū confusumq; cahos, quod nulla ratione imperioe gubernari potest. Ludouico Imperatore in urbe morate diutius, Margarita uxor eius parit puerū masculum, quem nominauit Imperator Ludouicū Romanum. Apulix rex Robertus multa contra imperium & Gibelinos egerat diudux Guelphorum & impulsor ad omnia facinora & rebelliones contra Imperatorem,

torem, nec cessabat patrocinari & cōsulere Ioanni Pōtifici qui Roma exulabat, suaq; autoritate multas ciuitates in rebellionē perseuerantes continebat. Quare omnino putauit in illum copias ducēdas, omnia igitur in urbe disponit, & praesidijs munit, nihil enim tutum adhuc in urbe erat, multi hostes suo amicorū specie latebant. Vbi prauolauit fama ad Robertum regem, Imperatorem hostili animo uenturum decreuissēq; eum (semper enim fama aliquid addit) exemplum in Roberto aditutum ne quis posthac tam facile rebellet, rex Robertus sibi conscius factorū & consiliorū aduersus Caesarem fugam ex suo Apuliae regno parat, conuatis omnibus preciosioribus rebus quae transferri possunt, paratis nauibus obseruat quando uenturus Caesar moueat ex Roma castra Apuliam uersus, signumq; sic nauigandi & fugiendi expectat. Neq; enim exulante Pontifice & Guelphis non audentibus hincere per totam ferē Italiam, ullam in suis armis fiduciam habere potuit. Sed cessando diutius ob ocij amorem Imperator, dedit tēpus & locum Roberto Guelphos per Italiam latētes quiescentes semimortuos resuscitandi. Neque enim ignauus dormitabat Robertus, sed ad spem & fiduciam magno studio reuocabat Guelphos, itaq; factum est breui, Ludouico Romae cessante, & ignauius per Italiam res administrante, ut Guelphi ita resuscitati fuerint, ut copiae Italorum quae Ludouicum Imperatorem Romam secutaerant, coactae sint domum redire ad sua aduersus Guelphos defendēda, quin & auxilia Germanorū quoq; nonnullae ciuitates petebant. Et Romae ne denuo cōuenientes arma reciperent, periculum erat, nam Pontifex qui excederat Romam nō parum adhuc habebat uirium. Quare ociosius cessando, amisit magnam occasionem optimē gerendi maximas res, si enim accelerasset totum regnum, expulso rege, Apuliae erat in manu sua & ubi audiuisent Guelphi dissimulantes & latētes regem suum ducem uē in quem omnes respiciebant, superatum & fugatum, omni spe abiecta penitus, animum adieciissent ad aliam uitam, ad Imperatori obsequēdum. Imperator Ludouicus serius ergo multo quā oportebat aduersus Robertū eduxit copias, omnia enim in itinere infesta erant reddita, quae ante pauculos dies prorsus amicaerant. Vbi igitur rei difficultatē uidet, & apud se expendit pericula, sciebat enim si parū aliquid non succederet, uel etiam si uel falsus rumor Romam perueniret, Imperatorem aduersi aliquid passum, statim aduersum Guelphorum factionem Romae sopitam excitatum iri, reuertitur Romam, ibiq; quae ad cōfirmandum statum urbis pertinere putabat, constitutis Germaniam repetere decreuit Romanis multa pollicetur, si manserint in officio. Iuramentumq; Senatui populorū Romano praestitit, se Romam reuersurū rebus per Germaniam ordinatis, & stabilitis quae ad imperiū pertinerent. Romani duos nobilissimos & potentissimos ciues cum comitata urbe Roma digno miserūt cum Imperatore, quo citius rediret Romam, quicq; essent in Germania testimonio, quantopere Romani Ludouicum diligere & quanta apud eos ualere autoritate. Egressus ergo urbe secū duxit suum Papam Nicolaum Pisam usq; cum eo à Pisanis maxima reuerentia est exceptus. Pontifice Nicolao Pisis relicto, ipse cū copijs abijt in Germaniam, Italiam non minus factionibus & bellorum tumultibus relinquēs, q̄ inuenerat adueniens. Iam enim Castrucius qui Ludouicum ex Mediolano Romam ferē cum duobus millibus equitibus secutus erat, amiserat Pistorium, sic enim praeualebāt Guelphi, ut multa occuparint antequam Caesar Italia excesserit. Nicolaus Pontifex ab Imperatore Pisis relicto (siue proditus, ut probabile est, siue religiosa persuasione, ut quidā uolunt, inductus, ut agnouerit errorem suum, & absolutionem à Pontifice petierit) ducitur ad Ioannem Pontificem, qui Auinione erat, ubi pontificatum abiurauit, & errorem haesimicq; confessus est, carceri mancipatur perpetuo. Quae res Guelphis animos addidit maiores quā unquam ante habuerant, & in Italia saepe uaria

ria fortuna pugnatū est inter Guelphos & Gibelinos. Et in Germania multi respicere inceperunt ad Pontificem Ioannem, Statim enim reuocationem eius & hæreseos confessionem per totam Germaniam promulgauit per legatos, & excommunicauit omnes qui non mox respuerūt Pontificem Ioannem agnoscendo illiq; obediēdo Ioannes Pōtifex ut restaretur animi sui studiū erga Christianā ecclesiam, congregato concilio, decreuit bellum in Saracenos, cōsentiente simul ad eam expeditionem Gallorum rege. Pontifex autem ad impensas huius belli deputauit decimam partem fructuum ecclesiasticorū bonorum per totam ecclesiam Romanam, Philippum uero regem Gallia ducem expeditionis declarauit. Verum Ludouicus ex Germania decimam partem fructuum ecclesiasticarum facultatum auferri noluit. Nec enim hoc licere Pontifici, assererat, non consulto Imperatore. Quare edixit ne quis aliquid daret. Porro quotidie uocabant Cæsariani in Italiam Ludouicum, sed ob multas causas ex Germania ire non poterat, quare cum aliquid magni optaret designare Ioannes rex Boëmia, petijt à Ludouico Imperatore ut sibi liceret in Italiam ducere copias, se bona fide curaturū res imperij pollicetur, nihilq; præter uoluntatem & iussum Imperatoris facturū, Imperator cōsentit, sed ut suo nomine omnia ageret, deditq; illi Germanorū copias, quas cum Boëmis cōiunctas ducit per Alpes Tridentum, inde Brixiam, cuius ciuitatis ciues uehementer inter se dissidebant, erant enim quidam pontificij, quidam Cæsariani. Rex Boëmia Cæsarianos pontificijs superiores reddidit suo aduentu. Pacatis Brixianis castra mouit ad Parmam, quæ conditionibus æquis fecit fœdus cum rege nomine Imperatoris, & pecuniam simul & milites dedit. Inde profectus uenit Regium quæ ultro se promittit facturam imperata, & cum illa igitur facta pace, uertit signa in Mutinā, quam quoq; Gibelini præuolentes in urbe, tradiderunt regi Boëmorum. Et sic in alijs multis Guelphi territi aduentu copiarum Germanicarum & Boëmicarum, cesserūt, etiam in ijs urbibus in quibus ante aduentum regis, Gibelini nec mutire audebant. Eo tempore Florentini obsidione præmebāt Lucam urbem Cæsaris partibus fauentem, Lucenses igitur ad Boëmia regem mittunt legatos, quibus rex Boëmia respondet se breui affuturum, & liberaturum Lucam, Florentinisq; gratiam quam meriti sint magno cum fœnore relaturum. Statim igitur, uerbis prius quàm armis rem tentare prudenter uolens, scribit Florentinis serid ut Lucensibus omnia reddant quæ abstulerant, & pro datis malis rependant iustam mensuram, obsidionemq; sine mora soluant, alioqui se cum omnibus suis copijs uenturum. Florentini responderūt nuncijs, se nemini priores intulisse iniuriam. Malefactis & iniurijs Lucensium se coactos hoc facere. Se suum ius persequi uelle, nec esse iustum, ut hoc prohibeat quisquam. Cum primum hoc nunciatum est Ioanne regi sine cunctatione signa uertit in Florentinos, eorum agrum incepit depopulari, Florentini soluūt obsidionem, properant ad sua defendenda. Ioannes uero satis tum habuit solutam obsidionem Lucæ urbis, in aliud tempus differre statuit ultionem in Florentinos. Studere enim incipit omnibus placere, neminem lædere, etiam ex Guelphis. Iamq; profitebatur se pacificatorem Italia, ubique operam dedit ne offenderet Pontificem Romanum. Quod ubi Cæsari Ludouico nunciatum est, grauius tulit, scribit illi ut bona fide agat, si uelit saluam ecclesiam, saluum imperium, & saluum suum Boëmicum regnum. Verebatur enim ne Pontifex coronaret regem Boëmia in Imperatorem, multæ concurrebant causæ, quæ faciebant ut non iniuria timuerit. Pontifex enim in nulla re amplius aduersabat Boëmo, nec Pontifici Boëmus, unius sententia & animi esse omnes uidebant. Quare Gibelinis incepit Boëmus suspectus fieri, quantumuis prædicaret se uicarium Imperatoris,

reuocaruntque pleraque ciuitates suos milites domum, & foedus inter se inierunt, sufficientes se confidebant ad tuendum statum rerum suarum. Interea non cessabant Boemiam regem accusare apud Ludouicum, missis frequentibus nuncijs in Germaniam. Rex Ioannes uicissim se excusabat, nec enim palam hactenus inuenerat pontificios, nec dum enim tempus esse uidebat etiam si in animo habere uidebatur, quod timebat Imperator. Sed post defectionem Gibelinorum, discesserunt quoque ab eo multi Germani qui sincere colebant Ludouicum, quare eius exercitus pars maior dilapsa est, ut omnino uideretur reparandus. Per igitur urbes Italicas quas in manu sua habebat paucas copias partitis & praesidio relictis, ipse profectus est in Germaniam, excusaturus se apud Imperatorem, & copias numerosiores collecturus, qua causa miserat legatum in Boemiam qui & Boemos conscriberet. Venit igitur in Germaniam ad Ludouicum, & qua erat facundia, appositè & astutè egit causam suam, dicebat suspiciones illas omnes hinc exortas, quod multa simularit, multa dissimularit, aliud in uulgus sparserit, aliud apud se statuerit, nec enim boni & prudentis ducis esse sua consilia non posse tegere, nihil dissimulare. Praesertim cum Italis nihil posse agi nisi quis dolis & astutia utatur. Exempla factorum suorum enumerat. In fine orationis adiecit, se praesidia nomine Imperatoris Martini & Regij & in alijs urbibus reliquisse, si non uideatur Imperatori ut redeat cum copijs in Italiam, quas petebat sibi in Germania conscribere permitti, se paratum dicit domum in Boemiam redire, & in alijs testari propensam animi promptitudinem erga Imperatorem. Altius autem insederant accusationis aduersus Ioannem regem argumenta in animo Imperatoris quam ut eximi potuerint. Quare iussit eum quiescere, nec permittere uoluit ei milites in Germania contrahere, prohibuitque ne in Italiam rediret, se enim dixit, iam in hoc esse totum ut breui paret expeditionem Italicam. Hoc anno Imperator celebrauit Norinbergae conuentum Principum, in quo egit de pace communi Germaniae & imprimis ecclesiae. Accusauit grauius suo ipsius ore Ioannem Pontificem, quam nihil curet spiritualia, totum esse in carnalibus rebus suffocatum docet, dolo malo agere omnia. Suum uero contra praedicat, esse uirum doctrina & sanctimonia uitz, apostolis per similem propterea dignum summo pontificatu, illum esse uerum pastorem ouium, Ioannem Pontificem odio dignum perpetuo apud deum & homines, qui talem persequi non dubitet. Adhortatur igitur Principes ut etiam atque etiam causas inspiciant, ne specie & furo patiantur se fallere. Post illa Norinbergensis comitia Spiram rursus conuocat Principes, & illic multa agit de Pontificis Romani firmitate expeditione in Turcos, & exactionibus iniquis, & adhortatur ne uelint tantam uim pecuniarum conferre in usus nefandos, nam confidenter praedixit, non uisuros pontificios ea pecunia ad debellandum Turcam. Sed adhortatur ut omnino studio pro uirili nitantur ut uerus Pontifex ex carcere liberetur, qui ecclesiae reuerentè praesit, tum pacificata ecclesia se profecturum cum copijs Hierosolymam, salutis enim, inquit, uixisse se ubi uiderit ecclesiam habere Pontificem cui curae sit animarum salus, latumque se aut Hierosolymam contra hostes fidei, aut ex hac uita migraturum si post se relinquat imperio & ecclesiae tranquillitatem & statum felicem. His uerbis commouit Principum multos, aduersus Ioannem Pontificem. Spiram cum esset Imperator accesserunt ad eum Romani ciues (quos dixi propterea comitatos ut citius Romam rediret) & petierunt abunde copiam sibi dari, quandoquidem ipsi reuerti uel non uellet, uel per occupationes non possit. Reuocari enim se a suis, Romae enim omnia esse partium uarijs studijs turbata. Quos Imperator egregijs caballis donatos dimisit Romam, illisque comites Germanos equites dedit quingentos, & pedites totidem, quibus Romae aduersus Guelphos uti posset.

posset. Promisitq; se Romam reuersurum quam primū se extricaret ex negotijs regni, quibus inuolutū uidebāt Romani. Præterea ad fidem cōstantiamq; adhortatus est eos, suam fidem & beneficētiā Romanos non desideraturos in se inquitens. Romā uenerūt per multas difficultates & discrimina, inuenerūtq; Guelphos dominari in urbe, uixq; Casarianos spirare, ut sic dicam. Anno domini 1331. peruenit ducatus Carinthiæ ad duces Austriæ. Quod Ioannes rex Boëmiæ pergrauiter tulit, nam apud se statuerat filiū suum Ioannē ducatu Carinthiæ præficere, idēq; iure hæreditario, nam filius eius Ioannes habuit uxorem Margaritam filiam Henrici ducis Carinthiæ. Ad hanc asserebant Boëmi pertinere ducatu Carinthiæ. Hēricus enim Carinthius sine hærede masculino obierat diem suū. Causam hanc in conuentu Principum Germaniæ rex Boëmiæ multis egit, legum testimonijs, exemplis & rationibus alijs. Ex aduerso Ludouicus Cæsar contendit, se ut Imperatorem, posse ducatum qui careat legitimo hærede ascribere cui uelit, & certas ob causas hūc ducatum se adiudicare domui Austriæ, hoc enim ad tranquillitatem imperij facere, fore enim Carinthios imperio obsequētiores, si dominentur eis Austriæ duces. Cū igitur alioqui magnæ multis ex causis essent similitates inter Imperatorem & Ioānem Boëmiæ regem, cœpit rex iam non amplius clam sed palām dicere & facere contra Ludouicū, ne autem res ad maius bellum perueniret, interposuerunt se quidam proceres, quibus pax cordi erat, quiq; à belua bello abhorrebant, rursus cōuenerunt Principes, & comitatus Tyrolis Ioanni filio regis Boëmiæ cessit, qui quoq; Hērici socius eius fuit. Itaq; res utriq; composita est. Promisit enim Boëmiæ rex se cōtentum quietūq; fore comitatu Tyrolis concessio Ioanni filio suo. Verū Margarita uxor filij regis Boëmi formosa in exhausta libidinis, & audax (qua monstruosius & peius in uita mortalium nihil est, præsertim si accedat, ut semper solet, loquacitas & fastus) Ludouicū Marchionē Brandenburgēsem magis q̄ maritū suū amans, cōfictis mendacijs accusauit maritum apud nescio quos episcopos, quorū & pecunię opera cōsecuta est apostolicas Romani Pontificis bullas quibus cōcessum est mulieri ut per diuortiū posset cui uellet nubere, abnegata prima matrimonij fide, quare nupsit Brādenburgeni si Marchioni & ad eū dotis nomine attulit comitatu Tyrolis. A quo uirō bestia postea dicitur tractata ut merita erat, neq; enim nobilissimum ingenium adduci potest ut tale mulieris monstrū amet. Hic ergo Marchio nullū genuit hæredē ex illa, tradiditq; duci Austriæ Alberto comitatum Tyrolis. Hoc tēpore moritur Auinione Ioannes 22. Pontifex, inexhaustos relinquens Thesuros quos sub uarijs prætextibus collegerat, anno post huius mortem post uaria studia & suffragia Imperatoris, regis Franciæ aliorumq; Principum, electus est Benedictus duodecimus obscuris parentibus natus, sed morū doctrinæq; præstantia nobilis uir. Hic assumpto pontificatu, statim misit ad Imperatorem nūcios rogatq; eum ut animum & uires conuertat ad reseruandam ecclesiam, nam per schismata dicta irrepserant multæ personæ indignæ quæ alerentur ex ecclesiæ bonis. Amabat autem hic Pontifex eruditos uiros, ipse enim erat in monasterio in libris educatus. Imperator respondet legatis, se gaudere, talis animi Pontificem ecclesiæ à deo datum, se omnia posthabiturum ecclesiæ & diuinæ religioni adhortatur, ut in honestissimo & sanctissimo proposito perseueret, & precari se deum, addit ut quā longissimam uitam dominus deus cōcedat illi. Regem Galliarū malè habuit, quod Pontifex Benedictus & Imperator ita comunicabant cōsilia, nam asuetus erat per uitam Ioannis 22. Pontificem solum habere amicū, quod ei non parum emolumentum attulerat, declaratus enim dux expeditionis Hierosolymitanæ magnam pecuniam eo nomine acceperat, neq; tamen unquam regno excesserat. Præterea

non parua spes erat illi facta à Pontifice Ioanne regni Italici consequendi. Nam excōmunicatus Imperator, & Pontifex quem Ludouicus Romæ crearat in carcere mortuus erat, & Guelphi post Ludouici discessum per Italiam praualebant Casarianis, magnam item habebat Ioannes Pontifex pecuniam, proponebãtq̃ uulgò per Romanam ecclesiam Hierosolymitanam expeditionem, cæterũ in animo habebant Italicam. Omnino enim hic Papa decreuerat Ludouicum Imperatorem persequi collecta pecunia (quam scribunt millies quinquaginta quinque millia fuisse) nam bullis non magis quàm saxum mouebatur. Misit autem rex regem Galliarum ad Benedictum Pontificem multaq̃ petijt iniquissima. Quam ob rem iterum Pontifex mittit ad Ludouicum in Germaniam, petijtq̃ ut subueniat sibi quàm primum, nam arma Gallum aduersus se parare. Petierat autem inter reliqua ut Pōtifex eum præficeret Italiæ. Quare Ludouicus mittit legatos Romanam suam aduētum pollicetur, adhortatur ne cedat malis. Pontifex legatis multa dixit de infelici Italia statu, & de scandalis passim per ecclesiam, quæ omnia iubet diligenter inculcari Ludouico Principi. Rex Galliarũ & Rupertus Apuliz rex Ludouico infensissimi subornant abbates & alios spirituales patres, quibus Benedictus Pontifex maximè credebat, ut uir simplex perpetuò in literarũ & religionis studio uersatus, ij ergo Pontifici dicunt quæ commiserant illis reges, & alienat Pontificis animum paulatim ab Imperatore. Vbi illi boni patres paruenerunt uia in animo Pōtificis aduersus Ludouicũ Imperatorẽ, mittunt præfati reges alios maioris nominis prælatos ecclesiasticos ad Papã Benedictũ, qui eũ admonent, ut ab Imperatore illo Satanæ tradito caueat, ne cōtemptor catholicæ ecclesiæ & hæreticorũ defensor & fautor uideatur. Ad quos benedictus multa de re mittendo peccantibus aduersus nos, disputauit, semper autem habebãt quod opponerent qui à regibus missi erant. Quamquam autem Pontificis animum mutarent, non tamen potuerunt inducere ut damnaret excommunicaretue Ludouicum, aut iustam declararet Ioannis 22. sententiã aduersus eum. Conatus autem est, missis legatis, ad partes, componere factiones, & Principes Christiani nominis. Primum autem regem Galliz & Imperatorẽ, admonuit eos sui officij, adhortaturq̃ ut cōiunctis uiribus incrementis Turcorũ resistent. Verũ rex Galliz iratus Pontifici quod non uoluit statim execrari Ludouicum, interdixit redditus & bona cardinaliũ in toto regno suo. Et consilio pecuniãq̃ iuuit in Italia hostes Imperatoris. Eodem tempore Ioãnes rex Boemiz & rex Vngariz, dux item Bauriz Henricus ad Pōtificem scripserunt alium Imperatorem esse eligendum, nam hunc hominẽ omnia in sacris & prophanis rebus perturbare, sacra diuinis, cœlũ terræ miscendo. His omnibus rebus Pontifex non uoluit quicquã temerè agere contra Ludouicũ, quod erat probitati ascribendũ, nõ rerum peritiã. Cum autem Ludouico significatum esset quomodo rex Apuliz & rex Franciæ Pontificẽ iniquiorẽ fecissent ei, & quid Boemus, Vngarusq̃ moliretur. Cōuocatis Spirã Germaniz Pricipibus exposuit eis omnia de Gallo, & Ruberto, & quo pacto conent Romanũ Pont. cōtra se commouere. Finitis comitijs, rursus misit Romã Imperator legatos uiros prudẽtes iuxta ac eloquẽtes, Gerlacũ comitem de Nassau, & episcopũ Curiẽsem, qui Romæ perbenignè sunt à Pōtifice excepti, & aures facilimas præbuit Pōtifex illis per omnia quæ ab aduersarijs obiecta erãt Ludouicũ excusantibus. Respondit Pontifex legatis, hæreseos accusatum Ludouicum, & hanc persuasionem altè insedisse in Principũ & regum quorũdam animis, quare eximendam post diligentem inquisitionem. Benedictus enim Papa simplex uir nesciebat quo animo Gallorum rex tantopere accusaret Imperatorem, putabat omnia zelo pietatis fieri ex suo aliorum iudicans animum, Rex Galliz minabatur

habatur etiam Pontificem se habiturum pro hoste catholicæ ecclesiæ, & tractaturum, sicut Bonifacium aliquando tractasset, si Ludouicum Imperatorem nō haberet pro excommunicato & hæretico, neque enim, inquit rex Galliarum, bono spiritu duci eum qui sanctam sanctæ synodi ecclesiæ sententiam temnit, neque talem in summo ecclesiæ pontificatu ferendū. Sunt quoque admoniti Romæ legati ex Germania, ne in manus regis Galliarum incidant, neque enim itinera tuta fore. Quam ob rem per uiam qua nemo eos expectabat sunt à pontificis perducti, usque in tutum iter. Rex Galliarum enim uiam reditus obseruabat, in ipsos legatos odium quod habebat in Cæsare, euomere uolens. Tam impotens ira est Principum non rectè institutorum. Vbi rediere ad Imperatorem legati, bonam uoluntatem erga imperium Romanū Pontificis indicarunt, sed grauius accusatum à rege Galliarum Imperatorem, quam ut Pontifex temerè hic credere posse, tamque hæere Pontificem nescientem utris credendum sit, Cæsarianis ne an Gallis & Guelphis, esse enim Pontificem uirum sanctimonia uitæ singulari, qui cupiat officio suo fungi, & ecclesiæ consulere. Minas quoque Galliarum regis ei indicant. Hæc ubi audit Imperator uehementissimè ira successus est, & celebratis mox comitijs primo ira feruore uoluit Galliam hostiliter ingredi omnibus uiribus collectis. Sed Principes longiore consultatione opus esse statuunt, in re tanta, non pessimum cōsultorem iram temerè sequendum. Alienum erat tempus, nec erat res in Germania pacata, Boëmæ rex hostili animo erat in Ludouicum, inimicus erat Vngariæ rex. Hostis erat dux Bauariæ, erant in Germania Principes quorum animus qualis esset ignorabat Ludouicus, quidam rebellem animum apertè ostendebant, Sueuia tota uetus odium repostum gerebat. Nemo adhuc potuit scire quò animum suum inclinaturus esset Pontifex. Quare his sic se habentibus non censuerunt bellum suscipiendum, donec alia occasio & commoditas se offerret. Rex Angliæ paucis post mensibus deliberat cum quibusdā socijs Principibus ciuitatibus de repetendo suo iure regni Galliarum, ad illum enim pertinere affirmabat regnū Galliarum nomine matris suæ Isabelæ, quæ Phillippi regis Galliarum fuerat filia. Multi Principes, episcopi & ciuitates parati erant iuuare regem Angliæ, sed ex eis quidam erant regis Galliarum uasalli, quare absque honoris factura non poterant contra Galliarum Angliæ ferre auxilium. Quam ob rem rex Angliæ misit ad Ludouicum Imperatorem legatos suum consiliū, propositum, socios, facultates, & ius Gallici regni ei declarantes, & petentes ab eo ut faceret Eduardum regem Angliæ uicarium imperij, ut saluo honore & nomine, dux Geldriæ, & Marchio Iuliacensis aliique Principes eum in debellanda Gallia iuuare possint. Omnes enim fore subiectos imperij uicario ut Ligios. Ludouicus sibi occasionē offerri ulciscendi se aduersus Gallos, adhortatur per legatos Angliæ & alios eius socios, ut in honestissimo proposito pergant, promittit non solum facturum se Angliæ imperij uicarium, sed etiam maximam partem belli futurum. Iubet igitur regem Angliæ ad se uenire in castrum Rens ad ripam Rheni situm. In quo loco consultauerunt, de tempore, loco & rationibus belli gerendi. Promittit rex Angliæ magnam uim pecuniæ missurum Francofurdiam ad Imperatorem, in stipēdia militaria, Vicissim Imperator peditatum & equitatum magnum se missurum promittit, ad omnia tempus constituitur. Item rex Angliæ, Imperatori homagio facto, uicarius generalis imperij deputatur. Flandrenses cum essent inimicissimo animo in regem Galliarum propter bella de quibus nō nihil supra dictum est, et magno usui possent in hoc bello esse aduersus regē Franciæ, negauerunt tamen operā suā. Nam ita in cōditionibus pacis erant obstricti, ut si unquam facerent contra regem Franciæ excommunicationis late sententiæ pœnæ & multæ ducentorum millium Florenorum subiacerent. Sed cum in literis quæreret elabendi uiam, nihilque inueniretur scriptum, nisi si unquam

unquam fecerint Flandrenses contra regem Franciæ, quidã ingenio promptior, dixit, neminem optare debere literas illas aliter scriptas. Eduardum enim esse regem Franciæ, non Philippum de Valois, hoc enim erat nomen Galliarum regi. Quare rex Anglorũ assumpsit titulum regis Franciæ, & ceu rex Gallorum Flandrensibus imperauit milites. Nam & hoc erat in cõditionibus pacis, ut sicubi opus esset mitteret militũ certũ numerũ. Hac uia effugiebãt Flandrenses excõmunicatõnẽ & pœnã pecuniariã. Omnibus itaq; cõstitutis, uisum est Imperatori & Anglo primũ uerbis agere, deinde indicare bellum. Imperator igitur ad regem Gallorũ literas dat, in quibus citat eum ad tribunal curiæ suæ, ibiq; respõdeat Eduardo generali imperij uicario regi Anglorum, & nisi ueniat ad præscriptũ diem institutamq; faciat Anglo, se paratum regem Angliæ iuuando officium suum facere. Et simul ad se uenire imperat Gallo ut feuda quæ ab imperio habeat, recognoscat, & homagiũ Imperatori debitũ faciat. Hæc scribit Ludouicus ad Gallum sciens ipsum nihil horum facturum, sed causam belli indicare uoluit, ut rite procedendo bellum illi indicerent, seu, ut loquuntur, diffidarent ipsum. Pontificem Romanũ permisisse aliquot episcopis ut ferrẽt auxiliares manus Anglo ad hoc bellum. Rex Galliarũ respondit tabellionibus. Nihil inopinati adferri se paratum hostem excipere, mirari se stultas & iniquas Imperatoris & Angli flagitationes. Vtrinq; igitur contrahunt copias, Gallus ad Guelphos mittit in Italiã legatos qui doceant Guelphos actũ esse de illis, si Ludouico & Eduardo ex animi sententiã succedat in Gallia, quare cõsiliũ esse ut cõiuncti resistãt, persuasi Guelphi mittunt magnas ex Italiã ad Gallum copias, Pontifex sedet quietus spectator tragœdiæ, inclinabat tamen animus eius ad alterã partem magis, quia uidebatur illi iustiorẽ causam habere Eduardus, & in recenti memoria habebat quid contra Imperatorem apud se conatus esset Gallus, Rex Angliæ cum suis & sociorum Principum ciuitatumq; omnibus copijs paratus expectat Imperatorem, qui pollicitus erat se in sua ipsius persona cum magno equitatu & peditatu uenturum. Cumq; diutius cessasset, respondit Imperator serius Anglum promissam pecuniam misisse quã inter eos conuenerit, remisitq; pecuniam regi cum ipse expectaret Imperatorem. Refruxerat autem ira Imperatoris in Gallum. Prætexuit Ludouicus etiã pœnitentiã, quod pecunia non sufficiens esset ad exercitum qualem deceret habere Imperatorem, regem autem ampliorem promississe. Scribunt quidã quod propterea non steterit promissis imperator, quod post conuentum cum Anglo informatus sit ab aliquibus, quod neq; deceat neq; liceat Imperatorẽ ab ullo stipendium accipere. Quãquam autem Imperator non uenit, tamen Anglus cum alijs socijs aduersus Gallũ, Gallus rursus cum Italis Guelphis & suis aduersus Anglum tendit. Cumq; itinere unius diei distarent exercitus, monialis soror regis Franciæ, uidua relicta comitis Hollandiæ, mulier insignis sanctitatis impetrauit inter Anglum & Gallum fratrem suum Germanum inducias ad tres annos. Sed rex Angliæ in nullas conditiones consentire uoluit, nisi prius Flandrensium pax esset facta cum Gallo. Flandrensibus reconciliatis, noluit exercitũ reducere nisi prius sibi Aquitania esset restituta reddidit igitur Eduardo Aquitaniã, & tamen bene secũ actũ putabat, quod erant factæ induciæ, tãtas copias habebat Anglus. Deinde in Angliã & inferiori Germaniã passim, atq; etiã per totã Germaniã nec nõ in Italiã apud multos pessimẽ audiebat Ludouicus quod fidẽ non seruasset Eduardo. Dicebãt enim pecuniã à Gallo corruptum, aureisq; cathenis uinctum domi mansisse. Et sunt qui mandarunt literis tale quiddam de eo, inter quos est Iacobus Moguntinensis, qui hæc scribit: Rex Galliarũ Philippus ut auerteret Ludouicum misit solennes nuncios imperatrici filiæ sororis suæ, quæcunq; ea fuit, uocãt eam dominam Alamaniæ, petiuitq; ut sibi Imperatorem pacificaret multa promittens.

promittens. Quare interueniente hinc inde Principes oratores suos mittebant, tandē contracta est inter eos liga perpetua literis & iuramentis firmata. Iurauitq; rex Frāciæ quod Ludouicum cum apostolico uellet concordare, & sic deinceps Ludouicus per regnum Franciæ Imperator scriptus est & nominatus. Quo facto Ludouicus regem Angliæ absoluît à uicariatu imperij, & ex tunc ipse Ludouicus prosperitatem nūquam habuit, & rex Franciæ qui corporale præstiterat iuramentum, quod eum Papæ reconciliaret, nihil fecit. Habes Iacobi Mogūtinensis uerba. Item scribunt eiusdem classis autores, postea Ludouicū ad Gallum misisse legatos, promissi admonuisse, ut eum scilicet conciliaret Pontifici. Gallum non tam impudentem fuisse ut simpliciter negarit, quod paulò ante promiserat, habuisse tamen in animo ita fidem Ludouico seruare, ut ipse seruarat Eduardo. Misisse igitur suos Gallus cum Imperatoris legatis ad Benedictū Pontificem, ut promissis satisfaceret, nō ut pacem faceret inter Ludouicum & Benedictū. Apud Pontificem causam Imperatoris ita egisse feruntur Galli ut eam longe deteriorem fecerint, post enim exordiū quo sibi aures Papæ parabāt, bona fide rem omnem narrasse, quomodo bonus uir accepisset pecuniam & inam grati regis Franciæ deseruerit in periculis, in quæ illum induxerat regem Angliæ, planeq; prodiderit, quantum in eo fuit, Anglum eiusq; belli socios Gallo, quare regem Galliæ cupere referre gratiam quam promiserit Imperatori, rogare igitur ut cōmendatum habeat in gratiamq; recipiat eum. Pontifex nulla accusatione magis offendi & contumaciter contra Ludouicū potuisset, nec antea omnibus suis criminationibus & calumnijs tātum efficere potuit in animo Pontificis, quantum hac cōmendatione. Erat enim Benedictus hic infensissimus cum omnibus uitijs tum potissimū proditores, periuros, fœdissimos, perfidosq; odio prosequēbat. Antea nāq; quæ obicerat Gallus Ludouico ex odio fieri credebatur, quare paruā habuit illi fidē. Hæc uero uera esse res ipsa clamabat, & totus nouerat orbis. Nihil tamen amarius respondit Pontifex, quam dominum perfidiam non impunitam abire permissurū. Hactenus propterea, domino disponēte, non potuisse se induci ut absolueret Ludouicum hunc, quanquā semper propter summum in secularibus magistratum quem gereret, erga illum propensum habuisset animū. Legati igitur Galli in Galliam, Germani in Germaniā reuersi retulerūt dominis suis. Imperator animi dolore poenitētia & ira cruciat eo magis quo minus ultionē sperat, quoq; magis sibi cōsciū est iram Pontificis & omnium hominū se meritū, quod ita destituerat regem Angliæ, & quantum in ipso fuerat perdidit. Neq; audebat sibi malē cōsciū Gallo obijcere fidem non seruata. Gallos uero in sinu ridebat, triūphabat quod ita hostem suum fefellerat. Virtutis esse asserens hostem quocunq; dolo circūuenire. Cum autem excōmunicatio Ludouici, quam aduersus eam Pontifex Ioannes 22. promulgauerat, iam rata magis haberetur quam unquam antea, Imperator inops consilij ubiq; quærebat consilium, cōsulebat autem etiam monachos, qui apud Principes ob doctrinam & probitatem adhuc in precio erant. Consulenti bus igitur quibusdā monachis ordinis diui Francisci, conuocat Francofordiam Principes & illinc ex comitijs decretū sub sigillo suo adidit & promulgauit contra processum Ioannis 22. Pontificis, quod ad uerbum sic sonat: Ludouicus quartus dei gratia Romanorū Imperator semper Augustus. Vniuersis & singulis regibus Christianorū ac Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Presbyteris, quocunq; honoris præfulgeāt culmine, & cæteris ecclesiarū prælatis, necnō secularibus Principibus, Marchionibus, Ducibus, Comitibus, Baronibus, Capitaneis, Potestatibus, Rectoribus, Iudicibus, Prouincialibus, ciuitatū terrarū Romano imperio, subiectarū, & ipsarū, cuiuslibet incolis & habitatoribus ac omnibus & singulis Christi fidelibus tam ecclesiasticis quam secularibus, gratiā suam & omne

L bonum

bonū. Fidem chatholicam, quā sancta mater ecclesia tenet, firmiter credentes, fideliter confitentes, & ipsius ecclesie doctrinā in sacris canonibus traditam sequi uolentes, quibusdam allegationibus, impugnationibus & oppositionibus, quæ cōtra nos & electionem ac promotionē de nobis factā ad culmen dignitatis imperialis, & contra imperialem autoritatem & dignitatem opponuntur, ne simplicium corda possint inficere, duximus in his scriptis respondendum. In primis contra nos & imperialem autoritatē, dignitatem, potestatem & ius imperij allegatur, quod potestas & autoritas imperialis est à Papa & electus in regē Rom. ex sola electione nō est nec dici potest uerus Imperator, nec habet potestatem iurisdictionis, & antequā inungatur, cōsecratur & coronetur, Papa in temporalibus etiam habet plenitudinem potestatis, ad quod respondemus, hanc oppositionem sacris canonibus iuri ac rationi obuiare, sicut expresse patet in c. cum ad uerum, & c. Si Imperator, 96. dist. ubi habetur quod nec Imperat, iura pōtificatus, nec Pōtifex iura imperij sibi usurpare debet, ubi glos. dicit, q̄ istæ potestates sunt distinctæ, & quod neutra depēdet ab altera, Imperator enim non habet imperium à Papa, sed à solo deo 93. dist. cap. legimus, ubi tex. quod exercitus facit Imperatorē. Et glos. fa ibi dicit, eum uerum Imperatorem antequā Papa confirmatur, probatur idem in cap. Quoniā 10. dist. quem textus ponit in longum. Infert quod Papa non habet utrūq; gladium alioqui si imperium haberetur à Papa, in temporalibus ad Papam posset appellari, quod prohibet Alexander Papa dicens illa temporalia habere suam iurisdictionem de appel. Si duobus cap. Causa hī qui si. sunt le. ibi glos. facit & tex. in c. quo iure. 9. dist. cap. Nouit de iudi. Ex quibus concludit quod potestas imperialis est immediate à deo & Imperator ex sola electione antequam inungatur & coronetur habet potestatem imperialem. Nec Papa habet in temporalibus dictam potestatis plenitudinem. Secundo obijcitur nobis, quod Ioan. 22. per suos processus cassauit ac mandauit electionē de nobis factam, & nos postea administrari nō potuisse iura imperij, sed administratio ad ipsum Papam pertinebat de iure, quæ omnia sunt contra iura imperij, & contra iura & libertates eorū, ad quos uacante imperio pertinet electio, & contra iura ac libertates Principum Alamanix, & subditorum imperij, contra consuetudines ab antiquo rationabiliter introductas. Insuper processus suos, bullas aut literas quas dicitur per mundum direxisse, in quibus asserit se totā Italiā ab imperio & regno Alamanix separasse, insinuans, q̄ Papa est dominus uniuersalis, nō solū in spiritalibus sed etiā in tēporalibus, ad quæ omnia duximus respondēda. Quod dicti oēs sui processus, assertiones & literæ & circa prædicta gesta sunt atq; fuerunt nulli & nulla, nullius roboris uel momenti, rationibus infra scriptis. Prima ratio q̄ Papa quantumcūq; legitimus talē potestatem in tēporalibus maxime super iura imperij nō habeat clare determinant iura supra alligata, unde quicquid dictus Ioan. 22. fecit in prædictis tanq; à nō suo iudice factū, nullius fuit roboris uel momenti. 2. q. 1. c. in primis, de iud. ad si clerici, cū simil. Secūda ratio, ex eo quod dicti processus imō uerius excessus contra nos & in præiudiciū enorme nostri & illorum qui nos elegerūt, & aliorū Principum Alamanix, ac totius imperij, ex notorie falsis causis, & nullo iuris ordinē seruato, nobili & alijs quorū inter erat absentibus, & nullo modo legitime citatis emanarunt. Sunt idcirco inualidi, nullius roboris uel momenti, 3. q. 9. per totū, ubi dicitur quod omnia quæ cōtra absentes in omni negotio aut loco aguntur irrita erunt, nec aliquā obtinent firmitatē. Non obstat autem si dicatur dictus Ioannes Auinione existens cum sua curia per literas quas dicitur ad fores ecclesie publicasse & absentes citasse, quoniā talis citatio in simili negotio est nulla, ne dicenda legitima, rationibus infra scriptis. Prima, quia secundum iura ad hoc ut citatio dicatur legitima necesse est quod citandus personaliter citetur, si inuenitur,

inuenitur, aut publicetur ad domum, alias cōtra ipsum non potest procedi, probatur 4. q. 5. c. quisque de do. & cont. causam, de ele. non re. ex tua. cum uulgaris iuribus. Secūda ratio, quia ad hoc ut citatio arceat ad ueniendum, necesse est ut assignetur citato terminus & locus ad cōparendum securus, prout probatur c. ex parte de app. 3. q. 9. hortamur, ut lit. non cont. accedens. ff. de iudi. Si locū. Sed notorium est quod dictus Ioannes tam nos q̄ nostri imperij fideles & amicos odio capitali & etiam hostili exercitu persecutus est. Ciuitas uero Auiniē. & ipse Papa ac dominus ciuitatis, nos & Romanum imperium habebat odio ex antiquo, quare desiperet qui diceret talem citationem aliquo modo fuisse, canonica, imō irrita fuit & nulla. Tertia ratio, quia nullus in propria causa, debet esse iudex, uel ius sibi dicere. 23. q. 4. inter querelas. c. ne quis in propria causa in rubro & nigro. Sed notoriū est quod dictus Ioan. cōtendebat se etiā in tēporalibus, & in nos ac in totū imperiū habere plenitudinē potestatis. Et quod contra nos ac iura imperij usurpare conabatur, & ut hostis persequi curabat. Vnde & cōtra eum tanq̄ aduersariū & hostem nostrū & imperij pro defensione nostra & fidelium nostrorum appellauimus ad futurū generale cōcilium, in loco tuto & securo celebrandū, igitur & c. Tertio obijcitur contra nos quod dictus Ioan. 22. tam in nos q̄ in omnes sequaces & fideles nostros habentes & reuerētes nos pro Imperatore uero & legitimo, & nobis tanq̄ Imperatori reuerentiā exhibentes, & in omnes admittētes nos ad diuina seu participantēs nobiscū, & c. fulminauit execrationis sententias & interdictū in uniuersitatē. Et dicit̄ quo sententia pastoris siue sit iusta siue iniusta seruāda est & tenēda. Ad quā respōdemus, quod secundū sacros canones sententia & processus huiusmodi fuerūt & sunt nulli, & nullius momēti quod probatur rationibus. Prima ratio, certū est quod cum praelatus ecclesie in suo mādato excedit formā & potestātē à sacris canonibus sibi traditā, in contrariū faciētes non incurrunt sententias & c. probatur per c. Cum ad quorundā, de excels. praela. Nam sacri canones & ecclesia prohibet ea & non cōcedit Papæ ius imperij & potestatem in tēporalibus. Sed Ioan. 22. ius & potestātē imperij sibi usurpare nitebatur, ergo, & c. Et hīc est unus ex casibus in quibus execrationis sententia non est aliquatenus timenda nec obseruanda. Secunda ratio, certum est de iure, ubi error est expressus in sententia uel mandato, sententia est ipso iure nulla, puta praecepit subdito ut non obediat suo superiori, uel praecipit aliquid contra deum, uel contra sacram scripturam pro quo 11. q. 3. Si is qui cum duobus. Et idem est ubi cūq̄ sententia est ipso iure nulla, probatur in c. p. tuas de sen. exc. de procur. in nostra praesentia cum si. Sed manifestū est quod dictus Ioan. mandauit ut non obediat nobis, cui omnes subiecti imperio obedire & reuerentiā exhibere secundum diuina & humana iura debent. Et quod hoc fecit uolendo sibi ius imperij in temporalibus usurpare, quod est contra deum & omnem iusticiam ergo, & c. Tertia ratio, manifestum quando sententia execrationis uel interdicti fertur post appellationem legitimam quod tunc est nulla, nec timēda nec obseruanda, probatur de off. dele. cum abbas. de sen. ex. per tuas, & in glo. Sed manifestum est q̄ nos contra dictum Ioan. & processus suos cōtra deum & iusticiam in nos fulminatos, appellauimus. Ad futurum generale concilium, & ad sanctam catholicam ecclesiam, quae appellatio fuit ad ipsius Ioannis notitiā deducta, prout constat legitime, & quod ipse postea contra dictam appellationem promulgauit contra nos, fideles nostros, & nobis consiliū fauorem aut auxiliū praestantes ergo, & c. Nec obstat si dicitur quod Papa non habet superiorē & sic non possit ab ipso appellari, quoniā manifestū est secundum doctrinam catholicam, quod Papa ubi de fide agitur subest cōcilijs, 16. dist. sicut in tex. & in glos. 25. q. 2. sunt quidā. 19. dist. Anastasius. 40. dist. Si Papa. Idē ubi de iure diuino agitur, conciliū est supra Pa-

pam iuribus allegatis. Cum autē pro defensione iuris imperij quod à iure diuino & fide catholica pēdet appellauerimus, sequitur quod appellatio nostra interposita fuit ad superiorē, id est, ad conciliū generale contra aduersantes nobis, & nos ac imperiū & fidem catholicā quam sancta Romana tenet ecclesia impugnātes. Quā ob rem de concilio & consensu prælatorum omniū & Principum Alamanix in oppido nostro Frācofurt congregatorū denūciamus & decernimus processus huiusmodi nullos esse & nullius roboris aut momēti. Ac uniuersis & singulis sub nostro degentibus imperio, cuiuscūq; status & cōditionis fuerint, districte præcipimus & mandamus, quatinus nulla singularis persona, aut communitas dictas sententias execrationis aut interdicti præsumāt obseruare. Quicūq; autem cōtra fecerint, eos omnibus Feudis quæ tenent ab imperio, & omnibus gratijs priuilegijs, libertatibus, & emunitatibus priuamus. In quorū omniū testimonium præsentibus literas fieri fecimus, & nostra imperialis maiestatis bulla iussimus cōmuniri. Dat. in oppido Francofurt præfatis prælatibus ac Principibus ibidem nobis assistentibus, die 8. mensis Augusti, anno domini 1338. indictione 6. regni nostri anno 24. imperij uero 11. Hoc decretum, ut uocant, scriptū & æditū ex concilio quorundā fratrum minorū, est ingens turbatio in ecclesia secura. Pontifex enim ē contra bullis horrendis, & multis fulminauit, quibus conscientia miserrimē torra sunt. Quidā ecclesiasticorū adharere Pōtifici conabant quos omnes prælatos & uulgū sacerdotū à præbēdis & dignitatibus deturbauit Cæsar. Monachi multum relinquebant monasteria, ne incurrerent excommunicationis sententiā. Quidam fortasse arripiebant hinc occasionē uagandi. Statim post publicatū hunc, ut sic dicam, processum expulit ex Francofurtia prædicatores qui nolebant obseruare cōtra Papā Imperatoris mādāta. Mox ex reliquis omnibus ecclesijs eiecit prædicatores, qui Papæ adharere pergebant. Plurimi Pontificis studio si ob reuerentiam quā habebāt erga Romanā sedem nolentes Imperatoris mandatū obseruare Romam tum ex Germania profecti sunt, ibiq; questi sunt de persecutionibus quas ob religionis obseruantia perferrent. Cū autē maior pars nō esset pecuniata, expectabant enim frustra opem ab illo propter quē exulabant, fame suadente & cōpellente in Germaniā reuersi & gratiā rogātes à Cæsare recepti sunt. Quod clericorū genus tum acerrimē Imperatoris causam egit aduersus Papam. Ex illis Cæsar prudēter cōcionatores fecit, nam aliquādiu nihil aliud ad populū prædicabant, q̄ de Imperatore & Pontifice, probabāt omnes declamātes ad populū, imperium esse immediatē à deo. Nec habere Papā quicq; iuris in imperiū, quantum attinet ad carnalia, & rectē Cæsare appellasse ad futurū generale cōciliū ceu ad superiorē magistratū, conciliū enim esse maius q̄ uel Papa uel Imp. sit. Exoriebant multa bella ex hac lite Pōtificis et Imperatoris. Quidā em̄ Principes, qui alioqui Imperatoris erant inimici, per suas ecclesias omnibus festis diebus pontificiā excommunicationem in Ludouicū euulgebāt. Aduersus quos Cæsar copias uel ducebat ipse, uel mittebat. Tumultibus implebat Germania & cedibus. In Italia Papa omnia occupabat & expulsis Gibelinis (sic enim adhuc eos uocabāt) cōstituit præfectos aut suo nomine, aut donauit ciuitates quibus fidebat amicis, nec hoc sine magno motu Latij factū est, stabiliuit ergo Pontifex ita res suas in Italia, ut nihil amplius periculi esset à Cæsare, ut putabat. In urbe Metensi erat magnus Principū cōuentus hoc tēpore aderat etiā Huldricus dux Vuirtembergē, uir bello & pace præstantissimus, qui cū domū uellet reuerti in itinere captus est non procul à Bonfeld à nobili quopiā de Vinstingen, & ductus in arcē coactus est dare pro sua liberatione cēties mille marcas argēti. Hoc tēpore Pontifex ad expeditionē Hierosolymitanā collegit pecuniā per Galliā & Angliā, in Germaniam quoq; eius rei gratia misit legatos, sed Ludouicus Imp. eos expulit, & quā in quibusdā locis

locis cogerat pecuniam eripuit illis. Romana ecclesia sic turbata, Turca magno cum apparatu & copijs hostiliter Christianos inuadit, infinitamq; eorū multitudinem abducit, & illis abutunt inhumanissime, in nauigationibus & agrorū cultu, quicq; ex eis nō ualebāt diutius uehementēs obire functiones uel per senectutē, uel per morbū, occidebant, aut abiecti uisui fame peribāt. Quidā boni Principes misericordia & zelo moti libēter laborātib; succurrissent, sed maior pars ambitione, dominandi libidine, & mutuo odio perditū nihil afficiebant propter aliorū afflictiones, sed seu ppetuo uixuri curabāt sua, nullo proximī respectū habito. Et duo ecclesiā capita Imperator & Papa quarebāt tēpus & locū ut alter alterū posset suppressere. Post natiuitatē Christi anno 1342. Benedicto post septimū pontificatus sui annū mortuo, eligitur Clemens 6. qui Iubileū annum celebrandū statuit quinquagesimo anno, cum Bonifacius decreuerit & publicari obseruandū per Rom. ecclesiā anno 100. ut antea dictū est. Clemens hic dum adhuc esset cardinalis, regis Frāciā summus amicus Ludouici uero inimicus fuit, quare statim post arreptū pontificatū, Ioannis 22. Pontificis execrationis sententiā in Ludouicum Imperatorē cōfirmat, & denuo excommunicat omnes qui illi adhaerent, & non statim ab eo discedūt. Et mox conuertit se ad eiciendos ex Italia Gibelinos, & prouehendos Guelphos, quoscunq; intelligit uel uno uerbo fauere Imperatori proscibit, aut capit, quosdam occidit. Et Ludouicus animi & bilis abundē satis habens, cōtemnit Papam cum bullis suis quas assiduas ē Roma mittebat, confert sacerdotia, episcopatus omnesq; ecclesiasticas dignitates ex suo arbitrio, & quicquid antea autoritate pontificia in ecclesia & collegijs, uniuersitatibusq; fiebat, iam potestate imperiali cōfirmatur, abrogat, muratur & innouat. Sed hæc nō absq; scandalo & conscientiarū carnificina fiunt in ecclesia. Factusq; est profusus ecclesiā status miserrimus. Papa fulminibus terret mentes eorū qui adherent Ludouico, Ludouicus non esse uerū Pontificē ubiq; prædicat. Sed cum tandē uidit Ludouicus Pōtificis amicitia & fauore esse sibi opus ad imperiū administrandū & retinendū, accidissentq; res difficiliōres multo humilior redditus mittit legatos ad Gallorū regē, petiq; ab eo ut iuxta promissum recōciliet sibi Pōtificis gratiā, & absolutionē impetret. Rex Frāciā, quēadmodū ante quoq; sic & nūc agit causam Imperatoris apud Pontificē, & pro ludo habet sibi Imperatorē. Respondet igitur Gallus legatis si Ludouicus petat gratiā & absolutionē ut subditū & pœnitentem decet, se aliquid impetraturū ab apostolico. Legati regis et Pōtificis inimicum iniquiq; animū ignorantes respondent, in Pontificis & regis manum et uoluntatē ponere ut literas absolutionis & mandatū ad formā quam uelint faciāt. Legatis em̄ erat potestas data faciēdi quicquid placeret, et in mādatis habebāt, ut quocūq; modo fieret operā darent, quo absolutionē & gratiā Papæ cōsequerentur. Quare procuratores curiæ Pōtificiā petiere sibi p̄scribi formā placentē Papæ. Pōtifex & rex cōceperunt formā, penitus seruilē turpē et intollerabilē, in quā nemo pauld̄ altioris animi cōsentiret, etiā si esset carceri perpetuō mācipatus, aut ad supplicium ducēdus. Mandatū, sic enim uocāt hoc genus literarū, exigebat ut præfentes Cæsaris legati (qui erāt præpositi Augustēsis, & Bābergensis ecclesiarū, et archicācellarius Imperatoris nomine Hēricus, auūculus Imperatoris Hunibertus) nomine domini sui cōfiterentur omēs hæreses & errores quibus criminabatur, & resignaret imperiū, nō resumendū nisi gratia Papæ Ludouicū et liberos in manu Papæ ponerēt. Itē multa de imperio ecclesiā patrimoniouē B. Petri adiudicabat mādatū apostolicū illud, & alia de statu imperij intolerabilia scripta erāt in eo. Hæc in mādato contenta legati non solum sigillis confirmarūt, sed etiā nomine Imperatoris seruāda iurarunt. Ecclesiarum enim præpositi quos dixi suspiciebant ceu numen Papæ, eratq; illis oraculi loco quicquid dicebat Pōtifex. Vbi cū

articulis illis in Germaniā redire legati, Ludouicus nulli magis iratus fuit quā sibi, qui aliquid boni à Gallo sperasset, sibi inimicissimo. Nec habuit causam ullā ad obiurgādos legatos, discedentibus enim commiserat ut quibuscumque possent conditionibus conciliarent sibi Papam. Misit autem passim per Germaniam ad Principes exemplaria literarū quas à Roma attulerant, nullusque ferē fuit Princeps Germaniæ qui non uehementer commotus fuerit rei indignitate iniquissimisque Pontificis flagitationibus. Quorū sententiam & animū ubi intellexit Imperator conuocat omnes Francofurdia, & in hanc ferē sententiā eos allocutus est: Abundē opinor, socij & amici uobis testatus sum, quam cupidus sim pacis & tranquillitatis ecclesiæ, quid fecerim quid passus sim. Et omnium ferē bellorū quæ hæcenus gessimus, finem fuisse potissimū pacem, dignitatemque ecclesiæ & imperij. Singulorum à nobis gestorum causas, fines destinataue recēserem, nisi scire uos quæ uestra est prudētia, & sapientia, omnia scire, & pro uestro candore nihil in aliam partem rapere quā factū est. Audiuiſtis quid Romanus Papa petat, ex quibus facile potestis intelligere uoluntatem eius erga nos, & imperium. Quanquam autem omnia sint iniquissima, quæ exigunt à nobis pontificij tamen propter ecclesiæ pacem, & uitanda scandala paratus sum facere quicquid uestra prudētia suadet, nec enim committam ut usquā uidear publica commoda posthabuisse meis. Paratus sum deponere imperium in manus Pontificis, etsi satis abundē probatum est iam dudum Papæ iuris in imperium & Imperatorem nihil esse. Sed si aliter uideatur ut resistamus Pontificis iræ, & perseueremus in proposita appellatione, sumus parati quidlibet pati, quod uis subire periculū propter imperij dignitatem. Et alia in hanc sententiā dixisse apud autores reperio. Præsentum Principum multi & legati eorū irati propter iniquas Papæ postulationes adhortati sunt Imperatorem ne quid humilius quod non deceat Imperatorem faciat. Præter uero reliquos uir prudens & facundus multarumque rerum usu exercitatissimus Vuickerus prothonotarius archiepiscopi Treuerensis in frequenti Principum consessu post multas uariasque sententiās ex omnium consilijs & sententijs summā collegit quæ omnibus placebat quāque alij plus, alij minus rogati dixerant. Concludendo igitur breuiter hæc habuit uerba: Serenissime domine Imperator, Principes electores & alij imperij fideles recēſcentes articulos reformationis uestræ quos Papa requirit, ac in his residet, concorditer articulos illos decreuerunt in perniciē & destructionē imperij esse conceptos, & quod nec uos, nec ipsi uirtute iuramenti imperio præstiti annuere ualeatis. Intēduntque oratores suos ad Papam mittere, nec non ad collegium cardinalium cum petitione quod desistat. Et si recusarint, iam deliberauerunt quod in Rens super Rhenum conuenient uobiscum deliberaturi qualiter huiusmodi conatibus resistatur. Hæc cū ita dixisset, rogauit, num hæc esset omnium sententiā. Concorditer respondere ita esse, & omnes polliciti sunt se propter ullum periculum aut timorem mutatuos propositum aut sententiā, sed imperij præsentem statum defensuros, quemadmodum deberent. Aderat etiam legatorum unus in sacris Biblijs non uulgariter institutus, qui longa oratione conabatur eximere scrupulos quos quidam boni uiri in conscientia habebant, propter excōmunicationem & Romanæ sedis autoritatē. Multa hinc dixit de officio ministrorū ecclesiæ, & de potestate ecclesiastica, quam etiam atque etiā cōmendauit Principibus reuerēdam & tuendā, nam nisi sit, inquit, religio in suo loco & dignitate, Respub. nulla consistere potest, sed quæ sit, & quomodo defendenda pluribus docet Principes, qui illi credebant non solum propter argumenta, & scripture testimonia, sed etiam propter uitæ morumque eximiam probitatem. Quā ob rem decretum est, ut legatio honesta ad Pontificem nomine Principum & Imperatoris mitteret. Missi sunt ergo ex secularibus & ecclesiasticis uiri animi fortitudi-

tudine, facundia, nobilitate præstantes. Qui ubi peruenerunt ad Romanum Pontificem exposuerunt illi decretum Principum Germanorum in comitijs Fræcofurt diē sibus, quod nullo modo facere uellet Imperator quæ peteret apostolicus, esse enim contra iuramentum imperio factum à Ludouico. Hæc Pontifex cum cardinalibus suis audiens, iam non amplius bullis cum Germanis agendum, sed armis inclementer iudicauerunt. Quam ob rem quam primū regi Gallorum hæc omnia significat Pontifex, & adhortatur ut ecclesiæ auxilium ferat, quo possit hanc belluam ex ecclesia eijcere iam antea sæpe Satanæ traditam. Gallus cōmunicat consilia, pollicetur opem, apparat arma. Mittit & ad alios Principes passim per Romanam ecclesiam præcipuè quos alioqui sciebat Ludouico Imperatori infensos, inter quos erat & Ioannes rex Boëmiæ, quibus cum de bello tractat contra Imperatorem, & de alio substituendo in locū Ludouici. Hoc tempore in Germania bella fuerunt, nec sine multo sanguine. Sueuia uehementer affligebatur, quæ res pontificias partes non parum iuuare uidebatur. Comes Vuirtenbergēsis diripuit & uastauit Mengen oppidulum. Eidē comiti Vuirtenbergēsi, cui erat nomen Eberardus, eodem tempore, cum propter alias causas, tum propter oppidum Ehingen, fuit bellum cum ducibus Austria. Qui utrinq; pertinacissimos gerebāt animos, nec cōponi potuerunt nisi lōgo post tempore. Imperator enim interposuit se quidem, sed non potuit liberè suam sententiam pronunciare, ne alteram partem à se alienaret, quod summè erat cauendum Imperatori, necessarij enim erant illi amici multi contra Papæ conatus. Neq; parum nocuisset imperatoris rebus, si aut comes Vuirtenbergensis aut duces Austria ab eo ad Papam defecissent. Pontifex aluit, quantum potuit, discordiā illam, & cum rege Anglorum multa egit Pontifex ut iuaret exterminare illum Ludouicum. Sed rex Anglorum petit à Pontifice ut sua autoritate apostolicæ sedis, restituat sibi debitum regnum Gallia, tum pollicetur se omnibus uiribus Galliarum & Anglici regni auxilium laturum ecclesiæ. Pontifice autem nihil contra regem Gallia summum suum amicum agente, rex Anglia noluit quicquam contra Ludouicum Imperatorem agere, ne aliquid Gallo hosti suo hinc accederet. Pontifex habebat multos iam conspirantes & paratos ad bellum secum contra Imperatorem Ludouicum, ecce incidunt repete quæ propositū & cōsiliū Pontificis perturbant totum. Rex Apulia, qui pars pontificij belli non exigua erat futurus, strangulatus est in uno lecto dormiens cum cōiuge Ioanna sceleris cōscia, nā maritū odiebat. Adeo à mala muliere cauendum est siue nimium ardeat siue odiat. Regi Gallia fecit Anglus & Flandria negotiū, ut non uacaret illi aliquid moliri cōtra Ludouicum. Ita cogitationes & conatus Pontificis contra Imperatorem impediti sunt. Hoc tēpore pestis grassata est crudelissime per Italiā, Germaniā & Galliā tertiam partē hominū perijisse putant. Erat totus annus austrinus, cœlumq; humidius, nullæ tamen pluuia grauiore quæ refrigerari potuerint aërē. Arborei fructus copia magna, proueniebāt, sed cereales nō respondebāt profus. Apulia post regis mortē est à fratre regis miserè uastata, & regina linguax mulier, detestandū malū uix fuga elapsa meretricio questu egens uix sordidissimū uictū quærere potuit. Pont. Clemens ubi bellū causis quibus dixi impeditum est, rursus redit ad excōmunicationis fulmina cōtra Ludouicum Imperatorem, crudelibus & monstrificis uerbis terrere conat Germaniā, & innouat omnes Ioannis Papæ processus cōtra Ludouicum. Mittit quoq; apostolicos legatos ad Principes electores imperij, rogat eos per matrem sanctā Romanā ecclesiā ut deserāt schismaticū hæreticū Bauarū, & propter salutē tot animarū quæ quotidie pereant alium Imperatorem eligant. Certum constituit illis diem infra quem eligere debeant alium, additq; si cessent & non obtemperēt, se cum sancta patrum synodo prouisurū imperio per alium electū Imperatorem. Nam hunc diutius se nō laturū.

Crimina

Crimina autem quibus Papa accusabat Ludouicum erant hæc: Hæresin primo loco ponebat, hæreticum enim asserbat Pontifex Ludouicum, quod quædam de paupertate Christi et apostolorum aliter credidit, quàm ecclesia Romana in usu habuit. Quæ opinio iam ante per Ioannem 22, erat damnata & hæretica iudicata. Item hæreseos crimen esse Papa scripsit, quod asseruit Ludouicus Imperatorem habere ius Papam creandi & rursus deponendi. Item qui sæpius citatus fuit ut ueniret ad Pontificem Romanum, aut concilium, contumaciter cõtempserat, proptereaq; excõmunicatus, in execratione permansisset. Et quod Ioannem de Landemio à Põnifice Romano cõdemnatum & iudicatum hæresarcham fouebat & in aula alebat. Et quod pro arbitrio suo episcopos cõstituebat, & alia sacerdotia cõferebat, & omnes clericos quos cognouit Pontificis sententiam sequi à dignitate & officio deturbabat. Matrimonia disungebat, quod ius ad solum Papam pertinebat. Item inter consanguineos affinesq; cõtrahere matrimonium permittebat, quod solius Papæ erat cõcedere. Rectè autem hoc loco notatus fertur à Papa Imperator. Nam, filio suo Ludouico dederat uxorem comitissam Tyrolis, adhuc prior marito superstiti Ioãne filio regis Boëmiae, quo libidinosa mulier cõtenta esse noluit. Et mulier illa filio Imperatoris cui nupsit erat iuncta in consanguinitatis gradu prohibito. Præterea contra diuinam institutionem alia quædam in contrahendis & dirimendis matrimonijs fecerat. In bulla aduersus Ludouicum etiam pro causa execrationis recensetur, quod constituerat antipapam contra legitimum creatum apostolicum. Multa præterea causæ adduntur periuriae, fides uiolata, rapinae, &c. Eadem legatio Clementis per literas pontificias deposuit ab episcopatu archiepiscopum Moguntinum Henricum de Viernberg, & substituit Gerlacum filium comitis de Nassau. Ex qua re magna & cruenta discordia inter hos Henricum & Gerlacum est orta, & feliciter successit frequētius Gerlaco, quare quidam desciuerunt à Ludouico ad pontificios, inter quos fuerunt multi episcopi, dum se ad bellum parat Ludouicus, rex Franciæ multos in Germania pecunia corrupit. Multos redexit in gratiam cum Pontifice longa & odiosa discordia. Terror conscientiarum quoq; efficax fuit ad cõmouendos quosdam. Quibus rebus comes Gerlacus de Nassau fretus cõuocat autoritate apostolici Romaniue mandati Principes ad Rens causa eligendi alium Imperatorem. Cõueniunt archiepiscopi Lucenburgensis, Treuerensis, Coloniensis, Moguntinensis & multi alij ecclesiastici prelati. Veniunt quoq; Rudolphus dux Saxoniae, Ioannes rex Boëmiae & alij. Interim Ludouicus paratur bellum in Bauaria, sed fatis resistentibus, Illi uero quos iam dixi in Rens, ex impulsu & autoritate Papæ, elegerunt alium Imperatorem. Filium regis Boëmiae, Carolum Morauiae Marchionem. Electus Carolus mox instituit Aquisgranum proficisci ut coronam ex more acciperet, sed opposuit illi Ludouicus copias, quibus prohibitus Aquisgranum non uenit Carolus, sed in Boemia pater cogit numerosiores copias, & in Saxonia quoq; contrahuntur, contra Ludouicum. Ad regem Galliae etiam frequentes mittuntur legati ut auxilium ferat contra Ludouicum, hoc agit & Pontifex apud Gallum & alios. Sed eodem tempore rex Angliæ ducit copias magnas in Galliam omnia diripit, incendit, funditus eruit, soloq; æquat. Gallus regem Boemorum & filium eius Carolum electum Imperatorem, agentes tum forte Treueris, rogat ut ueniant auxilium latere polliceturq; statim post repulsum Angliæ regem, suas uires cõtra Ludouicum Bauarum, Boemorum rex, & Carolus filius eius Marchio Morauiae cum omni sua manu ad regem Galliae rectè tendunt. Rex Angliæ quasdam Galliae urbes funditus sustulerat. Parthisiã urbem obsederat aliquandiu, cum uero, nulla eam cogendi spes esset, & cõmeatus laboraret penuria, soluit obsidionem & mouit castra ad Ambigensium urbem circa quã omnia uastauit, & obsidens eam audit aduenire cum exercitu

exercitu Philippum regem Gallie, cum socio rege Boemorum, & Imperatore electo Carolo, Anglus educit ex munitionibus, quibus urbem circūuallauerat, copias, occurrit obuia Gallis & nouo Imperatori parētibus eius Boemo, Anglus instructa acie suos hortat ad uirtutē, prēmia uictoribus proposita ostēdit. Idem hostes faciunt, Concurritur, acerrimē pugnatur, magna fortium uirorum multitudo cadit. Prælium à tertia diei hora durauit usq; ad uespere exortū, cum soli Galli eorumq; socij fugiūt, ingenti multitudine caesa. Occubuerunt Ioannes rex Boemix, item rex Maioricarū, dux Lotharingiæ, Germanus frater regis Gallorū, uir nobilissimus & clarissimus Boemus de Rosenberg, comes Flādrig, comes Naumen/sis, comes de Saline, comes de Arois, comes de Mōtpelgart, desideratū sunt plures alij uiri Principes, comites & Barones. Rex ipse Gallorū & Carolus electus Imperator fuga sunt saluati. Rex Angliæ Eduardus uictor pergit ad obsidēdas urbes & uastando agros passim per Galliam. Pontifex frequentibus legationibus inter Gallū & Anglū conabatur pacē facere, quod cum frustra diu tentasset, magno pōdere auri & argēti dato impetrauit Philippus inducias ab Eduardo. Inducijs inter reges factis, eodē statim anno Clemens Pontifex confirmauit Carolum, electionemq; eius pulcherrima bulla approbavit, postea Bunnæ coronatus est ab archiepiscopo Coloniensi, nam Aquenses & Colonienses fidem seruabant Ludouico, illum excludebant. Spiram Ludouicus cōuocauit Principes & ciuitates imperiales, ut exploraret uoluntatem eorū erga se, spe omnia adhuc meliora inuenit, pleriq; per superiorem Germaniam detestabantur electionem Caroli, nihil morabantur Papæ excommunicationes. Nemo audebat in superioris Germaniæ regionibus publicare papales processus aduersus Ludouicū. Cruentata bella sunt orta inter Imperatores, estq; Ludouicus prorsus à fortuna reductus in ultimo imperij tempore in eum statū conditionemue in qua fuit in primis imperij sui annis. Erat schisma in ecclesia & imperio non sine corporū & animarum plurima perditione, non solum in Germania sed etiam in Italia, Romæ uero quidam moliebantur noua, qui se libertatis assertores uocabant. Erat illic uir animo & lingua præstantissimus, qui morum granitate, probitate & facundia populū Romanū sibi totū deuinxerat, habebatq; apud omnes tantum autoritatis, ut facile crederent illi, neque dubitarent illi committere se & fortunas suas, hic ergo uir, cum Pontifex diu absuisset, Romæ instituit senatū Romanū ad ciuitatis olim liberæ multarumq; gentium dominæ morem pristinū. Omnia suadendo & clementia, nihil per uim cogēdo, faciebat. Et finxit sibi titulum autoritatis plenū, minimeq; inuidiæ obnoxium, talem: Nicolaus seuerus & clemens libertatis, pacis, iusticiæq; tribunus, ac sacræ Romanæ Reipub. liberator illustris. Nec solum Roma obtemperabat eius consilijs, sed ex Italia passim ad eum quotidie ueniebant legati fœdus & amicitia ab eo petentes, quibus ciuitatis Romanæ ius ad maiorum consuetudinem dabat. Scribit hic Nicolaus ad Pontificem Clementē, qui Auinione erat, ut quā primum ad urbem redeat, & sacerdotio fungatur, minister ecclesiæ in ijs quæ ad deum pertinent, & nisi ueniat & in quiete in sacris ecclesiæ seruiat, Romanū senatū & populū alium creaturum antistēm, nam episcopi sui præsentiam necessariam esse senatui Romano. Mittit etiam legatos ad Ludouicum & Carolū Imperatores cum literis quibus eos et alios Principes Romanam citat, quæ his erant conscriptæ uerbis. Ad honorem & gloriā summi dei patris & filij & spiritus sancti, beatorum apostolorum Petri & Pauli, S. Ioannis Baptistæ, in cuius sacratissimo templo militarem accepimus gloriā, nec nō ad reuerentiam & honorem S. Romanæ ecclesiæ, & domini nostri summi Pontificis statum prosperum ac augmentum sanctæ Romanæ urbis, sacræ Italiæ, & totius fidei Christianæ. Nos candidus spiritus sancti miles Nicolaus seuerus & clemens

liberator urbis, zelator Italiae, tribunus Augustus, uolentes & desyderantes do-
 num spiritus sancti & liberatores antiquos Romanos Principes, quantum, no-
 bis permittitur imitari. Notum facimus uniuersis, quod quidem a nobis post as-
 sumptum tribunatus officium, Romanus populus de consilio omnium & singu-
 lorum iudicum, sapientum & aduocatorum urbis recognouit se adhuc illam ha-
 bere auctoritatem potestatemq; atq; iurisdictionem in toto orbe terrarum quam ha-
 buit in principio & summo augmento urbis praefatae. Et omnia priuilegia facta in
 praesudicium auctoritatis & potestatis & iurisdictionem huiusmodi ad se reuoca-
 uit expresse. Nos itaque auctoritatem, potestatem et iurisdictionem antiquam no-
 bis concessam a populo Romano in publico parlamento, & nuper a domino no-
 stro summo Pontifice, ut patet per apostolicas bullas eius, ne uideamur de dono
 & spiritus sancti gratia & sacri Romani populi fautoribus ingrati, iure & forma
 quibus melius possumus & debemus, decernimus, declaramus & pronuncia-
 mus, Romanam urbem caput orbis et fundamentum totius fidei Christianae, ac omnes
 & singulas ciuitates Italiae liberas esse censemus. Et ex nunc omnes praefatos po-
 pulos ac ciues ciuitatum Italiae, facimus, declaramus, & pronunciamus, ciues esse
 Romanos, quos & Romana libertate uolumus gaudere. Eadem auctoritate & gra-
 tia dei & spiritus sancti ac populi Romani dicimus, profiteremur, ac etiam declara-
 mus Romanum imperium, iurisdictionem, ac etiam monarchiam totius sacri im-
 perij ad ipsam aliam urbem, ac eius populum, nec non ad uniuersam Italiam per-
 tinere, & easdem fore legitime deuolutas, multis rationibus & causis, quas suo lo-
 co & tempore declarari faciemus, dantes & praefigentes in his scriptis omnibus
 & singulis praefatis, Imperatoribus, electis, electoribus, regibus, ducibus, princi-
 pibus, comitibus, marchionibus, populis, uniuersitatibus & quibuscumq; alijs in
 genere & in specie, cuiuscumq; prouinciae, status & conditionis existant, & con-
 tradicere uolentibus, seu in electione praefata ac ipso imperio iurisdictionem, po-
 testatem & auctoritatem praetendentes quoquo modo, terminum hinc ad festum Pen-
 tecostes proxime futurum, ita quod infra praedictum terminum in ipsa alma ur-
 be & sacrosancta Laterana ecclesia coram uobis & alijs officialibus domini no-
 stri Papae & Romani populi debeant cum eorum iuribus comparere, alioquin a
 dicto termino in antea procedetur, prout de iure fuerit procedendum & nihilomi-
 nus ad praedicta omnia in specie citari facimus illustres Principes Ludouicum du-
 cem Bauariae, & Carolum regem Boemiae qui se asserunt Imperatores ad impe-
 rium electos, ducem Saxoniae, Marchionem Brandenburgensem, archiepisco-
 pos Moguntinensem, Treuerensem, & Coloniensem, qui in dictis termino &
 loco comparere debent coram nobis et alijs Romani populi officialibus personaliter,
 alioquin in eorum contumaciam procedemus, eorum absentia non obstante. Dat. &c.
 Haec litterae ubi peruenerunt in Germaniam ad Principes, contemptae sunt ab omni-
 bus. Nec Romae diu manere potuit, Pontifex enim Clemens partim minis partim
 uicq; coactus est noctu ex urbe fugere, habuitq; finem to-
 ta ea Romae factio, nam quos euexerat hic
 tribunus, omnes ultro cesserunt,
 quidam etiam uix fuga
 seruati sunt.

DE GERMANIS

LIBER VIGESIMVS QVINTVS.



Nno post Christum natū 1347. mense Octobri erat Ludouicus in oppido Monachio, inculpata prorsus utēs ualeudine, illuc ad Ludouicum salutādi gratia diuertit uidua Anna ducissa Austriæ iter faciēs ex Sueuia in Austriam illic exhibuit spectaculum mulieri, mox à spectaculo conuiuio lautissimo eam accepit, & liberā lius Princeps bibit, etiam semel atq; iterū ex eodem cum ducissa poculo, surgens autem ab illo conuiuio sensit intemperiem in toto corpore. Causam autem cum ignoraret morbi, uenatum it exercēdi corpus gratia, grauitatem corporis exercendo discutere cupiens, sed morbi uia aucta de equo decidit in terram, & repente morte abreptus est. Suspicio fuit ueneno necatum, quod tamen, quo sciam, nemo asseruit. Mortuus ex uenatione relatus est in urbem Monachiū & honorificē sepultus. Ludouici morte audita, Carolus statim properat in Germaniam, nam eo tempore in rebus Boëmicis disponēdis erat occupatus, post occisum, ut diximus, patrem. In Germania ut rex Romanorum honorificē suscipitur. Ratisponā primū uenit, ibi excepto Carolo ceu Imperatori, fidelitatem, ut loquūtur, iurant, & Ratisponā discedēs proficiscit Norinbergā, in itinere à minoribus oppidis omnibus honorifice suscipitur. Norinbergenses primū aduenienti non occurrūt, sed claudunt portas, mittunt ad eum legatos, quo animo ueniat rogant. Carolus māsuete & perbenignē respondet, multa promittit, recipitur ergo & Norinbergæ. Et hinc ad alios insigniores imperij ciuitates pergit, ab omnibus serē appellatur & agnoscitur Imperator. Erāt tamen quādā ciuitates & Principes qui eum non ritē electum asserentes noluerunt eum pro Imperatore habere. Conspiraruntq; aduersus eum Palatinus Rheni, Hēricus archiepiscopus Moguntinēsis, & Henricus dux Saxonix aliq; quidā. Quibus cum per legatos amicissimē agere constituebat, sed illi perseuerabant in sententiā, electionem eius irritam affirmantes, & seditonem legibus puniendam non imperium esse. Anno proximo post Ludouici mortem rex Carolus Imperator uenit ad Rauracorū Basileam, quæ cōstanter etiā post mortem Ludouici in fide perseuerabat. Viuētē Ludouico nullis minis aduersariorum absterri ab eo potuit, sancteq; semper seruat fidem, & diu etiā interdictum Pontificis Romani propterea pertulerāt. Petit igitur postq; aduenit Carolus à Basiliensibus recipi, copias ante urbem in castris habens. Respondēt Basilienses se quidē iam esse liberos à fide quā Ludouico promiserant, & usq; post mortē cum laude obseruarāt, sed ciues unanimi sententiā cōstituisse neminē recipere aut appellare Imperatorē, nisi absoluatur prius ab excōmunicatione & sacrorū officiorū celebritas restituatur illis. Nam sic uidebāt se quā minimo labore & impēsis posse absolui. Fortē à Pōtifice tum uenit legatus ab Apostolico ferēs de ea re bullas Romanus episcopo Babenbergensi de absoluendis excōmunicatis propter Ludouicū mortuū. Erāt autem in illis bullis hæc uerba: Cum multi cōtra processus & sententias Ioannis Papæ agētes, ad hærentes quondā Ludouico de Bauaria hæretico redire cupiāt ad unitatem ecclesie, cōmittimus tibi, ut qui confessi fuerint errores suos & pœnas quas inciderūt explicite uel implicite & iuuauerint deinceps fidem catholicā tenere, & nulli deinceps hæretico uel schismatico fauere & credere, & quod non spectat ad Imperatorem Papam deponere, & aliam creare, sed hoc hæresim esse damnatā, & quod nullum Imperatorem habebunt nisi per sedem apostolicā approbatū. Nec relicte & liberis ipsius Ludouici fauebunt, nisi cum ecclesia reformatur, & Carolo Romanorum

maiorum regi per ecclesiam approbato, patebūt, ab huiusmodi sententijs & pœ-
 nis absoluas, ita quod si in aliquo contrauerint in sententias & pœnas pristi-
 nas relabantur. Cum igitur Basilienses nō uellent recipere Carolum nisi diuinus
 cultus restitutus esset prius illis, ipsiq; sine omni nota hæreseos absoluerētur, for-
 ma illa seu conditiones in bulla conscriptæ quibus possent absolui, sunt ciuibus
 Basiliensibus prælectæ, ubi audiuerunt ciues quid exigeret bulla ab ijs qui uellēt
 absolui. Responderunt concordēs ad unum omnes, se non deliquisse in fide ser-
 uanda, nec ullos errores uelle facere in hac re, in qua bonorum ciuium officium
 fecissent, nec unquam iuuaturos secundum illam formam à Papa præscriptam.
 Clerus quoque urbis ubi tantam animorum constantiam in ciuibus uident, ad-
 hortantur ut cōstantes in honestissimo proposito obdurent. Ciuitatis & uniuersitatis
 proceres eunt ad Carolum præsentibus multis Principibus, & postquam
 salutarunt Carolū ciuilitè & ut decebat, Consul Conradus de Berenfels his uer-
 bis affatur episcopum Babenbergensem: Domine Babenbergensis sciatis quod
 nec fateri nec credere uolumus, quod dominus noster Ludouicus Roman. Im-
 perator unquam fuerit hæreticus quencunq; etiā dederint nobis Principes &
 domini electores, uel maior pars pro Romano Imperatore, illum pro tali habebim-
 us, etiā si nunquam Papam requireret, nec quicquam faciemus quod sit con-
 tra ius imperij quoquo modo, sed si habetis potestatem à Papa & uultis uos ab-
 soluere, ut sacra restituātur, nos ut hæcenus, bonos uiros pro uirili probabimus,
 si dominus bonorum largitor dederit gratiam. Sine ciuium iuramentis & erroris
 confessione sacra sunt illis restituta, nam alioqui nolebāt Carolū pro Imperato-
 re habere. Carolus igitur in urbe Basilea exceptus est magnificè & iuramentū so-
 litum illi Basilienses præstiterūt. Laudatis autem eius urbis ciuibus ob animi for-
 titudinem & cōstantiam descendit per Rhenum. Vrbes à Basiliensium omnium
 ore cantata magnanimitate exemplum sumpserant, nec iurare nec agnoscere er-
 rores hæresimue uolebant. Absoluebantur autem plerq; sine iuramento illo &
 confessione quæ exigebat. Vno matix ubi ciues audiebāt quæ exigebat Papa ab
 absoluendis, magnus populi excitatus est tumultus, cogebantq; episcopum Ba-
 benbergensem ut sine omni delictorum confessione eos absoluerit. Erant etiā
 ciuitatum & Principum nōnulli qui omnino nolebant absolutionem, nec enim
 uel nauici existimabant execrationes Papæ, tanta erant scandala & schismata in ec-
 clesia Romana. In his seditiōnum turbis, & bellorum tumultibus pestis crudelis-
 simè afflixit Germaniam, adeoq; totam Europam, ita ut multis locis propter pes-
 tem ius non sit redditum, totas domos, tota monasteria, totos pagos totasq; ciui-
 tates sustulit, nec talis ante hanc hominum memoria fuit unquam. Sæpe conueni-
 re Principes cupiebāt propter electionem Imperatoris, sed pestis ubiq; grassans
 diu prohibebat. Post natiuitatem Christi anno 1348. conuenerunt quidam ele-
 cturi alium Imperatorem Principes, erant autem dux Saxonix, Ludouicus Mar-
 chio Brandenburgensis, Rupertus Palatinus Rheni, Henricus Moguntinus ar-
 chiepiscopus, qui Caroli electionem nullam esse iudicabant. Mittunt ad Anglo-
 rum regem Eduardum, offeruntq; illi imperium, nam à Germanis genus duce-
 bat suum. Eduardus pericula, labores & bella timnes recusauit imperium, Prin-
 cipibus gratias agit quod tam honorificè de se sentiāt, eis pollicetur suam opem,
 sicubi indigeant. Vehementer gratum fuit illorum de se iudicium. Postea Fride-
 ricum Marchionem Misnensem eligunt, sed ea lege ut Beatricè uiduā, uxorem
 quondā Ludouici Imperatoris iuuet. Huic electio placet, & quomodo auspiciā-
 dum imperium sit pro temporis ratione, incipit cogitare. Sed Carolus ubi intel-
 lexit electum Fridericum, mutauit illi animum, decem enim millia marcarum ar-
 genti, ei dedit, promisitq; maiora, exposuit præterea illi quā nihil sit à quoquam
 periculi sibi quem Pontifex confirmarit, & iam maior Germanix pars pro Im-
 peratore

peratore habeat. Quam ob rem Fridericus existimauit sapienter sibi sine molestia & laboribus oblatū quod alij magnis sudoribus & per infinita pericula quarūt, nempe otium & quietem in omni rerum copia seu saltem sufficiētia, hic enim solet esse plerisque mortalibus finis studiorum, laborum, periculorumque, quos subeunt. Quamquam generosioribus animis coelestior & preciosior scopus sit functionum & laborum, nempe, gloria Christianis, gloria dei, infidelibus gloria propria quae est uanitasne, igitur Fridericus Imper. maluit accipere pecuniam & ea in pace uti, quam tot subire labores, quorum finis sit incertus, fortassis etiam patrimonio perditio, ignominia & mors. Hoc tempore in Germania, Italia, & Gallia, aliisque Europae regionibus magna Iudaeorum multitudo uarijs supplicijs est affecta, praecipue igne exusti sunt, insimulabantur enim ueneno infecisse fontes. In Bonfeld Alfarix oppidulo de ea re est tractatum, ibi accusati sunt, quod adulterauerint moneram, quod pueros Christianorum multos occiderint, quod puteos, flumina & fontes infecerint, ut pecora & homines plurimi perierint. Saccos enim ferunt in fontibus plenos ueneno inuentos. Quare tam crudelibus poenis Christiani affecerunt Iudaeos ut multi Iudaeorum sibi ipsis consciuerint mortem. Plurimi quoque permiserunt se baptizari, ob poenarum metum. Erant ferē in omnibus imperialibus ciuitatibus Iudaeorum synagoga, & coemeteria elegantibus lapidibus constructa. Ex monumentorum & synagoga lapidibus aedificauerunt ciuitates moenia & turres. Sicut adhuc est uidere multos prominētes lapides inscriptos literis Hebraicis in multis passim ciuitatibus per imperium Romanum, apud Gallos, Germanos & Italos. Basileae murus fossae ueteris urbis interioris totus tectus hoc lapidum genere, etsi illic aedificia non omnia destructa fuerint Iudaeorum appellatōneque antiqua aedes obtinens, ad Synagogam Iudaicam. Libere enim Basileas habitabant propter urbis amoenissimum situm, & temperiem aeris. Omnia Iudaeorum bona quae magna erant, Principes & ciuitates sibi uendicabant. Pont. Rom. defendit Iudaeos, & multi alij. In Germania praeter alios multos qui non consentiebant in eorum persecutione, erat Rupertus comes Palatinus, qui dicebat magnam pecuniam accepisse a Iudaeis, sicut & alij nobiles & magistratus quidam. Ad quos cum multi Iudaei fugissent cum magnis thesauris, alij magistratus sub quibus fuerat iniquo ferebant animo, non tam quod defendebant Iudaeos quam quod secum abstulerant Iudaei facultates suas, quas sibi deberi putabant nisi qui supplicijs afficiebant Iudaeos propter maleficia, qui uero patrocinabantur Iudaeis, dicebant Iudaeis iniuriam fieri, & haec maleficia comminisci illos qui damnabant ut rediret bona Iudaeorum ad eos. Illaque contentio ad arma uenit, & plerique plus in bella impendebant quam ex Iudaeorum facultatibus ad se redierit. Multa sunt in terris a deo quorum causa nos latet. Iudaei feruntur postea cum ipsi admodum paucis locis tuti ambulare auderent, subornasse leprosos, quod fontes inficerent. Arteque scribuntur fontes medicati fuisse ut lepra bibentes sint infecti. Comprehensi leprosi exquisitis supplicijs interfecti sunt a magistratibus. Anno post natiuitatem Christi millesimo trecentesimo quadragesimo nono Delphinatus uenit ad regem Gallorum, sed ea lege consentit Carolus eius nominis quartus, ut primogenitus regis Galliae tanquam uasallus imperij possideat Delphinatum. Hac occasione uenit ad Gallum Delphinatus, Delphinus Hunibertus nomine frigidorum & infelicitum mundi huius negotiorum finem uidens mori statuit mundo, quare uendidit Delphinatum Gallorum regi, pecuniae partem magnam pauperibus dedit, ipse ingressus est ordinem Sancti Dominici. Erat his annis non leue bellum fratibus ordinis Teutonici cum Litouijs, quos duce magistro ordinis Sueuo, uicerunt magno praelio, ex quo consecuti sunt maximam laudem. Anno millesimo trecentesimo quinquagesimo, denuo conuenerunt Principes Caroli electione reprobantes, & miserunt legatum ad comitem de Suartzenburg ex Thuringia qui erat uir incompara-

bilis militaribus uirtutibus ea ætate, offeruntque illi imperium, grauatim consensit, nec aliter nisi Frācofurdia primū decernatur à Principibus imperium uacare, & prius Carolus per Principum sententiam deponatur. Congregati igitur sunt Frācofurdia Principes electores quatuor & multi præterea Principes alij qui cōcordi sententia iudicauerunt electionem Caroli, esse seditionem contra Rempublicam, legibus & armis puniendam. Decretumque est quatuor Principes electores qui tunc Frācofurdia erant habere ius & plenam potestatem eligendi Imperatorem Romanorū. Ludouicus igitur Brādenburgensis Marchio, Rudolphus comes Palatinus Rheni, Henricus dux Saxonie, Henricus archiepiscopus Moguntinensis eligunt Guntherū comitem de Suartzenburg in Imperatorem. Guntherus sex totas hebdomadas in castris ad Frācofordiam expectauit hostem, ex cōsuetudine & statuta lege, nemine uero adueniente qui repelleret in urbē Frācofurdia ingressus Imperator appellatus est, Carolo enim non uidebatur in unū prælium ponere omnes fortunas suas, si enim uicisset Guntherus actum erat de imperio Caroli. Quam ob rem conuocauit Carolus Principes sibi fauentes Spiram, quibus cum deliberat quo pacto resistendum sit hostibus rebellibus, illic est statutum ut omnes colligantur uires, & omnia pro rei magnitudine administrantur. Ducit Carolus coactas copias Moguntiam, ibi expectaturus hostem, nam ciuibus cum Henrico episcopo suo erant similitates, quapropter non excludebant Carolum. Interea Guntherus quædam castra expugnauerat. Et dum consultat quid potissimum primò expediat, incidit in morbum, qui medicis plurimū exhibuit laboris, cumque morbus declinare non obscure inciperet, medicus præparauit illi potionem leuem ad maturandos humores, qui erant causa morbi, allatumque ad Principem medicus, gustauit deinde obtulit ægroto. Hac potione hausta mox cepit uehementius quàm ante laborare, & inflatus expirauit. Eodemque symptomatum genere perijt medicus. Quare nō dubia ueneni suspicio fuit, à quo piam clam in potionem immissi. Ante mortem Guntherij uero composita est pax inter eum & Carolum Imperatorem, cum enim decumberet in Alta uilla arce archiepiscopi Moguntini, dicereturque leuiter ægotare, quidam Principes interposuerunt et his conditionibus composuerunt eos, ut Guntherus resignaret totum imperiū, omnēque suum ius concederet Carolo, Carolus autem Gunthero daret oppida duo cum agris eorū in Thuringia sita. Mox post factam pacem Guntherus obiit, genere quo dictum tam est, mortis. Corpus delatum est Frācofurdiam, honoreque magno est sepultum, præsentem Imperatorem Carolum. Carolus conuocatis ciuitatibus & omnibus magistratibus qui eum appellabant Imperatorem, egit multa de commodis Rerū publicarum, priuilegia multa multis ciuitatibus concessit. Frācofurdensibus quoque priuilegia nundinarū & alia confirmauit. Pererrauit postea multas ciuitates Germanie maxime Rhenanas. Venit quoque eodē anno cū sua cōiuge Ioanna in urbē Bunnam, ibique est ab archiepiscopo Coloniensi coronatus cum sua uxore. Quod non coronā Aquisgrani acceperit, causam dicunt quidā, quod tunc propter pestem aeris temperies suspecta fuerit apud Aquenses. Quidā scribunt tantam illic fuisse turbam flagellatorū, quæcunque causa fuerit, certē non fuit, quæ ab Aquisgrano exclusus fuerit, nam Bunnæ eodē tempore cōfirmauit uetera & dedit noua Aquensibus priuilegia. Præterea in alias multas ciuitates contulit magna beneficia. Studio enim singulari fuit huic Principi augere Germanie ciuitates. Putauit enim pulchrum regnare in pulchro regno. Hoc tempore natus est ex Ioanna Suedi ducis filia Vuenceslaus, Carolo genitore. Coronato Carolo, reconciliatus est Ludouicus Marchio Brandenburgensis filio Ludouici Imperatoris uita defuncti, qui & Carolo dedit imperialia insignia quæ moriturus pater filio commiserat. Sed ea conditione dedit, ut siue casu

siue

siue mortis aliaue necessitate coactus deponere, Francofordiensibus uel Norinbergenfibus custodienda traderet. Carolus intentus omnibus neruis hoc tēpore fuit in Germania pacāda, nam pace in Germania facta in animo magno magna habebat, nempe Turcum repellere, & Latij ciuitates subiugare imperio Ludouicum Brandenburgensem iuuu armis aduersus hostes, erant enim qui Marchiam sibi afferere conabantur. Ludouicus hic Marchio postea uendit Marchiam Carolo Imperatori & regi Boēmia, qui Sigismundo filio suo eam administrandam tradidit. Carolus autem hic post coronationem studium pacis & religionis declarauit non obscuris argumētis. Misit legatos ad Papam Innocentium 6. qui mortuo Clementi successerat, petijtq; ab eo ut incumberet pacificandæ ecclesiæ & tollendis scādalis, & personis approbatis promouendis ad ministeria sacrorū. Utq; suū officium faciāt rogat, pollicetur se quoq; suum facturum. Hjs studijs efficiebat Imperator Carolus, ut exteri reges ad eum miserint è longinquis nationibus legationes & munera, amicitia petentes. Anno quinquagesimo secundo supra millesimum trecentimum Vuormatia celebrauit comitia Principū de reformanda ecclesiā, & rebellibus imperio & ecclesiastica potestate domandis plurima tractans. Aderat in eo Principum conuentu archiepiscopus uir præstas corporis & animi dotibus legatus Imperatoris Constantinopolitani, qui amicitiam pacemq; petijt, attulitq; regia dona Carolo Rom. Imperatori, Carolus eum eo legato Constantinopolitano multa egit de Turca uiribus & consilijs, & rursus de rationibus quibus resisti possit conatibus Turcicis. Legatus uir prudens Carolum totum incenderat cupiditate & studio arma capiendi aduersus Turcam. Super ea re scribit quoq; Carolus Pontifici Romano ut operam det quo in Italia & Gallia pax fiat. Nam graue bellum hoc tempore erat Gallo cum rege Anglorum. Et Anglus quoq; Pontificem Romanorum despiciebat, in ecclesijs suis pro animi sui arbitrio dominabatur, nec quisquam audebat uel nominare Romani Pontificis autoritatem. Romanus Pōtifex Innocētius rescribit Carolo. inuitatq; eum ad expeditionem Italicam, promittit se illi paraturum iter, & simul certiore facitiam factiones per Italiam tumultibus suis intestinorum bellorū fatigatas cupere qui iuste gubernet, paucosq; admodum superesse quibus non cordi sit pax. Anno igitur post natiuitatem domini millesimo trecentesimo quinquagesimo quinto, Carolus coactis selectissimi ex Germania & Boēmia copijs, comitantibus eum Germania Principibus & ciuitatibus, primo uere in Italiam proficiscitur, comite chara coniuge. Aduententem latissima fronte excepit Italia nihil honoris omittens quod à subditis domino exhiberi potest. Mediolanum ubi peruenit, aliquot illie dies commoratus & corona ferrea coronatus est. Illuc nulli Principes & ciuitates ad eum ueniūt, & officium obsequiumq; suum pollicentur & fidelitatem iurant. Mediolano discedens Pisas petit, Pisani uero cum Mediolanensibus certabant gloria & honore eum excipiēdo, ut sit in prouocationibus illis. Diutius quā Mediolan apud Pisanos mansit, quod frequentiores Principum & ciuitatum legationes ad eum illuc confluebant, pacem & gratiā rogantes & offerentes munera. Veniebant Florentini magis etiam obediētia quā imperio debebant promittentes, muneriq; Imperatori dant supra centum millia florenorum. Veniunt & Pisas Senensū legati cum muneribus & Volaterrani, breuiter ueniunt omnī ciuitatum Hetrurię legationes cum muneribus pacē petentes, planē obruebant officijs & donis Carolum. Pisas abiens prospero itinere Romam peruenit, sibi omnes ordines & arates mulieres & uiri obuiam egressi in urbem ducunt, cum elegantibus cantionibus & musicis instrumentis infinita uarietatis. Romæ in paschatos festo magna solennitate, præsentibus Principibus omnibus, coronatus est cum sua uxore, nec diu Romæ mansit post coronationē.

Quoniam

Quoniam scribunt autores quidam, quod Pontifex ei noluerit imponere coronam nisi iuraret quam primū uelle excedere Roma & ex tota Italia. Voluit enim Pontifex consortis impatiens, ut titulo Imperatoris semper Augusti contentus, rediret in suam Germaniam ibiq; Romanorum Imperator, exerceret imperium in Germanos, Romæ imperium Papæ relinqueret, de qua re extat epistola Francisci Petrarchæ quam Imperatoris notario Nerio Foroliuensi scripsit. Nec a quo animo tum tulit Italia quod Papa uoluit tam cito Imperatorē abire, nam seditionum bellorumq; causas omnes cupiebāt sublatas, quod nō poterat fieri nisi uno iuste imperante. Quare ē Roma profectus est per urbem Tiburtinam, & per Senas, Pisas uenit, inde in Germaniam rediit, illic foederi Heluetiorum nimirū crescenti resistere conatur, dum illo tempore enim Lucernēses cum Suitensibus foedere iuncti sunt. Item Zug, uallis Glarensis, & alij non diu post adiunxerunt se illis, breuicq; uehementer creuit foedus illud, causa fuerunt felicissimi eorum successus & ingētia facta, nec nō fides, amor, & beneuolētia quibus inter se utebantur. Tigurini post iam dictos omnes accesserunt ad illos. Quare Ioannes comes de Habsburg, cuius patrem uicerant ante, nactus proditores in urbe Tiguro qui polliciti sunt se urbem illi tradituros, cum illis igitur constituit tempus quo uenire debeat, Tigurini de prodicione futura certiores facti, preparant ad excipiendū comitem insidias. Nocte igitur statuta aduenientem capiūt, militum eius maiore parte occisa, Proditores omnes dignas poenas dederunt, tota enim membris fractis secti sunt in quatuor partes singuli. Quam ob causam mox capto Ioanne comite Habspurgenfi, Albertus dux Austriæ cogit magnas copias, quibus obsedit Tigurinam urbem. Aderant in obsidione Albertus dux ipse, comes de Vuirtenberg, comes de Hohēberg, copix episcopi Basiliēsis, & Argentinēsis & alij multi comites, ciuitates & Barones. Frequētes ex urbe fiebant eruptiones, nam confederati Heluetij erāt in urbe, tandē pax est facta & dimissus captus comes Ioannes, quibus conditionibus facta sit nihil certi habeo. Certum hoc est longa obsidione partes utraq; fatigatas fuisse, Ducem Austriæ obsidendo, Tigurinos obsidionem ferendo. Carolus eo tempore ex Italia uenerat, confirmatus & coronatus à Pontifice, quod magnæ erat illi autoritati, igitur dux Austriæ petit ab Imperatore ut sua uel autoritate uel potētia reducat Tigurinos. Carolus magno studio & diligentia cum Tigurinīs agit ut deserant foedus illud, quod uocabat rebellionem seu factionem. Tigurini respondēt: Se paratos facere imperio Imperatoricq; quicquid legibus iureq; debeant, contra iuramentū præsinitum confederatis suis se non facturos, nec fide salua ab ijs separari posse. Carolus hoc eorum responso uehementer est offensus, dixitq; illis, quod non potuerint foedere cum quoq; consilio non consulto Imperatore, quare iuramentum quod fecerint Suitensibus nihil esse addiditq; multa alia minitādo & promittendo quibus abstraheret à Suitensium confederatione. Hocq; non semel tantum tentauit, cum autem intellexit se efficere nihil posse apud eos, statuit rem armis agere, toti enim imperio pares nō futuros sperans, contractis igitur copijs per totum imperium ducit eas aduersus confederatos Suitēses, & multis Principibus Germaniæ præsētibus obsedit Imperator Tigurum, omniaq; circa urbem uastauit. Saepe uero ex urbe, saepe ex montibus confederati impetum fecerunt in Cæsarianos, multosq; occiderunt, sed facile erat Imperatori reparare exercitum, propter hominum per totum imperiū copiam. Confederati autem suis hominibus uehementer timebant, erant enim pauci. Iactabāt Cæsariani confisi hominum multitudine sibi plures esse carnifices in imperio, quam omnes confederati essent, sic uolentes deterrere Suitenses, sed diligentiores non timidiōres reddebantur, quod satis testabantur incursionibus & eruptionibus suis frequētib; nunquam autem adoriri cōsueuerant hostē suum confederati,

confederati, nisi ex improviso, aut loco iniquiore, aut noctu, aut aliquo stratagemate insigni, non animi formidine, sed diligentia suos conseruandi, maius enim erat illis unum uirum ex suis amittere quam ducibus belli quibusdam aliquot milia. Obsidendo ergo diutius urbem magnus terror occupauit animos Casarianorum propter frequentes infelices pugnas. Idcirco die quodam cum dimicandum esset, neque Austriaci, neque Sueui, neque Saxones, neque Bauari, neque Franci Orientales, neque alij ulli uoluerunt in prima acie precedere, omnesque uolebant in ultimo agmine sequi, & ita acies ordinari non poterat. Cumque imperarent Principes exercitus Sueuos precedere, discesserunt domum, deinde Saxones abiire, & sic demum ceps omnes recesserunt, solutaque est obsidio. Abitu uero Casarianorum fuga non dissimilem fuisse ferunt. Ante hanc expeditionem uoluit Imperator duci Austriæ dare magnam pecuniam pro quibusdam locis quæ confederati tenebant, ante autem, ut ferebant duces Austriaci, pertinuerat ad domum Austriæ. Facillime enim potentia & uiribus totius imperij se superaturum unum atque alterum rebellem pagum aut uillam, uel, ut uocabant, casulam pastoralē, confidebat. Post bellam uero hoc noluit emere Carolus quicquam eorum quæ possidebant confederati. A discessu Imperatoris confederati proxima quæque carpebant, & dux Austriæ confederatorum depopulabatur omnia quæ accedi poterant, quare post sextum demum annum factæ sunt induciæ ad decennium. Harum induciarum tempore familiariter Austriaci & confederati mutua usi sunt consuetudine. In omnibus ferè Principum comitijs consultabatur de hoc foedere tollendo, nobiles enim omnes timebant ne exemplo illorum alij quoque subditi rebellarent, ubi consideraret illorum libertatem, qua sine seditione in iustitia uterentur. Nec frustra timuerunt, nam tentarunt nonnulli, sed infelicitate, neque enim consilium est ulli hominum generi magistratum etiam durissimo latu rebellare, neque docebunt exempla, semper enim male cadit seditionis, Dominus enim magistratum iussit & uult obediri. Alia ratio uentisum fuit, nempe, talis qualis olim fuit cum præmia tyrannicidæ dabantur. Nec ciuitates quæ pertinent ad imperium ab imperio propterea discesserunt quod foedere coniuncti sunt Heluetijs, imperio enim quicquid liberæ imperiales ciuitates debent, præstant, quæcumque uero possident, bellorum, quæ necessario iustè susceperunt, iure occuparunt & tenent. Datum ante annum 1400. ducibus Austriæ fauentibus amicis, usi sunt confederati Heluetij. Venitque dux Austriacus nomine Lupoldus Tigurum illicque magna cum reuerentia exceptus est, & multa officia à Tigurinjs in ducem, multa à duce in Tigurinos, collata sunt. Hæc pax tamē non diu durauit. Nam causæ exorta sunt nouæ bellorum, inuitis duce Austriæ & confederatis, sæpe enim incidunt bella, cum omnes homines mallent pacem, domino ita disponente, sed uasis iræ ministrantibus, hoc est Sarana. Diu autem alteri alteros rursum uexauerunt, frequentesque cædes sunt factæ. Eo tempore scilicet anno 1382. in die quodam festo, Rotenbergam oppidum per uim ceperunt Lucernani, capti oppidi muros & arcem solo æquant, nam ex illis munitionibus poterant excurrere. Postea strages & incēdia ædificiorum secuta sunt, à ducibus Austriæ & confederatis. Multi sub idem tempus accesserunt foederi Heluetiorum, tota uallis de Entlibuch ciuitati Lucernanæ accessit. Item Sempach, nec sine plurimis cædibus, Meienberg quoque accessit. Hæc autem omnia occupata sunt bellis iusto titulo susceptis. Venit autem hoc tempore exercitus duci Austriæ bene instructus, quem repentino impetu confederati oppresserunt, & occiderunt magnam multitudinem, & præcipuam nobilitatis multos. Postea induciæ factæ sunt, sed tot cædibus exasperati animi utrinque, non diu seruarunt. Rursum igitur alteri alteros lædunt, & res ad arma iustumque bellum uenit. Dux Austriacus, Lupoldus nomine, multis sibi per Germaniam iunctis locis, cum copijs suis proficiscitur ad

N Sempach

Sempach ad opprimendum in eo oppido præsidium confœderatorum. Quo ducis consilio perspecto confœderati plures clam noctu in oppidum mittunt, qui expectent hostem, & si uideatur aggrediantur, uix igitur in conspectum oppidi uenit dux cum copijs suis, occurrunt illi obuiam cõfœderati in loco paulo sibi æquiore, & in quo equitatus utilis esse nõ poterat. Dux & omnes nobiles ex equis descendentes, acie instructa, quantum per temporis angustiam licuit, non autem licuit satis instruere, adeo hostis properabat, opponunt se illis, cõcurritur, pugnant nobiles primo impetu fortissimè & pari prorsus uirtutis robore, sed ex solis æstu & laboris magnitudine fatigati nobiles, cedere coacti sunt, neque enim possibile fuit ocio assuetos tam diu solem & labores pugne ferre quãdiu poterãt rusticis laboribus exercitati homines. Necessè enim est breui solui omnibus membris qui non exercitatus obit præter cõsuetudines uehemẽtiores labores. Dum igitur ex pugna fatigati nobiles ad equos suos properant, occiduntur ferè omnes. Occubere in eo prælio plurimi fortes uiri, ex multitudine nobilium occisorum est colligere, quantus reliquorum numerus fuerit. Cecidere in illa pugna Austriæ dux Lupoldus uir fortis, Otho marchio de Hochberg, Ioãnes de Ochsenstain, Ioannes comes de Fürstberg, Ioãnes & Ulrichus de Hasenberg, duo comites de Tietstain, Niger comes de Zollern, Vualterus de Gereltzech, Albertus de Rechberg, Fridericus de Monstral, Othmarus Truchses de Vualpurg, & alij quorum nomina memoriæ, quod sciam, mandata non sunt. Insecuti sunt confœderati eos qui fuga sibi consulere nitentur, multos in fuga ceperunt & trucidauerunt. Magnam gloriam & prædã in eo prælio adepti sunt. Habuit occisus Lupoldus dux Austriæ filium nomine referens patrem. Iuuenis erat animo fortis & exercitatus in omni armorum genere. Statuit igitur uindicare patrẽ, & alios apud Sempach occisos. Quare hic Lupoldus dux Austriæ ad Carolum Imperatorem profectus exponit illi sua cõsilia omnia, & queritur de clade accepta, & parẽte occiso apud Sempach, Imperator adhortatur eum ad uirtutem & bello Heluetios confœderatos fatigandos, nihil tamen temerè agat, in omnibus diligenter prius cõsulet, oportunitatemq; temporis obseruet, monet, pollicetur auxiliares manus quando alij occupatus esset. Aggreditur igitur dux Lupoldus Suetes magno animo, conatus, apparatu & ira, multis ex imperio socijs, multis locis tentat fortunã, sed ferè ubiq; aduersa erat. Eo bello comes Vuerdenbergensis Ioannes nomine, & comes Donatus de Tockenbourg copijs suis optimè armatis uallẽ Glarẽsem uastauerunt & direptas domos incenderunt, quibus rebus exasperati Glareani, cõiunctis sibi paucis ex uicinis pagis, adoriuntur hostem in angustijs montium seu uallium committitur pugna, utrinq; pugnatur fortiter, sed confœderati fortius de suis focis & pro libertate pugnant. Vertunt tergum austriaci, sic enim appellabantur omnes in eo bello hostes confœderatorum, occiduntur à parte comitum mille quingenti, Glareanorum & sociorum eorum uix quinquaginta. Fuerunt autem, si credimus qui de eo prælio scripserunt confœderatorum uix mille, hostium uero plures quinquaginta millia. Fugientes Austriacos insequuntur usq; ad oppidum Ursee, ubi ex fuga se recolligere, & requiescere constituerunt. Sed oppidum expugnant Heluetij, cogunturq; noctu ex eo fugere Austriaci per montes in Tockenbourg, Suetes armis eorum & reliqua præda potiti, sequuntur eos usq; in Tockenbourg, illicq; & per totam Durgiam multas deiciunt arces. Et occupant multa quæ adhuc belli iure possidẽt. Cumq; sæpius ita in eo bello malè cessisset, semper paugerentur uires montanorum hominum, & indies caperẽt aliquid, fatigatis utriusq; Heluetijs carentibus sale & frumento (nam de uino nihil dico, non enim morabantur, simplici uictu carnis, casei, lactisq; erant contenti) duce uero Austriæ exhausto pecunia, ceperunt audire eos qui de pace loquebantur, conueneruntq; conditionibus

ditionibus pacis, sed non animis cōcordarunt. Quare pax non diu durauit, odia enim manere necessum erat diu ex tanto & tam cruento bello. Cum igitur quoti die uicini conuenirent, necessariò propter commertia & alteri alteros contemnerent, & in memoriã reuocarent quæ in bellis facta erant superioribus, frequētes cædes fiebāt, & noua bella oriebātur. De quibus in sequētibz fortassē hoc loco satis sit de Heluetiorū fœdere, nunc reuertemur retro aliquot annis. Anno post Christū natum millesimo trecentesimo quinquagesimo sexto, seuijt per Germaniam maxima pestis, quā præcesserat defectio solis & lunæ, maximusq; terræ motus, quo multæ altæ in mōtibz arces, turrez & domus in ciuitatibus & rure corruerunt, maximè in ripis Rheni, illo terræmotu maximè cōcussa est Basilea, multa enim ædificia illic ruerunt, templiq; maioris fundamenta magnum acceperunt damnum. Rimæ enim per muros passim licet uidere, quæ hoc terræmotu factæ sunt. Item iuxta urbem elegātium castrorum quæ terræmotus deiecit, uestigia uisuntur adhuc. Nos mirati murorum densitatem tantumq; pondus potuisse commoueri spiritu in terra incluso, unde nam tam ampli meatus esse potuerint flatibus, terræ altius effossæ qualitatem diligentius inspeximus in montibus & ad eorum radicem, in quibus deiectas uidimus arces, uidimus esse solutum sabulonē, qui uias præbet flatibus. Hac causa flatus in terram illam solutiorē multi admissi multos efficiunt frigidissimos fontes in illis locis. Constat enim inter naturæ peritos ex condensatis in terra flatibus qui æterna lege flant, perpetuos fieri fontes. In nimium igitur soluta pertransit spiritus non condensatus in aquam, in spissa uero nimium non ingredi potest, cernimus, ergo paulò solutiorem ad fontes generandos aptissimam esse. Pestis que secuta est hos ex alto solo egressus spiritus primum per Germaniam grassata est in minorum pecorū greges, mox etiam in armenta maiora, postremo absumpsit maximam hominum multitudinem, potissimum in ijs locis ubi uehementior terræ motus prius fuerat. Erat hoc tempore hæreticus nomine Reghardus Bertoldus de Rorbach qui aduersus ecclesiã hos habebat per suasos articulos: 1. Quod homo timēs deum & gratias agens illi ex pia mente tantam gratiam possit percipere ex cibo communi, ac si frueretur eucharistia sacramento. 2. Quod laicus illiteratus & sacris ordinibus non initiatus, illustratus uero lumine diuini spiritus, cum maiore fructu possit alios docere, quam euangelium aut sacrarum literarum doctores. 3. Quod homo in hac uita tantum proficere possit, ut nec ieiunijs nec orationibus illi opus sit. Quarto nescio quæ prorsus detestanda mendacia de passione Christi senserit, quæ apud historicos literis commissa leguntur. Hic habuit qui credidere eius doctrinæ. Primum uero Herbipoli ab episcopo coactus est reuocare, sed paulò post in eandem hæresim recidit, Spiræ captus est & igne concrematus. Anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo, discordantibus in imperio Principibus & ciuitatibus, corroborauerunt, firmioremq; & auctiorem reddiderūt Heluetij libertatē suam, nec enim parum eius tēporis discordia adiuuit Heluetica fœdera. Anno enim iam dicto Eberardus comes de Vuirtēberg ciuitates imperiales uiginti quatuor, quarum præsidem eum Imperatores fecerāt, afflixit exactionibus iniquis & non ferendis imperialibus liberis ciuitatibus, de hac iniuria igitur apud Carolum Imperatorem conqueruntur, petunt ut eum à tyrannide dehortetur, imperetq; illi ut iustius agat. Imperator Eberhardum uerbis confutat, & ut legibus iureq; agat omnia imperat. Eberardus admonitionem & iussum Imperatoris nihili pendēs, quærit socios quorum auxilio resistere possit Imperatori. Fecitq; fœdus cum duobus Austria, nec in fœderis conditionibus excepit Imperatorem. Quod nō immerito grauissimè tulit Carolus, minā illi sapē, sed nihil minx, nihil ius & æquū Eberardum mouēt, pergīt exactionibus uexare ciuitates liberas. Tandē omnes

Sueuicæ imperiales ciuitates conueniunt Cafarem, exponunt intolerabilem tyrannidem Eberardi, petunt consilium & auxilium, dicuntque se paratos esse suis ipsorum impensis debellare comitem Vuirtembergensem, ducem belli tantum à Cafare petunt, quo maioris autoritatis bellum sit. Imperator cōtemptus multis modis ab Eberardo comite, pollicetur non solum ducem belli, sed etiam auxiliares manus, statimque mittit Basileam, Argentinam, Vuormatiam, & alias quasdam ciuitates, legatos qui petant milites in auxilium ciuitatibus Sueuicæ, nomine suo. Vuormatienses, Argentinenses & Basilienses, alijque à quibus Imperator petijt, miserunt copias aduersus Eberardum Vuirtembergensem. Marchioni Badensi imperauit quoque certum numerum militum. Sed recusauit Marchio, nam sanguine iunctus illi erat Eberardus comes. Eberardus autem est contra magnas copias cogente, multis Principibus clam, nonnullis palam eum adiuuantibus. Carolus intelligens quid futurum esset si uinceret comes Vuirtembergensis, dedit ciuitatibus ducem Rupertum Bauariæ Principem, & ipse iusto exercitu coacto, oppidum Alen obsedit, & expugnatum in fidem recepit. Inde promouit exercitum ad urbem Eslingen, in itinere arces & pagos quæcunque ad comitatum Vuirtembergensem pertinebant igne ferroque uastauit. Venit ex Eslingen ad oppidum Schorendorff quod obsedit, dux autem Rupertus obsidet oppidum Groningen, Cōstantienses & quæ à Constantia usque ad Augustam urbes sunt obsident, Goppingen eodem tempore, hæc tria Vuirtembergensis comitatus oppida obsidentur. Eberardus comes incipit humiliari, suamque superbiam priorem detestari, non habens quo se uertat, socijs expectationi eius non respondentibus, desperatis erga rebus suis propter multitudinem clam misit ad episcopos Augustensem, Argentinensem & Spirenses, petit ut se interponant, pacemque faciant, pollicetur se mutaturum animum & facta sua. Episcopi putantes suum maxime officium esse, pacem inter omnes homines, quantum fieri potest, facere, accesserunt ad Imper. docet quæ ex intestinis illis bellis imperij incommoda eueniantque imperium infirmum, hostes roborentur, ut semel dicam, flectunt animum Imperatoris ut audiat de pacis conditionibus loquentes. Post autem multa commutata uerba, tales pacis conditiones factæ scribuntur: Primum, ut Eberardus Imperatori resignaret omne ius quod se putabat habere in ciuitates imperiales in Sueuia. Deinde ut omnibus qui aduersus eum causam habebant coram Imperatore responderet. Tertio quod non deberet milites, nobiles, barones, & comites commouere aduersus imperium, & nullum omnino imperio bellum mouere. Quarto, ut foedus cum ducibus Austriæ factum renunciatum illis. Quinto, ut nulli eorum qui aduersus imperium se iunxerant Vuirtembergensi duci in eo bello esset fraudi apud Imperatorem, sed omnes reconciliati essent Imperatori, præter duces Austriæ, quos Carolus non uoluit recipere in gratiam. Sexto, ut omnes utriusque partis captiui deberent dimitti. Septimo, ut omnia quæ erant ab Imperatore & ciuitatibus imperialibus capta duci restituerent. Præter Alen oppidum, quod non diu comites Vuirtembergenses tenuerant, adiunxit igitur illud oppidum imperio. Sunt præterea alix conditiones pacis minoris momenti, consulto igitur prætereo. Quantum ex sequentibus temporibus colligo non sunt prædictæ pacis conditiones seruatae, nam post aliquot annos magnam pecuniam hic Eberardus comes Vuirtembergensem, extorsit nomine Imperatoris à ciuitatibus Sueuicæ, quarum se prædicabat præsidem Imperialium. Cum uero recusatet primum dare tantam pecuniam ciuitates, dux contraxit exercitum, multisque modis uexauit ciuitates, eoque redexit ciuitatum quasdam maxime uicinas, ut potius dederint pecuniam, Eslingen dedit 15. millia aureorum, Vima uero dedit 52. millia, Rotuila 10. millia, Rutlingem 15. millia, Lindou 6. millia, Cōstantia 40. millia dedisse lego, sed exemplaria possunt mendosa esse. Quamquam uerisimilius reddat tantum dedisse, quod priuilegia illis propter hanc summam sunt concessa. Dederunt & alix ciuitates quædam
sed

sed maior ciuitatū pars nihil dare uoluit, neq; compelli potuerat, sed in eursiones equitū hostiliū ciuibus suis & milite conducto excipiebant toties, ut ultro tandē quieuerit. Inter has in imperio turbas, & intestina ciuiliāq; bella corroboratū est fœdus Heluetiorum inuictū. Duces Austriae quocunq; modo poterant impediēbant huius Caroli incrementum, & partibus Imperatori aduersis se adiungebāt. Imperator igitur per totum imperiū omnibus principibus & ciuitatibus imperauit milites, & magno coacto exercitu incipit ducere aduersus ducē Austriae, quē in cōditionibus pacis cum Vuirtenbergenſi comite facta in gratiam recipere noluit, dux Austriae per multa cum Heluetijs bella exhaustus, intelligens tantas aduersus se copias duci, mittit obuiam Cæsari episcopos duos, quos putauit auctoritate aliqua ualere apud eum, quibus mediatoribus pax est hoc modo facta. Primum, quod dux deberet renunciare omnia fœdera, in quibus non esset exceptus Imperator, ipsumq; imperium, secundo ut dux exhiberet imperio eam obedientiam & reuerētiam quam maiores eius exhibuerant. Tertio, ut omnes sibi deuinctos qui essent de imperio, liberos remitteret ad imperium, solutis iuramentis & obligationibus, nec in posterum ullos sibi adiungeret. Quarto, datis Imperatori Carolo literis agnouit se in Palatinatu Rheni, in Sueuia, & Alſatia ducē nō esse. Ultimo, ut si eueniret Imperatori uel suis legatis, copijs uel iter in Italiam uel quocunq; locum ut esset liber tutus & apertus per Austriam transitus. Has condiciones accepit necessariō dux Austriae, nam paratus nō erat ad bellum. Si autem illi montani homines qui defecerant ab eo, obediuiſſent adhuc illi, audacter suos duxisset contra omnem Imperatoris potentiam, & hoc ipsum fecit eum tam audacem præteritis temporibus aduersus Imperatorem quod sciebat suos prodeſſores in ducatu Austriae nihil non ausos contra quosuis reges & Imperatores, fretos nimirum robustis illis & animosis uiris qui in illis montibus nascuntur. Circa idem tempus misit Innocentius legatos suos in Germaniā ad Carolū Imperatorem, pro subsidio Cameræ. Quod ut cōcederet Imperator multa iura dedit Pontifex illi in ecclesiasticis rebus, uerū Imperator solus in ea re neq; permittere, neq; negare uolens, cōuocauit Moguntia Principes multos, episcopos Treuerēsem, & Colonienſem, ducem Bauariæ, & ducem Saxonie & alios, quibus cōgregatis iussit Imperator apostolicos legatos corā Principibus mādata sua exponere. Episcopus igitur Caluacensis legatus pontificius multis orauit, sine orationis facto, dixit Imperator, se mirare quo ore audeant tantum pecuniā petere, cum tam male uiuant, & nefandis modis dilapident pecunias. Quur non, inquit ad legatum, prius reformatis clerū uestrū et ostēditis uitā Christo sanctisq; eius dignā, ut corda fideiū piorumq; hominū ultro inclinētur ad dandū etiam si non petatis. Considerate prædeſſorū uestrorum uias, quātum absitis ab illis. Iudiciū domini nō feret diutius. Aderat fortē canonicus ecclesie Moguntine nōmine Cuno de Falckenſten cum capiti serico aureis ligaturis intextis. Hoc capitiū petit Imperator sibi dari, & imponit capiti, suo uiliore deposito, & cōuersus ad presentes Principes dixit, utrum militi an sacerdoti similior in hoc capitiū uideor. Subridebant presentes omnes, canonicus rubore suffusus tacuit. Imperator uero se uero uultu exorsus est dicere longa oratione, de officio clericorum quod debeant esse exemplaria gregis, quantum malorum in totam plebem emanet ex corruptis moribus sacerdotum, rursū docet quantum bona exempla ualeant. Prædicet illis quid futurum sit illis nisi mutant mores, seruiāq; domino non uentri, nihil enim stare posse diu quod non obit functiones suas à deo & natura institutas, demonstratq; quomodo sanctè & inculpatè uixerint in monasterijs & collegijs primi patres, quibus beneuoli homines facti tantas facultates in eos cōtulerunt. Vbi que orationem finiuit, ad Archiepiscopum conuerso uultu grauiore uoce dixit:

Domine Archiepiscopo mādamus qua possumus maxima autoritate ut clerum uestrum omnem reducat in uiam, quo præsint & ministrēt ecclesie ut ædificentur homines, eorumq; uita sit illiteratis liber uiuus in quo discant rectum & pietatem ueram. Præcipimus uero, inquit, ut quàm primū abusus uestiū & calceorū, ludorum & cōpotationum tollatur. Et in ieiunijs & orationibus toti sint. Quod nisi fiat, minatur, se mutaturū personas, operamq; daturum ut pij uiri & digni fruentur beneficijs ecclesiasticis, nam in pios usus esse contributa illa bona. Hunc animum & hoc iudicium in Imperatore audientes pontificij legati, excusare se conantur, inquentes, Pontificem in hoc esse ut corrigat quæ emēdanda sunt per ecclesiam, & quotidie emendare, sed nullum hominum statum posse irreprehensibilem esse, homines esse, non angelos, in hac uita, & multa in hanc sententiam locuti legati conscenderunt nauem, in qua secundo flumine Coloniā uecti sunt, ibi ciuitate & episcopo permittente magnam collegerunt pecuniam. Imperatori autem nō placuit animus eorum cum hoc iudicio de ecclesiasticis personis. Hoc tempore, quantum uis resisteret Carolus Imperator, apostolici legati magnam ex Germania pecuniam Romam pertulerūt. Sub idem tempus misit Pontifex Innocentius Spiram literas, quibus præcepit ad apostolicā cameram mitti mediam partem omnium fructuum beneficiorum uacantium aut uacaturorum duobus annis in tota diocesi Spirēsi. Et apud alios episcopos quoque tentauit, sed noluerunt consentire. Carolus hic Boēmiam bonis legibus, ac religionis cultu exornauit, singulare enim illi studium fuit religionis, & morum bonorum, atque etiam literarum. Vniuersitas Pragæ ab hoc Carolo est fundata, & ad educandam docendamq; iuuentutē monasteria instituit, imitando honestissima maiorum exempla Pragæ quoq; constituit archiepiscopatum, ante Carolum enim, nulla erat Pragæ Metropolitana ecclesia, sed sub archiepiscopo Mogūtino erat. Boēmiam præcipuè amauit multas arces, multas ecclesias exædificauit per Boēmiam passim. Imperator hic Norinbergæ multas institutiōes melioribus legibus correxit, collegia em̄ artificū prona ad seditiones mutauit. Eo enim tempore excitarunt magnam seditionem aduersus magistratum suum & Imperatorem, nescio quem, popularem urbis statum cupientes, qui consistere non potuisset. Misit illo tempore Carolus cum esset Norinbergæ ad Innocentium Papam legatos duos episcopos Argentinesem & Pragensem, per illos postulauit à Papa ut multa per ecclesiam reformaret. Item ut omnia quæ à pontificia sede aduersus Henricum 7. qui erat auus Caroli, essent promulgata reuocaret, & irrita pronunciaret. Pontifex legatis respondet se omnia facturū ad Caroli sententiā, quando quidem uideat eum nihil petere nisi ad Rempub. & religionem, felicemq; ecclesie statum faciētia. Post natū saluatorem annus 369 per totam Europam miræ fecunditatis, uinū & frumentū uilissimū fecit. Hoc anno Urbanus 5. qui Innocentio uita defuncto successerat, tumultuante Italia, misit legatos ad Carolum Imperatorem ut ecclesiam ab hostibus defenderet, præcipuè à Bernaboue, qui omnia depopulabatur, neq; Imperatorē, neq; Papam, neq; deum respiciens, cum quo tamen Carolus pacem fecit anteq; ingrederetur Italiam. Inuitante autem serio & sapius Imperatorem Pontifice Urbano, copias ex Boēmia & Germania cōgregatas ducit in Italiam, multis nobilibus, baronibus, comitibus & Principibus comitatibus eum. In Italia ciuitatibus ubique honorificè adueniens exceptus est, in itinere litigantes composuit, sine quantum fieri poterat, sanguine. Vbi uenit Pisis conuocauit magistratus uicinarum ciuitatum, & causis cognitis iudicauit secundum leges iustissimè, sciens quantum autoritatis, amoris que iustitia Principi conciliet apud omnes homines. Res imperij ordinauit tum etiam Pisis. A rebellibus & seditiosis quàm primum potuit extorsit pecuniā, nam utilissimum Reipublicæ iudicauit illas urbes maximè

maximè egestate inopiâq; laborare, quo non haberet facultates bonis negotium faciendi. Senis cum esset, rumor in populo exortus est quod Imperator uelit ciuitatem in ultimam seruitutem redigere, quare ciues arripuerunt arma, & penè Carolum oppresserunt, cum nihil tale expectaret, sed uirtute militum Germanorum uicit, multosq; Senenses occidit. Romæ ueniens exceptus est honorificè & multa cum Pōtifice decreuit, sed postea parum est effectū datum. Nec longā moram fecit Romæ, quoniam omnia illi fuerunt suspecta, & pleraq; displicuerunt, quæ propter temporum maliciam mutare nō poterat. Præterea multa eum in Germaniam reuocarunt. Quam ob rem recepit se cum copijs suis in Germaniā. In Germania multa inuenit turbata, ex quibus omnibus cū uideret se extricare uix posse, & multas partes cerneret potētes, quæ post mortem suam filijs suis suppressis peruenturæ essent ad imperium, incipit cogitare quo pacto posset filiū suū Vuenceslaum regem Romanorum facere, tentat igitur Principum electorum animos muneribus & officijs allicere ad suum filium eligendum. Sunt autores qui scribunt singulis electoribus Principibus centena millia florenorum promissa, post electionem uero cum patri Carolo soluendo non esset, Principibus electoribus obligasse pignoris loco uectigalia, oppida, & telonia imperialia. Nos hoc loco nihil asserimus, quæ commissa sunt ab alijs literarum monumētis bona fide paucis indicamus, est igitur, procurante patre, supra millesimum trecentesium, septuagesimo anno Vuenceslaus electus Imperator Francofurdia, magnâq; de se præbuit spem. Quatuor annos ante Vuenceslai electionem Friburgenses & comes eorum Aëgo nomine inter se habuerunt magnas similtates, plus iuris in ciues sibi arrogabat, & exactiōibus latu difficilioribus uexauit eos, quare cum ciues sapius hoc essent conquesti apud Imperatorem, nihilq; auxiliij possent consuequi, imperatorem occupato alijs, excluderunt comitē coacti eius tyrannicis exactiōibus, & fœdus cum Basiliensibus quorum prudentia, autoritas, constantia, fortitudo & fides magna erat non solum per imperium Romanū, sed per totam Europā. Anno igitur millesimo trecentesimo sexagesimo sexto in uigilia annūciationis diuæ uirginis Mariæ, comes conatus est per insidias Friburgū capere. Sed Friburgenses præuenientes eum repulerunt. Dux repulsus, detectisq; eius insidijs, cepit copias augere maioribusq; uiribus bellum gerere. Friburgenses coniunxerunt sibi etiā uicinas ciuitates Neoburgum & Brisacum. His socijs auxiliarijs captam arcem quæ super urbem est deiecerunt, & in monte præsidio sufficienti collocato, obsidione cingunt oppidum Endingen, quod obtemperabat comiti, ad quod liberandum cum copijs accelerat comes, aduenienti Friburgenses occurrunt, soluta obsidione, neq; enim inter oppidum hostile & hostilem exercitum claudī tutum putabāt. Comes habebat secum multos nobiles milites exercitatos multis bellis, Friburgensibus appropinquantibus adhortatus est suos ad uirtutem præstādam, gratitudinem pollicetur, in loco æditiore aciem instruit, numero equitum longè superior, peditatum si non maiorem, at certè non minorem habebat. Friburgenses odio tyrannidis concitiores tumultuariè instructa acie in loco sibi paulo iniquiore aggrediuntur hostem, equestre fit primum prælium, sed ob multitudinem hostium Friburgenses equites cedere sunt coacti, quæ res non parum terruit & peditatum, nihilominus adoriuntur fortiter hostem, fit atrox pugna, & equites Friburgenses denuo pugnant, dum autem neutri cedere uolunt, multi cadunt, capiuntur multi, multi in Rheno suffocantur. Post hoc præliū, episcopus Basiliensis, & episcopus Argentinensis Cōstantiensisq; & quidam alij proceres pacem inter eos fecerunt, utrisque bello afflictis. Cum autem & Friburgenses & comes animaduertent, per omnem hominū memoriā odiū etiā in posteris duraturum conceptum ex tot mutuis cedibus, accepit comes oblatam

oblatam à Friburgēſibus pecuniæ ſummam, & eos manu miſit liberos. Sed ſunt qui putāt pecuniā comiti numerāſſe Auſtriæ ducem, cuius poſtea ſubditi facti ſunt, ſicut adhuc hodie domui Auſtriæ obediunt. Erant hiſ temporibus frequen- tes diſcordiæ ducibus Auſtriæ & alijs uicinjs nobilibus, cum confœderatis Hel- uetiorum. Anno ſeptuageſimo primo ſupra milleſimum trecentefimum Vrba- nus Papa per totam Europam miſit nūcios apoſtolicos, qui adhortati ſunt popu- los ad expeditionem cōtra Turcos ſuſcipiendā, eiꝝ expeditionis nomine ma- gnā pecuniā conſlauit. Indulgentias conſeſſit in plurima annorum millia iſs qui aliquid contulerunt, iſs uero qui militatum irent in eam expeditionem, cœle- ſte regnum clauibus apoſtolicis aperiebat. Verum cum uis non parua pecuniæ eſſet collecta, Pontifex in Galliam profectus moritur, pecuniæq; in neſcio quos uſus conferur. Quanquam enim eodem anno alius creatus ſit Pontifex nempe Gregorius II. tamen antequam hic ad pontificatum perueniret diſtracta eſt colla- ta pecuniā in expeditionē contra Turcā. Erat poſt Urbani obitum Italia & urbs Roma confuſa factionibus. Potentiores ciuitates inceperunt aduerſari pōtificiæ ſedi, multis enim annis fuerat curia Pōtificis Romani Auinione in Gallia, & mi- nor erat autoritas Papæ, qui propter B. Petrū & locum Romā magnus & Ponti- ficum primus habebatur. Italiam, patrimoniū B. Petri per uicarios gubernabāt, hinc multæ ſeditiones, & ciuiles cruentæ diſcordiæ oriebantur. Florentini præci- pue iugum Pontificū Romanorū abiecerunt, erat in Italia legatus Pontificis ho- mo durus & faſtu turgidus, qui in annonæ caritate negabat ciuitatibus frumen- tum, quod habebat in ſua poteſtate. Peruſinis ergo rebellantibus miſerunt Flo- rentini auxiliares manus, quarum ope arcem in urbe ceperunt & pontificiam ſa- militiam eiecerunt. Bononiensēs exemplo illorum paulo poſt quoq; rebellant, quibus Peruſini & Florentini ſe coniunxerunt, iſ ergo ſolicitarunt ad defeſſio- nem alios, & facile multi mouebātur exemplo tam potentum ciuitatum. Roma- ni quoq; aduerſus pontificias cōſtitutiones crearunt magiſtratus. Gregorius Pa- pa ubi cognouit Peruſinorum, Florentinorum & Bononiensium defeſſionem, copias armatas ex Gallijs mittit in Italiam, & cum copijs mittit ſimul cēſurarum & anathematum fulgura & fulmina. Florentini uero & eorum ſocij opponunt ſuas copias pōtificijs. Simul mittunt legatum ad Pontificem in Galliam, ei expo- nunt quibus cauſis moti fuerint ad reſiſtendum legatorum pontificiorum tyrannidi. Excusant ſe, & ſimul docent, quid mali aſſerat abſentia Papæ ab Italia, nec ſa- ctum odio Pontificis eſſe, ſed quod cupiant eū apud ſe Romæ habere. Accuſant autem nominatim legatos quosdam, indicantq; eorum iniqua facta. Pontifex ue- ro ciuitatum legatis reſpondet durius, docet, quā contra diuinas & humanas le- ges ſit magiſtratu non obedire, multo uero maius piaculum eſſe tanto magiſtra- tu non obedire, hoc eſt ſummo Pōtifici. Quam ob rem imperat ſi uelint ſuā gra- tiam habere, ut obediant nūcijs ſuis, tanquā ſibi ipſi. Poſtea ſatis claris argumen- tis & ſignis intellexit plurima & maxima mala nō ſolum in Italia uerum etiam in tota Romana eccleſia eueniri, propterea quod Romæ Pontifex non habitet. Et exemplū dedit alijs eccleſiaſticis prælatis ſuas eccleſias relinquendi. Et cum iuſſit episcopos domi apud ſuos eſſe, audebāt quidā reſpōdere, episcopus Romanus non Romæ habitaret. Quare decreuit curiam papalem trāſſerre Romam, ſed ex Gallia diſceſſurus diſſimulauit diligenter ſe profectiōem cum tota curia parare ad urbem, nam in Gallia iam manſerat curia pontificia ſeptuaginta annis, quare Galliam iure ſuam eſſe putabant, & per uim retinuiſſent, niſi quaſi aliud agen- do clam diſceſſiſſent. Venit ergo Pōtifex Romam magna cum Romanorum & multarum Italicarum ciuitatum lætitia ac ſuo aduentu finiuit bellum. Hoc tem- pore ciuitates imperiales in Sueuia gēſſerūt non paruum nec incruentū bellum cum

cum duce Vuirtenbergenſi Eberardo, Comite enim de Helfſenſtain in arce Nyberga trucidato ciuitates cōſcriptis copijs aduerſus eum tendūt, quibus nō procul à dicta arce occurrit comes Eberardus, & cōmiſſo prelio ſuperauit, magna occiſa, magna capta, magnāq; uulnerata multitudine. Poſt hoc præliū facta eſt Principibus quibuſdam mediatoribus, pax. Hoc tempore Turci aduētus timor magnus inuaſit Italiā, quā ob rem Pōtifex ad Caſares Carolum & Vuenceslaū legatos mittit, ut rebus eccleſiæ periclitantibus ſubueniēt, pacem faciāt inter Chriſtianos Principes, ne omnes inter ſe bellantes, non ſibi ſed Turco laborēt. Mittit & ad alios Principes, nullam pacem non honeſtiſſimā eſſe quæ fiat propter cōmunia eccleſiæ cōmoda liberaliter promittit per Gallias, Hiſpanias, Britāniam, Germaniam, Vngariam, & alias Romanā eccleſiam audientes gentes, prædicando crucem, ſic enim uocabāt quādo cōcionatores plebem excitabant contra hoſtes eccleſiæ. Sed diſcordia Principum fuit in cauſa ut Pōtifex fruſtra parturierit expeditionē in Turcos. Anno poſt domini ſalutis noſtræ 1377. denuo erat bellum inter comitem Vuirtenbergenſem & ciuitates Sueuiæ, poſtquā ergo comes ciuitatibus, ciuitates uiciſſim comiti multa intuliſſent mala, quadā nocte paucis diebus ante feſtum Ioannis Reutlingenſes cum ſociorum auxiliari manu exiuerunt, & latuerunt in arbuſtis donec paſtores ex oppido Vrach & Tetingen mane ſummo pecora in paſcua agerent, quæ omnia abegerūt, & pagum Tetingen incenderūt, cum uero cum præda reuerterentur domū, Vlricus iunior comes de Vuirtenberg magno cum equitatu per aliam uiam præuenit eos & obuiam illis uenit ac ſiueniſſet ex urbe, ſed ciues diligenter obſeruantes ſuos, periculo ſuorū intellectu, erumpunt per aliam portam, circūdatur ita comes præter ſuam expectationem cōſeruntur manus, ſit atrociffimum prælium, ſed comes par eſſe non potuit, & perturbato ordine fugere conatur, ſed circūſepto hoſtibus armatis, nulla patet fugiendi uia. Occubuerunt in ea pugna plurimi nobiles, Ioannes comes de Schuatzrēburg, Fridericus comes de Zollern, Vlricus de Tūbingen, Suigerus de Gundelfingen, Goſfridus de Vuinſhen uexilifer, Reinhardus de Nyberga, Ioannes de Seldeneck, Bernardus de Sachſzenheim, Vuolfo de Stamhen, Magiſter curiæ comitis de Vuirtenberg, Benzo de Hohenſtein, Ioannes de Rudenberg, Ioannes de Luſtnou, Siſridus de Villenberg, Cōradus Kyfer, Vualtherus de Hohenfels, Cōradus de Hoſingen, Suigerus de Gemingen, Scharbo de Bernhuſen, Hēricus Vualer, Siſridus Vualer, Cuno Truchſes de Buchiſhuſen, Eberhardus de Sternfels, Henzo de Liechtneck, Ioannes de Sperberſeck, Andreas de Gyſſingen, Vlricus de Liechtneck, Diopoldus de Nydlingen, Cunzo de Stamhen, Vuolfo de Phauhuſen, Vuolfo de Iungingen, Vualtherus Sper de Eſtetten, Siſridus Franco de Erdt bach, Hermānus de Rathocē, Ioānes de Grunbach, Cuntz de Hediken, Raue de Liechtenſtein, Volcklinus de Kruthen, Ioannes de Grunbach Guilielmus de Knishem, Conradus de Limppach, Hermannus de Boeſtain, Rupertus de Gebſydel, Ioan. de Lor, & multi alij nobiles, nam hi quos enumerauimus omnes fuerunt nobiles, famulorū nomina non extāt, & longius eſſet recensere. Ipſe filius comitis de Vuirtenberg Eberardi, aliquot uulneribus acceptis cum quibuſdā alijs fuga elapſus eſt et peruenit ad arcē Acheln. Reutlingenſes equis & reliqua præda potiti, captis aliquot, oppidum ſuum uictores ingreſſi ſunt, nec paucis ex ſuis amiſerunt. Petierunt autem nobiles ſuorū caduera, quæ illis Reutlingenſes dederunt. Durauit hoc bellum diutius, quod Carolus Imperator ſentiebat iam cum duce Vuirtenbergenſi. Sueuiā ex hoc bello multa paſſa eſt mala, nam uillæ ruſticę integriq; pagi utriuſq; partis exuſti ſunt, & fruges contrite in agris, quæ res multos pauperes ruſticos ad mēdicatē perduxit. Poſtquam accepit comes Vuirtenbergenſis hanc in ſignē memorabilemq; cladem,

dem, comparauit maiores copias quam antea in eo bello consuenerat, arma uicq; omnes suos subditos. Cōtra quoq; ciuitates conscripserunt auctiorem exercitū, sed iusto praelio non dimicauerunt, alteri autem alteros uehementius uexauerūt. Eodem tempore Lupoldus Austriacus dux oppidum Feldkirch cum adiacenti bus quibusdā emit à Rudolpho de Vuerdenberg, hic enim tueri se posse non spe rauit, ille putauit sibi usui magno fore in bellis gerendis cum confœderatis Helue tijs. Nō diu post propter eandem causam ab Alberto de Vuerdenberg idem Lu poldus emit Bludentz & sanctum Montem. Hoc etiam anno Imperator Caro lus nō exiguis copijs Vlmā urbem obsidione totam cinxit, deuastratis eius agris. Erat autē comes Vuirtembergensis socius Imperatoris in eo bello, diu uero ubi fru stra tempus tereret ad urbem munitam optimè fossis, muris, ciuium fortitudine, constantia & concordia (quæ est præcipuum ciuitatum robur) nulla capiēdi spe apparente, obsidione autem multum pecuniæ deuorante, soluit obsidionem. Po stea Vlmenses cōiunctis sibi alijs uicinis cōfœderatis ciuitatibus inuaserunt Vuir tembergensem principatum, & aliquot arces ceperunt, pecora abigerūt, eo anno uario martis fauore dimicatum est inter Vuirtembergenses & ciuitates. Hoc tem pore magne dissentiones inter episcopos, omnes prælatos ecclesiasticos & uulga res sacerdotes, Pōtifice enim Gregorio partem fructuum beneficiorum exigen te & contra recusantes fulminante, alijs omnes processos Papæ cōtemnebant, alijs reuerebantur, & ita fiebat ut contraria de Pontifice in sacris cōtionibus docerēt, illis se nihil debere, istis summo Pōtifici omnia ecclesiastica subiecta esse, proban tibus. Hoc tēpore Imperator Carolus incidit in grauem morbū, ubi autē aduersus omnia medicorū præsidia morbū præualere uider, cōuocatis suis, mandat quæ fie ri uelit post obitum suum, dispositis rebus, suaq; uoluntate indicata, obdormiuit.

DE GERMANIS

LIBER VIGESIMVS SEXTVS.



Carolus Cæsar reliquit filios duos Vuenceslaū & Sigismū duth, quorū natu maiorem Vuenceslaum octo annis ante mortē Im peratorē appellauit, ut diximus. Hoc tempore Gregorio Pon tifice mortuo, Romani & Italiæ ciuitates miserunt nuncios ad Vuenceslaum ut operam daret, quo eligeretur aliquis qui Ro mæ habitaret, nam Galli omnibus uiribus conabantur reduce re Curiam pontificiam in Galliam, quare Gallum quēpiam cupiebant. Hæc ele ctio quo tumultu sit facta satis est ab alijs traditū. Itali enim elegerunt Urbanū 6. Galli elegerūt Clementem 7. Urbanum Pontificem agnouit Italia, Germania, & Vngaria. Clementem Pontificem summum appellauit Gallia, Hispania, Ca thalania & Anglia, hi Urbanū, illi uero Clementem, antipapam & apostaticum non legitimè seu canonicè electum, uocabāt. Vuenceslaus fouit serio partes Ur bani, qui studuit ut q̄ plurimos sibi faceret amicos, Italiæ ciuitatibus multa cōdo nauit. Et idem studium amicos comparādi fuit Clementi. Vterq; Principes sibi non fauentes clām & palām odiendo, causam præbuit multorum bellorū. Quo niam regina Apulix fouebat partes Clementis, Pontifex inuitauit ad occupan dum regnum Vuenceslaum, cui cum non uacaret uenire, Carolus Vngarix regi bus originem ducens, inuitatur, qui ubi ad Urbanum uenit Romæ unctus & cō ronatus est rexq; Siciliæ appellatus. Ante uero quam eum fecerit regem Siciliæ Pontifex suis nepotibus meliores eius regni principatus, nempe Amalfitanum & Capuanū & alios dedit, Carolo futuro rege iureiurando pollicente se ratū ha biturum

biturum quid Papa mutarit. Carolus Romæ salutabatur in Curia pontificia rex Siciliæ. Interea dum hæc Romæ aguntur, Anna regina, Siciliæ uidua nubit alij uiro Othoni duci Brunshuigenfi, quo marito Germano, secum adducente in Siciliam copias ex Germania, putat se bene defensam. Vbi autem intellexit hæc mulier & a Pontifice Romano accersiri milites ex Germania, nam Vuenceslaus totus deuotus erat huic Urbano in filiū adoptauit (cum ipsa careret liberis) Galliarum regis fratrem, Andegauensem ducem Ludouicum nomine. Cum ergo Carolus rex coronatus nihil omnino haberet quo occuparet regnum, & iam inciperet rideri rex & Pontifex creator regis sine regno, Pontifex constituit effugere hanc nominis iacturam, quare cum & ipse esset tenuius pecuniatus ecclesiarū & monasteriorum possessiones ciuibus Romanis uendidit, contraxitq; ex illis ferè centum aureorum millia. Suppellectilem auream & argenteā ecclesiasticā quoque mutauit in monetam, illa pecuniā usus in stipēdia militum Carolus, copias ducit primo Neapolim, eam urbem per fraudem quorundā ciuium cepit, in qua accepto à ciuibus iuramento fidelitatis, & ordinatis cōfirmatisq; rebus, castrū nouum, in quo erat cū sua familia & amicis regina Anna, obsidione castrū terra & mari quantū per exercitus magnitudinē fieri potuit, circūdedit, nec ita tamen circūsepire potuit, ut nō ingredi et egredi qui uellent possent, saltem per mare, nam classem non admodum multum ualebat rex. Otho dux Brunshuigenfis obsessæ reginæ maritus, cōiugem uel potius fortasse regnum dotem nō deserere uolens, adducit copias militum Italarum & Germanorum non contemnendas, quibus obsedit Neapolim Carolo proditam. Carolus autem in urbe obsessus, tali dolo aduersus Othonē usus scribitur, adulterato secreto sigillo reginæ, & imitatis characteribus quibus cōsueuerat uti Anna regina, nomine reginæ scripsit ad Othonem, ut aliquot fidissimis comitibus ueniret noctu hora & loco indicatis, ibi constituta noctis hora uētuos qui indicent eis uiam & rationem occupandæ urbis. Otho ad horam & locum designata uenit cum Marchione Montisferrati, fratre suo Germano Baltasare, & alijs tribus uiris primæ nobilitatis & apud ducem Othonem fidei, cum ad locum perueniūt, occiditur Marchio cum alijs duobus, Baltasar est elapsus per noctis tenebras. Otho uero captus ductus est in urbem, non sicut sperauerat cum duxit uxore reginam. Otho autem prorsus uir Germanici spiritus ductus ad regem Carolum, nec capite nec genibus flexis ullum demissi animi signum dedit, sed corripientem regem uerbis confutauit, liberè edisse reus ad quem pertineret ius regni Neapolitani, & Siciliæ. Carolus libertate uiri offensus, talemq; animum in eo ueritus iussit Othonem duci in carcerem diligentiq; custodiri. Exercitus ante urbem duce destitutus soluit obsidionem, dissipatisq; milites domum se conferunt. Anna in arce obsessæ filij adoptati aduentū nesciens, in quo uno spes reliqua erat illi, postulauit liberū & tutū cum Carolo colloquium. Conuenerunt ergo in orto arci contiguo, & Anna in hunc modum est affata regem. Ego te hactenus ut filiū amaui (nam matrem Caroli huius aluerat hæc Anna) nunc uideo te, disponente deo, mihi esse dominum factum, pero igitur à te ut me iam uicissim & maritum Othonem cōmendatos habeas, si unq; tibi aut tuæ quæ te peperit matri aliquid bene feci. Carolus placido uultu mansuetissimè respondit, te non minus quàm meā matrem dilexi, & id intelliges posthac melius, teq; & maritum tuū Othonē cōmendatissimos habebō, &c. Comitātē & beneuolentiā omnem simulāte oratione Caroli uicta Anna, sperauit in homine gratitudinē animi magnam & dignam Principi. Quare fidei eius dedit se & castrum & omnia quæ in eo erant. Estq; reuerenter educta de arce in elegatissimas urbis ædes, comitata pedisequis multis honorifice, sed, si scriptoribus credimus, paulò post missis militibus, in precibus ad deū deprehensa, strangulata est.

Baronibus eius captis. Et hoc modo totum regnum occupauit, sed præstantiorem regni partem, consanguineis Papæ tradere ex pacto coactus est. Præterea in ecclesiasticis prælaturis omnia immutauit Pontifex Romanus, nam senserat cum Clemente Gallorū Papa, misit enim illuc legatū cardinalem qui omnes ecclesiarum prælatos episcopos, abbates, & totum clerū qui reginæ adhæserant, multis crudelibusq; modis affectos & ignominæ notatos beneficijs & dignitate priuatos in exiliū misit, & alios in locum eorū Vrbanus cōstituit. Dum hæc in Neapolitano regno geruntur, adoptatus filius Annæ de cuius mulieris fatis iam diximus, Ludouicus dux Andegauensis à Clemente Pontifice in Gallia ungitur & coronatur in regem Neapolitanū, quare à fratre rege Gallorū adiutus ualidum cogit exercitum, in quo habuisse fertur bene armatos equites 30. millia, peditatum uero centum millium, superatis igitur alpibus uenit in Italiā, Vrbanus immodice terretur & Carolus eiusq; adhærentes omnes muniunt urbes, in Germaniā pro auxilio mittunt legatos ad Vuenceslaū, per Italiā cōtrahunt tumultuariè exercitū. Multo uero magis terruit quod in Italia erant qui odiū in Vrbanū & amorē erga Clementem occultabāt. Dux igitur Ludouicus à Bernaboue uicecomite honorificè excipitur & tractatur adhortaturq; ad premendū propositū, & occupandā totam Italiā non tantū regnū Neapolitanū, & non solum Carolum ex regno per dolum occupato eiiciat, sed & Vrbanū antipapam ex pōtificatu deturbet. Vbi in Heturiam cum Gallorū copijs peruenit, occurrunt illi obuiam Aretini exules auxiliū aduersus suos cōciues petunt, qui illos elecerant, q̄ senserant cōtra Vrbanū cum Clemēte Gallorū Pontifice summo. Ludouicus dux castra mouet ad urbes Aretinæ mœnia, Carolus ante Ludouici aduentū firmum præsidium in eam urbem collocarat, quare eruptionibus nocte dieq; factis ex urbe, multi quotidie cadunt, tandem post multas oppugnationes expugnatā urbē militibus prædā facit, estq; miseris hostilibus modis uastata & direpta. Castrū autē urbis propter loci munitiōnem & præsidia quæ ex urbe capta cōfugerant in illud, capi nō potuit, quanquā cōtinuo sesquimensē impugnata sit multis artibus & instrumētis bellicis. Quare soluere necessario coactus arcis Aretinæ obsidionē, recta tēdit in mediū regnum à Carolo occupatū modo quo dictū est, magna statim defectio facta est à Carolo, fuerunt enim multi qui uehemēter offensi erāt, morte reginæ Annæ, nam fidē illi non seruata, & indignissimè supplicio affectā à Carolo quæ cum paupere matre sua domi aluerat. Hoc ergo perfidū facinus multos alienauit ab eo, nō tantū propter misericordiæ affectionē, sed propter perfidiā & ingratiudinē, quæ uitia in quocunq; animāte sunt, nihil boni sperādum ex eo, ideo natura docēte, nullis ferē magis offendimur, quis enim nostrū, non statim odit, etiā quem nunq; uidit hominē, cum audit benefactoribus ingratum fuisse, & credētem fidei datæ fefelisse, ut taceā, occidisse, & sic occidisse mulierē. Quapropter actum erat de regno Caroli nisi casus eū seruasset. Ludouicus enim iam duas insignes regni ciuitates ceperat, sed Ludouicus dux morte in medio cursu abreptus est cum multis alijs Principibus uitis exercitus sui. Tradit ab hostibus fontes ueneno infectos fuisse quibus usi sunt. Nam & gregarioū militum, qui ea usi sunt aqua, multitudo motua est duce defuncto uita, exercitus redit dissipatus in Italiā. Et expeditio tantorum conatuū tātaxq; spei ita euanuit, habuitq; illum finem. Circa annum domini 1380. Ludouicus Vngariæ rex duobus annis ante mortē filiā suam desponsauit Sigismundo fratri Vuenceslai, filio Caroli, Imperatorum, deditq; illi in dotem regnum Vngariæ. Alterā quam habuit, filiā dedit duci Austriæ, deditq; in dorē Poloniæ regnum. Eodē ferē tēpore Carolus Galliarum rex Isabelam ducis Bauariæ filiā uxore ducit puellam formæ & morum elegantia præstantissimā. Vrbanus his tēporibus cōtra Turcā hortatur per legatos suos omnes Principes per ecclesiam Romanam.

Romanam. Et tribus archiepiscopis electoribus imperij, cardinalatus ultero obtulit, sed recusarunt, qua causa autem noluerint suscipere eam dignitatem, nescio. Urbanus Papa, ut historici referunt, pro ingenij sagacitate intelligens quanto Germania sibi esse possit usui, precipue potentissimi Principes Venceslaus & Sigismundus, aduersus Clementem Papam in Gallia aduersarium suum, mittit ad ambos Imperatores Vuenceslaum & fratrem eius legationem cum multa benedictione apostolica & inuitat eos Romam, animum & studium suum declarare cupiens erga eos, ut ipsi uicissim copias suas in auxilium contra Clementem mittant. Prorsusque conciliauit illos sibi, totosque suos fecit Urbanus. Quare ex Germania Vuenceslaus mittit legatos ad Clementem Auinionem, & ceu Imperator dehortatur eum a schismate, ut pontificatum deponat, potiusque ecclesie commodis quam suis affectibus consulat, etiam atque etiam rogat. Clemens, non ignarus quam intimum Vuenceslaus esset Urbano, iudicansque omnia facere Urbani non ecclesie totius nomine, ignominia legatos Cesarianos affectit, quosdam ex eis sacris ordinibus initiatos coniecit in carcerem, & ceu maleficij reos torfit. Quod male & non immerito habuit Vuenceslaum & fratrem eius Sigismundum, ineperuntque ab eo tempore omnia pro Urbano contra Clementem que potuerunt facere. Hoc tempore Urbanus Naxorum obsessus & in presentaneo periculo constitutus, cum desperaret de salute, Lothar Germanus Sueuus cum paucis Germanis armatis liberauit eum & Genuam duxit salutem. Genuam tum quinque cardinales colligatos in sacrum in mare demersit, duo cardinales Ravennas scilicet & Galeorus clam se subdixerunt, & quod crudele exemplum in cardinales displicuit, & quod eandem fortunam timuerunt, peruenerunt autem ad Clementem in Galliam a quo magno honore excepti sunt, multa enim mala de Urbano dixerunt, & spem illi fecerunt Urbanum diu durare non posse tantam tyrannidem exercentem in innoxios bonosque uiros. Urbanus omnem suam spem ponit in Vuenceslaum electum Imperatorem, quem sperat inuitatum propediem cum Germanis in Italiam uenturum. Otho de Brunshuig post tres demum annos de carcere euasit, sed in itinere iterum captus a militibus Clementis pontificis, ducit ad Papam Auinionem, a pontifice liber dimissus uenit rursus in Apuliam, auxilioque amicorum & ciuium Neapolitanorum fauore urbem Neapolim occupauit. Carolus erat in Ungaria, regina uxor Caroli cum filio Ladislao et Anna filia fuga elapsi sunt. Otho uero paulo post obiit die suum, & recepit Neapolim Carolus, & miserè afflixit totum regnum exactionibus intolerabilibus, et uicinas Italie partes eodem modo cepit premere, & collegit magnam pecunie uim quam in stipendia militum omnem consumpsit nam cum ita administraret regnum ut timeret ab omnibus omnes erant ei quoque necessario timendi. Præterea etiam magnis indigebat copiis, quod animum ad regnum Ungarie adiecerat, defuncto enim hac uita Ludouico rege Ungarie sibi deberi regnum assererat, maiorique animo et conatu nitetur possessionem eius regni consequi, quod in Ungaria libentius uitam agebat. Quare commisso Neapolitano regno uxori Margarite & amicis quibus fidebat plurimum, ipse parat profectioem in Ungariam. Sed Ungarie Principes plerique Sigismundo adulescenti nomine dotis deberi regnum sciebant, & cum desponsauit illi Ludouicus rex filiam Mariam deditque in dotem regnum, consenserat primates regni, quare statim post patris mortem coronat eam filiam in reginam Ungarie, Sigismundus enim maritus eius nondum ex phebibus excesserat. Mater autem Mariæ desponsata Sigismundo, nomine regine puellæ filia sua regnum negotia administrat, & alios Princeps contemnens, alios consules in gerendis rebus se ipsam iudicem prudentissimam (magnam malum magnaque pestis est foemina que uidebit sibi prudens) regnum breui tempore factionum discordijs impleuit mulier ad obediendum & nondum nata, non ad imperandum. Quare Principes ab ano contempti mittunt Neapolim legatum episcopum Zagabriesem ad Carolum in Ungariam ad regnum occupandum ultro currentem incitant. Carolus igitur Ungarie rerum statu cognito, festinat, ce-

lriteriq; cum episcopo ad urbē Zagabriensem uenit. Illuc statim Vngariæ proce-
 res ad regem confluunt, alij timore, alij muneribus, alij pollicitationibus, nō pau-
 ci rerum nouarum studio ducti. Anus ipsa quoque repentino eius aduentu ter-
 rita mittit ad Carolum nuncios qui excipiant eum familiariter, & adhortatur ut
 adsit sibi in gubernandis rerum habentis, ut eum consulat pro sua prudentia & fi-
 de. Postremo prorsus cedit illi, tradit que regnum & se in manus eius. His re-
 bus cognitis Sigismundus Vngarorum perfidiam, & Caroli astus & insidias ue-
 ritus recipit se ad fratrem Vuenceslaum. Carolus blandimētis fictis affatus anū,
 promittit se eam matris loco habiturum. Et nihil cōtra eius sententiā & animū
 facturum. Quare breui post in Alba regali ab episcopis coronatur & ungitur in
 regem Vngariæ Carolus. Sed Principio statim regni, totā ferē Vngariā à se alie-
 nauit, & regni Principes anteq; reginā despiciens per omnia superbe odiosq; im-
 perabat. Mulier (ut hoc genus ingeniosum est ad dolos) anus regina adhibito in
 cōsiliū Principe Palatino Garensi, uersat in animo quibus nam artibus possit
 Carolus clam ē medio tolli, nam armis palām fieri impossibile uidebat. Habebat
 autē Garensis apud se iuuenē audacem promptūq; ad quoduis facinus, Blasium For-
 bach nomine hunc ut interficiat Carolum cōstituunt. Anus igitur significat. Ca-
 rolo regi, se habere literas de magnis & occultandis rebus ē Germania scriptas,
 cogat simul ut ad se ueniat literarum argumenta cognoscat, & secū cōsilia conse-
 rat, nam esse de maximis rebus totius regni. Carolus sub uesperā cū Italis custo-
 dibus sui corporis cōuenit reginam, regina igitur sola cum solo rege sedente, auli-
 ci Italici Caroli comites secedunt, omniāq; ociosi in xdibus spectant, intenti in ua-
 rias picturas neminem obseruant neq; egredientē, neq; ingrediētē, quid enim
 tot armati timerent sibi in domo uiduæ? itaq; Blasius ad colloquētes Carolum &
 reginā irrepit, & dato letali uulnere regi, se ex xdibus eiecit, rex ex uulnere statim
 moritur. Totum fermē regnum cōuertit se rursus ad reginam anum, iubent ad-
 uocari in regnum suum Sigismundum. Ad Sigismundū mittuntur à regina nun-
 cii, regnum recuperatum, interfectum tyrānum. Cumq; iam omnia extra pericu-
 lum uiderētur, (talix enim copix regix. Carolo interfecto, & regni statu mutato,
 in Italiam redierāt uel potius fugerāt) & regina iam cum suis regni Principibus
 sine timore de arce in arcē, de urbe in urbem erraret, rerum disponendarū gratia,
 ecce amicus summus Caroli, qui hunc occasionem ultionisq; tempus diu capta-
 uerat, Ioannes de Hornnach adest cū equitū manu ualida, iter regina cum suis fa-
 miliaribus faciēte, irruit in eos & primō captum Blasium Caroli regis interfectore
 supplicio capitis, regina spectante afficit. Garensis fortiter pugnans cadit, uoluit
 em̄ potius mori q; uiuus in hostis manus puenire, reliqui reginæ comites capti
 tur, & alij occidūtur, alij dimittūtur. Anus regina igitur in aquā mersa finit uitā.
 Aderat & adolescēs regina Maria uxor Sigismūdi, quæ uiua seruata ob formā &
 ætatem, capta custoditur. Sigismūdus anteq; audiret uxorem captā, socruq; sup-
 plicio affectā cōtraxerat copias, quibus recipere uolebat cum uxore dotē regnū
 Vngariā, ubi uero fortunā illā uxoris & matris eius audiuit auxit copias, & festi-
 nauit in Vngariā. De cuius aduentu certior factus Ioannes Hornnach gratiam
 Sigismūdi redimere cupiens, accessit ad Sigismūdi uxorem quam captā tene-
 bat, & dixit illi, si uelit sibi placare maritū suum Sigismundum, & non ulcisci ma-
 tris suæ mortem, idēq; se facturam iuramento confirmet, se eam liberam dimissu-
 rum ut obuiā eat marito suo, & demulceat animū eius. Regina promittit omnia,
 & iuramento supersticiosē præscripto confirmat se facturam, quicquid petebat
 Hornnach. Quin ne animi sententiā & propositum mutaret, dicit se agnosce-
 re quod debeat illi uitam, propterea ueneraturum ut seruatorem & patrem. Id-
 circo quā honestissimo comitatu matronarū & uirginum mittit eam mari-
 to obuiam,

to obuiam, sperans eius opera se gratiam consecuturum, ueniunt igitur eodē fer-
 mē die Budam rex Sigismundus & regina uxor eius, magno gaudio & hilaritate
 aliquot dies illic consumpserunt, & copias ex longis itineribus fatigatas refece-
 runt. Sed nescio, quomodo regina marito suo Sigismūdo cōmendarit Ioannem
 Hornnach, per totam Vngariam persequitur, Sigismūdos illum Hornnach, in ca-
 stro quodam obseffus elapsus est Vniuode ope & consilio, sed fugiēs captus &
 ad præferocis equi pedes posteriores alligatus tractatusq; deinde ignito ferro la-
 ceratus, postremo in quatuor partes sectus est. Multiq; alij eiusdem facinoris rei
 supplicijs affecti sunt. Episcopo Zagabriensi propter unctiōē & episcopalem
 dignitatē pepercit ab episcopatu tamen deposuit. Ita occupauit Sigismūdos Vn-
 gariam, & iuste administrauit. Vbi uero hæc cum Carolo in Vngaria acta perue-
 nerunt in Apuliam, ciuitates & regni proceres incipiebant res moliri nouas, & à
 Margarita uidua regina filijsq; Caroli relictis, deficere. Quædam ciuitates asserne-
 rūt libertatē, quā olim dicebāt se habuisse, quædam nouas leges & cōstitutiones
 sibi faciebāt, paucæ in fide manebāt. Quæ res perturbauit totū regni statū. Vidua
 regina mittit ad Vrbanum, præsidium & consiliū petit. Vrbanus Pontifex ui-
 dens etiā periclitatura ea quæ tenebant nepotes eius, erant autem, ut diximus
 pinguißima regni. Quare Pontifex rebelles omnibus modis reducere nititur.
 Anno post natiuitatem Christi octuagesimo septimo supra millesimum trecente-
 simum, Clemēs Papa Gallorum, cupiens unitatem ecclesiæ, uel saltem simulans
 se cupere, ut plurium fauorem sibi pareret, mittit legatos per Romanam ecclesiā,
 petitiq; conciliū generale conuocari, ut schisma tollatur ex ecclesia se paratū ce-
 dere, si ita uideatur ecclesiæ, nam electionē suā iam reiñcere, salua conscientia non
 posse, uocationem enim sequendam esse. Et promittit si in concilio decernatur
 suam electionem esse ueram, se Vrbanum primæ notæ cardinalem facturū. Hic
 animus & hoc propositū Clementis multorum corda ei deuinxit. Hoc tempore
 conuocauit Sigismundus Budam omnes Vngariæ Principes, studuitq; eos sibi
 conciliare multis rationibus, pollicens eis omnibus ueniā & obliuionē omnium
 delictorum, grauißimē enim deliquerant in ipsum & uxorem suam, excipientes
 de quo dictum est Carolum. Verum proceres regni non fidentes illi, sibi conscij,
 multi perseverabant in rebellionē, in arcibus quibusdam latentes, qui capti in du-
 stria & consilio Sigismūdi omnes Budam perducti sunt, cum nulla resipiscendi
 spes in illis appareret, apud tribunal iussi dicere causam, condemnat q; triginta
 duo uno die iugulati sunt. Adeo enim impœnitens & obduratum in odio & in-
 obediētia cor in illis fuit, ut nec salutarint regem nec ullum uenerationis signum
 præbuerint, ducti in conspectū eius, nam ipse in medio sapiētum uirorum & iu-
 dicum sedens ad se adduci, & ad obiecta respondere iussit. Post horū Principum
 mortē, & hæc comitia Budæ celebrata, non stabiliorē & tutiorē regni statum red-
 didit Sigismūdos, ut sperauit, sed magnā regni partem à se alienauit, multi enim
 qui ante fata illorū procerū iudicauerant eos supplicio dignos, pessimeq; de rege
 Sigismūdo & regina meritos, post sumptas de eis pœnas, aliter affecti, dānabant
 feueritatē regis. Sic enim post mortē odio & inuidia liberamur. Illorū igitur sup-
 pliciū causa extitit magnarū calamitatū. Rex em̄ nō diu post ab Vngaris captus,
 & in carcerem coniectus uix mortem euitauit. Nec Vngari post hos necatos un-
 quam illi ullum argumentū beneuolentiæ aut amoris ostenderūt, sed semper ha-
 buerūt eū odio. Adeo falsum est uulgi iudiciū quod iam odit mox amabit, quod
 iam amplectitur, mox odio prosequet. Quare quisquis pēdet à uulgi inconstan-
 tis iudicio non potest non esse miser. Eo tempore fuerūt non parua bella inter ci-
 uitates imperiales & comites Vuirtenbergenses. Post prælium enim de quo su-
 præ in quo tot nobiles, barones, & comites diximus cecidisse apud Reutlingen,
 pax

pax est facta, cōditiones pacis non diu seruatae sunt, ciuitates enim uictoria clariores factae, & uictoribus plures coniunxerunt se. Principes uero Vuirtenbergenfes diligentiores facti quærebāt occasionem se ulciscendi & recuperandi laudem bellicā quā in illo memorabili prælio apud Reutlingen perdiderāt, & plures adiungebāt sibi Principes, ex quibus quidam episcopi fuisse memorantur. Graue autem est bellum ortum quod consecuta sunt infinita mala, direptiones, prædæ, incendia, fames, cædes, latrocinia, &c. Ciuitatū copijs obsidentibus cœmeterium in pago Toffingen, (in superioribus autem dictū est, munitiones, in quas pagani in periculis se receperūt, fuisse cœmeteria illa, & simul horrea in quæ fruges, & sub horreis cellæ uinariae, in quas uinū, recondabant) qui pagus in comitatu Vuirtenbergensi est, non longe ab oppido Vuila, comes Eberardus cū copijs eò properat ciuitatum copias adoritur, fit atrocior pugna quàm sæpe inter reges potentissimos in maximis bellis, prima coitione comitis Eberardi filius Vlrucus iuuenis animo & corpore militari, & comes de Monte Leonis, uir bellica gloria clarissimus, & alij cum illis occiduntur, quare comitis Eberardi copiarū nō parū perterritæ ceperunt respicere, quod Eberardus animaduertens exclamat ad suos ne quis respiciat, hostes enim fugere, simul cum dicto ruit in hostes non aliter atque ursus ad summam iram concitatus, & sic continuit suos, exemploq; suo animos reddidit, & uicit. Interfecti sunt eo prælio à parte Eberardi, Vlrucus filius comitis de Vuirtenberg, comes de Zollern, comes de Leuenstain, comes de Vuerdenberg, præterea supra 40. nobiles. Maior multitudo quoq; occisa est à parte ciuitatum. Post hoc præliū iterum pax est facta inter imperiales Sueuiæ ciuitates & comitem Vuirtenbergensem Eberardum. Post non diu anno 1395. in toto comitatu Vuirtenbergensi, nobiles omnes ceperunt conspiratione facta, rebellare Principi suo Eberardo, habebant autem hi nobiles munitiones comiti uix expugnabiles, nec uidebantur uinci à comite posse, ciuitates enim clam iuuare ferebantur eos. Comes autē uir minimè ignauus natura, periculo & magnitudine rei etiam excitatus omnem opportunitatem obseruabat qua aut eos disiungeret, aut placaret, aut uinceret. Cum igitur unā omnes essent congregati in oppido Heimschen, comes per uicinas regiones noctu cogit copias, illisq; circumdat oppidulū, illudq; incēdit. Nobiles propter ignem & copias quibus circūsepti erāt, nullam elabendi rimam reperientes, maioribusq; circūdati copijs q̄ ut congregi auderent propter suorum paucitatem quos secum in oppidulo habebāt, pacem petunt, sed comes nullas deditiois conditiones admittere uoluit quas petierunt nobiles, ergo dederūt se in gratiā comitis necessitate coacti. Egīt ergo cū ipsis pro animi sui uoluntate. Nec tamen inhumanius crudeliusue audio in illos à comite animaduertsum. Hoc tēpore (cum sæpe à multis cordatioribus esset prædictū futurū, propter Principum auaritiā, & ambitionem discordiarū causas) Turca propius q̄ antequam ad nostros fines accessit. Erat autem Imperator Turcorū Pazaita in signis uirga domini, nobilissimumq; uas iræ domini, qui post subiugatas Macedoniam, Thraciam & Thessaliam, hostilibus maximisq; copijs inuadit etiam Bulgariam, totamq; diripit, & peruastat, ingētem hominum multitudinē captam, in durissimam inhumanissimamq; seruitutem abducit. Bulgari erant subiecti Sigismundo regi Vngariæ, quare legatos mittit ad Turcam cum primum attingeret Bulgaros, significat illi, sibi pace cordi esse, neq; Turco neq; ulli alijs cōtra ius uelle inferre bellū, docetq; eum Bulgariā suā esse, monet & rogat simul ut ab ea abstineat. Turca differēs aliquot dies respōsum, & pergēs depopulari Bulgariā, tandem uastata Bulgaria, superbissimè respondet, iura quibus agere uelit cū rege Vngariæ esse arma. Succensus ira hoc responso Sigismundus, statim mittit nuncium ad fratrem suum Vuēceslaum electum Imperatorem, eumq; sui officij admonet,

monet, erat autem Vuenceslaus uir otij amans, laboresq; & negotiorum fomētā ubiq; poterat fugiebat. Misit quoq; ad alios Christiani nominis Principes, periculū demonstrans eorū proximo ardente pariete. Misit & ad Carolū Gallorū regem legatos, qui in auxiliū magnas misit copias, ducibus Ioanne Niuernensi filio ducis Burgundiæ, Philippo Artesiensi, & Galthero de Rupibus. Vbi uero Galli peruenerunt ad Sigismūdum, & cum hoste confligendum erat, cōsultant, utri in primo agmine Galli ne an Vngari, uel Germani præcedere deberēt hostē aggrediendo. Galli enim cupiebāt primū hostem adoriri, ut mererentur primam laudem, suam enim fortitudinem cupiebant testari. Sed Sigismundo erat Gallorum ingenium cognitum, nimium concitatum, & temerarium, qui saepe soleant præcipitare facta, & maiora uiribus conari. Quare Sigismundus dehortatur eos, inquiens illis non cognitam consuetudinem bellandi qua Turci utuntur, sepius Vngaros expertos. Consilium igitur esse ut illi primū cum hostibus congregiantur qui saepe pugnauerunt cum ipsis, quibusq; mos eorū melius cognitus sit. Vngaros quoq; minus cessuros & maioribus animis pugnatos, in conspectu sociorum, & si sciāt fatigatis integros Gallos successuros in prælio. Hoc Sigismundi consilium parui pendentes Galli, nec suis ducibus nec Sigismundo audientes sunt, & uiuunt in dissolutissima licentiā, in omni genere luxus, quam ob causam Sigismundus parum spei posuit in Gallos. Germani minus licentiā & luxu distuebant, audiebantq; duces suos propterea omnem spem in Germanos & Boemos collocabat. Erant utrinq; ingentes copiaz. Turcus autem numero longe superabat, erat enim Turcorum ultra ducenta millia. Turcus uidens Christianorū exercitum non contemnendū, maiore diligentia se circūdedit & nō satis habuit quod præualebat tātopere multitudine, etiā dolis & insidijs usus est. Cessit enim per aliquot milliaria simulans timorem. Nostri sequebantur persuasi Turcam fugere, perueneruntq; usq; ad Nicopolim urbem, quā obsidione circūdare conati uiderūt instructam Turci aciem in equo campo offerentem se ad pugnam, uix aut quarta pars Turcici exercitus hic se ostēdebat, reliquos enim absconderat, in demissioris loci arbutis. Omne enim Turci consiliū huc tēdebat ut nostri neglētius aggredērētur copias suas, propter eam causam etiam ita cesserat & passus erat suas regiones deuastari. Nec Turcam spes sua sefellit, nam quāquam Sigismundus rex uehementer obtestaretur Gallos ut non nimium festinarent, sed post maturū consiliū demum hostem concordī una omniū sententiā & animo aggrediendum Vngaris omnino primū pugnandi locum dandum, qui pugnādī Turcorum cōsuetudinem sæpius experti essent, eos sine dubio fortiter pugnatos, scientes se stare in cōspectu Germanorum & Gallorum, & nullum illis fugæ relinqui locum, prædictum enim illis iam esse, quoniā Galli & Germani è longinquis regionibus uenissent, ut Vngaros defendant, ne ueniant in manus tam atrocis hostis, nisi pugnent fortiter Gallos & Germanos in terga uertētes Vngaros non aliter ituros quā in obuiū hostem. Sed omnes nationes meliora de eis sperare. Et uerum erat, talibus dictis erant Vngari à ducibus & rege in prælium præparati. Galli siue timentes ne hostis cederet, & non faceret pugnandi copiam, siue uideri fortes & bellicosi cupientes, adhuc loquente Sigismundo, tumultuariē se irruunt in hostem audacissimē & primo impetu hostem reprimunt per aliquot passus, & ita pugnātes Turcorum magnam multitudinem trucidant, & uicissim cadunt & uulnera accipiunt plurimi. Dum ita pugnant fortiter Galli ante tēpus sine ordine hostem optimē ordinatum aggressi, Boēmi & Vngari Germaniq; instruunt acies ad pugnam cum Turcis aptas, & erat magna in omnium alacritate spes, sed ecce Turcorū nouum agmen adest & fessos pugnando Gallos obruit, nostrisq; iam iam hostem ab altera parte aggressuris, uertunt terga Galli multitu

dine hostium oppressi, & fugiunt in nostrorum ordines trepidi, sanguine pleni, multisq; uulneribus cōfossi, prorsusq; totam Germanorū aciem & Vngarorum perturbant, & confundunt, Turci cōglobati simul cum fugientibus Gallis per rumpunt nostrorum ordinem, nihilominus Germani, Poloni, Angli, non ignauius pugnant quā Galli pugnarant, & retrudūt Turcorum cuneos ita ut n̄ qui in ultimo agmine erāt putarint eos fugere, sed nostrorum ordo totus erat dissipatus, & ualde pauci erāt collati ad Turcum, deinde ex uictis fugientibusq; Gallis animorum alacritas nō parum remissior erat, quare tandē post longum pugnā, magnamq; Turcorū multitudinē caesam, fugere coguntur & ipsi. In pralio multi plures in fuga occubuerunt, Sigismundus fuga uix elapsus est, nam non induci potuit ut fugeret, donec uideret nullā penitus spem superesse. In fuga nostrorum captus est magnus numerus, ex quibus quosdā occidi iussit Turcorum Imperator, quosdā milit ad iumentorū operas subeundas. Multi Principes exercitus capti sunt, ex quibus fuit & filius ducis Burgundix, qui cum uiginti duobus uiris Principibus redēptus est pondere auri ducentorū milliū florenorū. Scribunt occisa in illa pugna ex copijs Christianorū 20. millia, Turcorum uero 60. millia. Cecidit etiā in eo pralio uir in re militari prastatissimus Henricus comes de Montepelligardo à quo hic Vtricus dux Wuirtembergensis genus ducit suum. Hęc memorabilis strages facta est anno 1396. Post hanc pugnā cognitum est, Stephanū Vuaiuoda cōsilio & impulsu Turcum in Bulgariā usq; perductum. Sicut & nostra aetate Vuaiuoda Turcum in Pannoniā usq; ad Viennam, ut in sequētib; dicemus, adduxit. Post iam memoratum pralium Stephanus Vuaiuoda Sigismundo, nescio quā ob causam, infensus Valachiā, & Mandauiā ferē totam impulit ut deficerent à rege Vngarię Sigismundo. Quare aduersus eum misit copias Sigismundus & breuē adegit eum ad deditiōē, & ad petendā gratiam. Sigismundus uocato hominē ad comitiā, & cum ad obiecta frigidius responderet, nihilq; reselleret probabiliter, iudicio cōdemnatum capite multauit. Hoc etiā anno, quō tam infelicitē pugnatum est ad Nicopolim cum Turca, supersticiosa impostura Albatorū multos per Romanā ecclesiā seduxit, de cuius sectę proposito qui cupit plura cognoscere, legat Platinam. Autor factionis à Romano Pontifice igne cōsumptus est. Anno 1400. cum Turca indies Romanum imperium & ecclesiā carperet, Vuenceslaus autem Imper. (cuius pręcipuum officium debuisset esse, hostes ecclesię et imperij propulsare, ociosus torperet, imperij electores Principes necessariō de alio eligendo Imperatore cogitare ceperunt, nam pręter Turcos horrendos conatos, Principes Christiani inter se gerebant bella, nec multū curabat Imperator, tantū studebat ijs rebus quibus ocium suum foueret. De quo ut alij legātur malo, q̄ ut ego referam. Electores ergo Principes potissimum Rupertus comes Palatinus Rheni decreuerunt hunc Principem imperio inutilem, quare cōsiliū de alio imperatore eligendo cōtulerunt cum Pontifice Rom. qui institutū magnopere approbauit, missis etiā legatos Pontifex ut propositum premerent & nō mutarēt sententiā adhortatus est. Quā ob rem cōueniunt iuxta maiorum decreta Principes electores Francofordię causā eligendi alium Imperatorem. Sed non cōcordarunt, alij enim Rupertum comitem Palatinum Rheni, episcopus Moguntinē. & Colonienē. Iodocū Morauicę Marchionē, elegerūt. Vuencelaū nō admodū grauiter tulisse repulsam scribunt. Marchio Morauicę enim electus, ab illis quibus dixi, Imperator, accessit ad Vuenceslaum patruū suum, quem ante semper ut patrem coluerat, exploraturus quo animo ferret abdicationem. Postquam ergo Iodocus nepos Vuenceslai multa dixisset apud patruum suum regno abdicatum ad se excusandum, respondit sedato animi spiritu. Se uolentem deponere imperium, ut abhorrentem natura à curis multis, ocij quietisq; amantem.

tem. Et si non, cuperem, inquit, deponere imperium, tamen non grauatim cederem tibi non nepoti sed filio meo. Leuiretq; omnem animi ex repulsa dolorem, q; imperium manet in familia nostra. Demum ad suscipiendum imperiū adhortatur etiam, subiect; bono esse animo, quod ad me, inquit, attinet, habebis adiutorem et in omnibus amicum, &c. Sic locutū ferūt cū nepote suo Marchione Morauic, simulatione ne an ex animo, dubium est. Si ex animo dixit hæc, uidetur postea animū mutasse, nam captus à Sigismūdo fratri suo, & Viennæ in custodia non satis diligerenter seruatus, quorundam cōsilio, & opera euasit, & regni administrationē recepit dicitur. Ante hanc captiuitatem, propter dissolutionem uitam fuit in custodia detentus ferē totū semestre tēpus, fuit autē à regni Principibus captus. Discordantibus porrò Principibus electoribus, alijs Iodocū Morauic, alijs Rupertum comitem Palatinū eligentibus, mortuus est intra sex menses Morauic Marchio. Post huius obitū, abdicato Vuenceslao, elegerunt Rupertū comitem Palatinum Rheni, qui quoq; scribitur primū oblatum imperium recusasse. Post electionem comitatus multis Principibus Coloniā descendit, ibiq; ab archiepiscopo Coloniensi ungitur & coronat, appellaturq; Imperator, eius electionē approbauit Pontifex. Post coronationē in Germania omnia magno studio cōposuit, & quātum potuit fieri pacem fecit inter discordātes Principes. Postea cogit copias, & parat profectiōē in Italiā ut subiugaret rebelles imperio, statuit enim labentem per Italiā imperij statū restituere in pristinū locū, & uocabat à quibusdā magnis ciuitatibus, quæ miserunt pecuniā in usum expeditionis. Verum cōtrā erāt ciuitates & Principes qui q; primum audiuerunt in Germania cōscribi milites, se quoq; ad bellum parabant. Plus autē tēporis in apparando cōsumpsit, q; incipiens in animo habebat, decreuerat enim ante Pentecosten Romæ esse, & uix in autūno ad primū Italiæ limen peruenit. Vbi uenit in Brixie ciuitatis agrum, concessit militibus omnia diripienda, & prædā eis reliquit, nam ea urbs erat subiectā Galeaceo quo cum erāt magna odia, & similtates Ruperto. Quare Galeacius, qui se ad bellū parauerat dum Rupertus adhuc in Germania profectiōē adornaret, occurrit Germanis obuiam, ad defendēdos Brixanos. Erat autē Galeaceo præter peditū copias instructissimas, equitatus expeditus & robustus. Primū ergo ubi alteri alteris uenerunt in cōspectum, prælia leuiora sunt cōmissa equestria & pedestria, equestria autē frequentius. Fauit autem sæpius Mars equitibus Italis, peditibus uero Germanis. Tandemq; pedites Galeacij cōtinuerunt omnes se in castris, equitibus uero alacritas quotidie crescebat magis propter fauētem fortunam. Germani enim inferiores erant Italis in equis regendis. Cumq; indies magis atq; magis uenirēt in contemptum equites apud hostes & apud suos, milites enim ita despiciēbāt eos ut in faciem eis dixerint. Cōcedite nobis usum equorū, nos pugnabimus, uocabātq; eorum equos cancos, factū est ut quidā Principes Germanorū, qui multos ex equitatu perdiderant, domum reuersi sint. Quorum unus fuit Lupoldus dux Austriæ. Discessit etiam inuito Imperatore archiepiscopus Coloniensis qui magna pars Cæsariani equitatus fuit. Quare multis infelibus pugnis equestribus, & discessione illorū Rupertus, ne aliquid grauius incideret, rediit Tridentū cum copijs, quod non parum animi addidit hostibus eius omnibusq; rebellibus per Italiā ciuitatibus. Quare in magnis angustijs constitutus fuit Imperator, nam pergere sine magno discrimine, redire in Germaniā sine dedecore & existimationis iactura, nō potuit. Tandem tamen maluit periculosē quàm turpiter agere. Animaduertēs igitur peditatus alacres animos Tarnisium adiit, postea Patauū, Patauū obuiā ueniunt legati Florentinorū, qui magnā pecuniā illi dederant, anteq; exiret ex Germania, & cum primum attigit Italiā. Adhortatur eum aduersus Galeaciū eorū ex professo hostē, diuturnū enim cum

hoc duce Mediolanēsi gerebāt bellum. Imperator rei difficultatē Florētinis indicauit. maioribus copijs Germanorū, maiori apparatu opus esse, curandumq; ut Pontifex Rom. & Veneti se iungāt, socios eius belli aduersus ducē gerēdi. Præterea ob dictas causas maioribus copijs in Germania cōscribēdis, maiorē pecuniā esse necessariā, quare magnā pecuniā uim à Florentinis socijsq; eorū petit. Legationemq; remissam iubet q; primū respōdere quid uelint facere, pecuniam ne numerare, an ut ipse in Germaniā reuertat. Hæc ubi retulerunt domū legati, ualde dubij redditi sunt Florentini, uelint ne plus pecuniæ mittere, an eam quā primò dederāt, perdere, imò nō solū perdere, sed se cū pecunia perdere, nam sciebat Galeacius maxime ob pecuniā quā miserāt Florētini Ruperto Germanos in Italiā uenisse. Facile cōsciebant quid conaturus esset contra Florentiā & eius socias ciuitates post abitū Imperatoris. Quare censebāt Imperatorē omnibus modis retinendū esse in Italia, etiā si exhaustiōda esset tota Respub. Et præterea omnibus uiribus iuuandū, curandumq; magna diligētia ut Veneti & Romanus Pon. quoq; accederēt suis partibus. Quare statim mittūt ad Rupertū legatos, qui eum admo-neant quid tota Italia sensura sit si ita recedat, quid Germania dictura, nepe nō rediisse, sed fugisse Galeaciū. Nec ullū tēpus hoc dedecus & hæc turpitudinē ablaturū, in hæc sententiā multa dicūt quæ facere uident ad deterrendū ne in Germaniam redeat. Per eosdē legatos pecuniā promittūt quā postulauerat, nec nō auxiliaries manus. Viāq; & rationē simul indicāt qua facile hostē uinci posse demonstrat. Effecturos etiā apud Pont. Rom. & Venetos ut auxiliio sint, pollicent. Addunt legati quæ gloria cōsecutura sit Cesarē, si deuicerit hūc hostē. Omnes rebelles per Italiā ciuitates pēdere ab hoc duce, quo uicto, omnes certatim obuiā uenturas & gratiā petituras. Et hoc genus medijs docēt maiora cōmoda cōsecutura q; ipsa difficultas rei sit. Hæc dum missis legationibus agunt inter Rupertū et Florentinos, incidit brumale tēpus quo bellū geri nō potuit. Hybernare igitur Imp. cōstituit in amicis ciuitatibus. Incidit uero per hyemem nō parua cōtentio inter Rupertū Imp. & Florentinos de data & promissa pecunia asserente Ruperto non datā suo tēpore promissam pecuniæ summā, Florentinis autē respōdentibus, Rupertum nondū meritū fuisse pecuniā, neq; enim recepisse se daturos anteq; ingrederetur cū exercitu hostilē Galeacij regionē. Imperatorē autē malè habuit q; Florentini eum obligabāt tam seruilibus cōditionibus. Imperator autē per eam hyemem nō nihil tēporis cōsumpsit Venetijs. Post natiuitatem Christi, repetijt Patauium ibi expectauit mitiorē uerni tēporis auram. Cumq; neq; Florentini propitiatis essent ad promēdas pecunias, neq; auxiliaries paratæ essent manus apud Florentinos, neq; adhuc Pontifex Rom. & Veneti iunxissent se cōsortes belli, statuit alio tēpore hoc cū duce Galeaceo bellū gerendū, & Romā petēdā, copijs auctioribus, reduxitq; copias in Germaniā. Et illi contigit & in Italia & per Germaniā quod legati Florentini prædixerāt de existimationis nota. Quāq; solū apud iniquos, quorū semper numerus maior est, rerū æstimatores. Et dux Mediolanēsis post reditū Rupertū in Germaniā, adiecit animū ad totius Italiæ regnū, primusq; conatus illi feliciter cessit, nam Bononiā in suas manus accepit, & uocabat in certam spem capiendī Florentiā. Sed dominus non annuit amplius eius cogitationibus uanis. Ut sunt omnes stultæ & uanæ cogitationes omnium hominū qui nō habent deū in cōspectu suo, & nō ponūt deū mercedē præsidij suū. Nam in medio cursu corripuit eum acuta quædā febris, quæ hominē interfecit. Difficulus autē auarus est ab huius uitæ possessionibus, sicut solent omnes qui diuites in hac uita putant se esse, arrogātes sibi creaturas, quas dominus creauit ut cum gratiarū actione utamur eis. Post huius mortē Florentini tranquillitatē cōsecuti sunt, quanquā enim reliquerit filios duos eiusdem mentis, ingenij & propositi quo pater fuit, tamēn

men non fuit illis tantum temporis & oculi ut arma in Florentinos mouere potuerint, ducatus enim Mediolanensis magna pars rebellare cepit, ob patris duriciam, & quod filios similiter animatos uidebat. Reliquitque & uxorem uiduam quae post Galeacii mariti mortem imperiosè & superbè (quali muliere uix est intolerabilius malum) exercuit tyrannidè in omnes subiectos. Quam tamè ultor pauperum deus non diu passus est uiuere post mortem Galeacii mariti sui. Anno 1401. post supplicio affectos à Sigismundo, de quibus diximus, Vngarici proceres (qui plerique sanguine iuncti erant, his quos necare Sigismundus iusserat) conspirauerunt aduersus Sigismundum, & motus sedare niteretur Sigismundus capitur, & nobili mulieri uiduae, cuius maritum occiderat, duobusque filiis eius nobilibus iuuenibus traditur custodiendus. Sigismundus multis pollicitationibus conatus est matrem & filios corrumpere, praecipuè adolentes quibus promisit aureos montes, se illis matrimonio iuncturum regum potentissimorum speciosissimas filias, & illos comites ducesque facturum, pollicitus nihil effecit tamen apud adolentes bene natos & liberaliter educatos, sed uiduam coniugalis amoris oblitam, corrupit leuibus argumentis, laudat prudentiam mulieris, quae propter singularem sapientiam maiore fortuna digna sit, quaeque debeat regere magnos Principatus. Filios per artem nondum capere quae prosint quae non, quare ipsam oportere prospicere filiis praestantissimis indole & forma. Quales uix ulla mulier pariat. Laudat illi igitur illos supra omnem modum. Nihil enim tam magnificè dici potest de filio quod mater non credat aut quod nimium putet esse. Promittit igitur matri maxima, uisuram breui filios suos totius regni primatum tenentes, & in loco excelsio quo natura digni sint constitutos, si eius opera liberetur. Mulier uicta promissis praecipuè uero filiorum praedicatione, liberum dimisit Sigismundum. Proceres autem regni Vngarici illi in arcem custodiendum tradiderunt potissimum, quod condemnauerat illius dominæ maritum, & illorum adolentum patrem, iudicantes non esse possibile, neque legem naturae ferre, ut coniux coniugio talis, filij genitoris sui tantum uiri obliuisci possint ita ut non perpetuo odio auterem necis persequatur. Porro dum captus fuit Sigismundus, Ladislaus rex Apuliae uocatus est in regnum Vngariae à baronibus regni. Vbi uero Vngarorum legati peruenerunt ad Ladislaum in Apuliam, Ladislaus eius regni cupidus nihil moratus conscripto exercitu uolauit in Sclauoniam, ibi obuios habuit multos Vngaros Principes ecclesiastici & secularis ordinis, à quibus statim unctus & coronatus est in regem Vngarorum. Sed mox post coronam acceptam, audiuit Sigismundum liberatum & in armis esse, maioremque regni partem adhaerere Sigismundo, eos etiam à quibus uocatus erat. Quam ob rem Ladislaus perspicuens Vngarorum inconstantiam mutauit sententiam, constituitque redire in Apuliam, sed cum nemo eorum qui uocauerant eum, impensas daret, uendidit magnam Sclauoniae partem Venetis & coacta pecunia reduxit in Apuliam copias. Sigismundus recepit totam Vngariam, autores conspirationis aduersus eum aufugerunt. Anno post natiuitatem Christi millesimo quadragentesimo nono celebratum est Pisis in Italia concilium, propter schisma ex ecclesia tollendum, & cum propter inuidiam & odium uitandum uterque Pontifex qui in Italia erat & qui erat in Gallia passim diuulgaret se paratum propter ecclesiae unitatem deposito pontificatu, expectare nouam electionem, neuter tamen in Pisanis consilio apparuit, quare boni patres ex summorum theologorum sententia statuerunt alium posse summum Pontificem eligi, quando satis clarum esset, illos duos non Christo, sed ambitioni mundanae seruire. Quam ob causam decretum est Constantiae celebrandum concilium cum propter hanc Pontificum discordiam tum propter alias causas quae reformandam, ecclesiam admonebant.

Erant autē in multis malis pauci boni, ut semper omnibus seculis fuit, est, & erit usque ad cōsummationem mundi, quam ob rem impeditū est bonorū propositum & conatus in ea ecclesia. Paucis ante hoc tēpus annis bellum ortū est inter monasterium Sancti Galli & Abbatellenses, causas eius belli notauerūt alij neoterici scriptores. Abbas eius monasterij iunctus fuit foedere ciuitatibus Sangallo, Constantia, Vberlingen, Lindauis, Rauenspurgo & Vuangen, omnes ergo socij miserūt auxiliares manus abbati ad domandos, si deo placuisset, Abbatellenses. Abbas igitur manu non parua aggredit̄ paucos illos paganos pastores, sic enim uocabāt eos, nam omnes pastoriciā uitā agūt. Cōgregati autē omnes Abbatellenses & qui utiles pugnae per aetate uidētur occurrūt obuiam hostibus ueniētibus. Reliquos uero qui propter aetatem minus habiles ad pugnandum uidebantur in sublimioribus locis ad uiarū angustias disponūt, lapidibus datis quos in hostem deuoluant per alta praecipitia. Erantq; ita, natura loci adiuuante, ordinati ut decennis puer, aut nonagenarius senex, seu mulier, potuisset mille uiros aditū prohibere. Armati autem expediti non cōtenti erant excludere à sinibus hostem quod facile erat propter locorum naturam, sed cum primum abbatis copiae attigerūt eorum fines, de monte per cliuum ruentes, ceu torrens, impetum in eas fecerūt. primo singuli aliquot lapides deiecerunt in hostem quorum iactu multi cadebant. Postea manus conseruerūt, sed loci angustis, & pastorum pro libertate & socij pugnantium fortitudine uictae Abbatis copiae uertunt terga. In ea pugna Abbatellensium uix unus aut alter occubuit, ex abbatis copijs circiter trecenti sunt caesi. Et si paulò longius in montes ingressae fuissent, omnes, absq; dubio (nisi dominus uoluisset eos per miraculum seruare) aut occisi aut saltem capti fuissent. Abbas inuictos uidens, nisi fame coacti sese dare cogerētur, ad uicinos Principes & ciuitates partim ipse proficiscit̄, partim mittit legatos, ut monasterio dei domui, sic enim nominare consuetudo est, subueniant, rogat, & pessimo exemplo pastorum resistat, suarum enim facultatum non esse, significat, ut tādū obsidione premit, donec redigat ad famem, quae sola uia sit superandi illos. Nec exiguis copijs opus esse, quamquam angustē habitent pauciq; sint, esse enim preteroces duris in cotibus nati. Haec dum abbas agit cū nobilibus & imperialibus ciuitatibus, Abbatellenses quarunt quoq; adminicula, foedus cum cōfoederatis Heluetijs ineūt. Vbi autem cognouerūt nobiles non laturos, obsidionemq; meditari longiorem, ut fame coacti uicti dedant se, uicina castella expugnāt & deiciunt ex montibus, quaecunq; abbati usui iudicant esse posse ad bellum, & uicinos sibi iunxerūt, quare nobiles magis exasperauerunt, qui omnes ferē erant obligati feudorum nomine duci Austriae, quā ob causam nō cessant precibus fatigare perpetuis ducē Austriae. Vix enim potuit adduci ut sumeret aduersus Abbatellenses arma, nam equitatus nullus omnino usus esse in montibus illis potuit, nec maioribus copijs in angustis locus erat pugnandi. Et expertus erat quales in armis essent illi pastores. Vicius tamē tādē, decreuit omnino nō permittendā illam rebellionē & defectionem impunem, quare acceptis auxiliaribus copijs à Principibus Germaniae, (nam omnes cupiebant exemplum addere in illos rebelles) contra Abbatellenses ducit copias. Post autem primi de quo dictum est, belli praeliū quo Abbas pugnauerat infeliciter cum Abbatellensibus, Sangallum ciuitas quoque magis studere inceperat Abbatellensibus, quā Abbati, inclinabāt enim se ad Heluetiorum foedus, quod aded sancte & concorditer obseruabatur à cōfoederatis omnibus, ut factioni seu seditioni nihil simile haberet. Idcirco primum hostiliter castra ad oppidum imperiale Sangallum mouet, obsideiq; illud ab omni parte, & eius urbis agrum quem tum habebat latum, diripit, sed Abbatellenses amicis suis haec propter se fieri grauissimē ferentes, de montibus praecipitant
se in

se in hostes in ualle, in qua est oppidum Sangallum, errantes, ludentes & diripientes, incendentesque uillas, committitur pugna, sed impetum Abbacellensium uehementiore non diu ferre potentes Austriacæ & abbatis copix, fuga salutem querere conantes multi interficiuntur. Periere præter alios nobiles in eo prælio uiri in bello magni nominis de Landenberg, item comes de Tierstein, unus de Clingenber, nomine Hermannus, Ioannes de Haluy. Nec paruus numerus gregatorum militum interfectorum fuit. Comes de Vuerdenberg exul è paterna possessione à Ricardo duce Austriaco pulsus, erat in eo bello apud Abbacellenses, eosque sequebatur pedes per omnia ardua motum induratus omnibus laboribus. Post pugnam illam non procul ab oppido Sangallo, per devia misit dux Austriae expeditissimos armatos iuuenes, qui pagum Abbacellam expugnatam diriperent & exurerent, sed omnes uix erant obstructæ præsijs, ut nusquam pateret aditus, de industria uero quodam loco cessere ij qui in præsidium constituti erant, & passi sunt eos ingredi, ubi uero uenerunt in locum in quo Abbacellenses optabant eos esse, demittunt ergo in eos immania saxa, postquam uero uident eos prouis dissipatos & occisis multis, multisque claudis, territos, descendunt de monte & imperu ruunt in hostes iam dudum respicientes, & occidunt duplo plures quam fuerint Abbacellensium in eo loco. Quadringentos enim aut plures occiderunt, fuerunt aut uix ducenti Abbacellensium. Postquam cladem tantus terror inuasit Austriacos ut nec dux nec abbas, nec ciuitatum legati Imperatores uel potuerint eos cogere aut persuasionibus promissisque adducere ut rursus montes & ualles Abbacellensium ingredi uellent. Et quotiescunque uel falso nunciabatur, eruptionem facturos Abbacellenses, examinati relictis armis fugierunt, alioqui fortes uiri bello erant illi de ducatu Austriae, præcipue Sueuis uicini, & Sueui. Sed illi montani homines omnem eorum fortitudinem uicerunt, causam arbitror potissimam, quod tam difficulter à suis penatibus auelli possunt, possessionumque suarum tanto pere sunt amantes adeoque abhorrent à mutatione soli, ut sæpe paternum paruam agellum scindant in minutissimas partes, ex quibus se alere non possint, nisi mercenariam operam exerceant eorum multi. Atque hæc est causa quod Heluetia hodie populosior est quam ulla alia regio, penè dixerim, sub cælo. Non quod non quoque ueras existimem philosophicas rationes, quibus docent ob liberos status & spirationes continuas corporum & animorum constitutionem meliorem & robustiorem fieri. Nec nihil causa est, exercitatio qua cum omnes magna & ualida utebantur, in colendis decliuis locis illis, in quibus plerisque in proscindenda terra usus esse nullus potest iumentorum, neque enim consistere possunt. Duces igitur Austriae reducere cogebantur copias ab eorum finibus & paulo remotius castra mouentes, de mutando milite cogitabant. Sed Abbacellenses successibus animosiores facti, non amplius continuere se in angustijs montium suorum, sed sequebantur pauci magnam exercitum ducis, abbatis, & ciuitatum imperialium abbati confederatarum. Quare longius ab eorum finibus reduxerunt exercitum duces, quod uiderunt animo demissiore quam ut hosti opponi posset. Noui ergo conscribuntur milites multi, multi remittuntur domum, sed qui noui conueniebant partim fama antequam uenissent in castra, partim in castris timore, quem nemo non uidere potuit, militum, quoque inuiles ad pugnam & transcendendos Abbacellensium montes, reddebantur. Sub idem tempus Abbacellenses multas arces, quarum uestigia est uidere adhuc passim per montes. Marcam etiam occuparunt, munitioibus demolitis. Nec modum fecerunt ullam destruedorum castrorum, in ea ualle quæ à Sangallo oppido ad Rhenum usque pinet, omnes domus nobilitum in æditiis, & depressis locis incederunt, quarum cogentem lapidum uident adhuc qui eorum ueniunt. Defecerunt autem non solum rustici ad eos, sed & nobiles quidam qui rogarunt ducem Austriae ut susciperet bellum aduersus Abbacellenses, &

iuuaret

iuuaret abbatem, postquā uiderunt Abbacellensium successus, foedere se Heluetijs iunxerunt. Et quidam nobilitū concesserunt in montes, ibiq; priuati aluere se ex fructu pecoris, & in bellis ceu alij Heluetij pedites militarunt. Anno, post natum Christū salutem credentiū, 1406. eduxerunt Abbacellenses copias suas aduersus Guilielmum comitem Brigantinū, & oppidum Brigantiā obsidentes, aduētū magni exercitus ex Sueuia soluere obsidionem & domum redire coacti feruntur. Postea rediere ad Brigantiā obsidendam, sed comes auxilio nobilium & pręcipuē episcopi Constantiensis magnis copijs contractis uenerunt ad liberandum oppidū, quibus cum Abbacellenses quantūuis pauci, non dubitarunt congregari, nimis suo robore confidentes, pugnatum est utrinq; supra omnem fidem pertinaciter, postquam uero magnam multitudinem occiderunt Abbacellenses fatigati, & suorum cæde ad raritatem redacti cessere, armati pugnantescq; ita ut non rectē fugisse dici possint. Post hanc Brigantiā obsidionem cōfœderati Heluetiorum collectis copijs hostiliter Longobardiam ingressi sunt, & occupauerūt multa in ijs regionibus, diripuerunt, & exusserunt arcem eximia munitio in ualle Eschental, & ceperūt Thun. Et si in ea expeditione processissent, ducem Mediolanensem ex toto ducatu eiecissent, tantopere terruerāt omnes earum regionum habitatores. Dux uero promissis, & magna pecunia data effecit ut redierint domum. Quæ occuparunt in fide permāsura sperantes, sed q̄ primum rediere in patriam Heluetij, Thun rursus defecit ad ducem Mediolanensem. Dux autem in legibus pacis eius ius & dominium Heluetijs concesserat. Quare cōfœderati ob uiolatam fidem succensiti ira, delectu habito denuo hostilibus animis ducunt copias aduersus ducem Mediolanensem, eiusq; ditionem latē uastant. Dux in murmuribus nubibus se cōtinet, scribit in Germaniā, excitare aduersus Heluetios bellū conatur, sed frustra, nam Principes nolebant frustra toties impensas & operam perdere. Occuparūt autē arces aliquot & oppidū Bellentz cum castro quod habet munitū. Domū autem reuersis Heluetijs, dux Mediolani recepit omnia. Quā ob causam Heluetij pauculis post annis iterū copias duxerunt ad urbē Bellentz obsidendam, ubi uenerūt illuc, castris locatis, nihil in urbe bellici tumultus audierūt, qui enim erāt in urbe armati insidias parturiētes silentiū tenebāt, quo illi ante urbem ut negligētiore redderētur, aut irruerent temere, disposuerat autem suos in urbe, quo eos excipere cōmode armis posset. Cum autem nō irruerent, animaduertent autem qui in præsidijs erant urbis, Heluetios sine cura, negligēter dispersos iacere passim absq; ordine, eruptione in eos ex urbe facta oppresserūt eos ex improviso, sed tamen pręter oppidanorū expectationem, quantumuis dispersi essent pugnauerūt uniuersi, nec multi occisi sunt. Nam cū essent circūdati ab hostibus, & ad eos clamarent hostes ut se darent captiuos, potius mori q̄ uiui perueniri in manus hostiles, uoluerūt. Quare fortiter pugnantes partim occubuerunt, partim ita repulerunt hostem ut euaserint ut tamen terga non uerterint. Nescitur plures ne oppidanorum, an Heluetiorum interfecti sunt in ea pugna. Vbi domum uenerunt mox sine mora delegerunt alias copias potentiores, quas cōtra Mediolanensem mitterent, sed dux mittit ad Heluetios legatum itaq; facit pacem ac si ipse esset uictus. Rupertus Imperator cum imperasset annis decē uita defunctus est in Oppenheim, & sepultus Heidelbergæ, anno 1410. Genuit autem Rupertus filios sex, nominibus Rupertum, Iridericum, Stephanum, Ludouicum, Othonem & Ioannem. Verum Iridericus & Rupertus mortui sunt ante patris mortem. Reliqui quatuor cum laude uixerunt, & huius uitæ muneribus defuncti sunt.

DE GERMANIS

LIBER VIGESIMVS SEPTIMVS.



Vam primum Rupertus diem suum obiit, conueniunt Franco-
furdia imperij electores, & in Imperatorē eligunt Sigismundū
Caroli quarti filium, Boëmiæ & Vngariæ regem, ex Germanis
originem & genus ducentē, alioqui nō elegissent. Sunt autem
ad hūc eligendum adducti, multis causis, nempe quod patrem
Imperatorē habuit, & quod potens erat, ut posset labenti impē-
rio succurrere, potissima uero causarum fuit qđ optimo et fortissimo animo fuit.
Postremo quod Germaniæ amantissimus fuit, quod testatus erat antea multis ar-
gumentis. De eximia corporis statura, forma & robore alij (qui in his quæ nihil
ad erudiendos animos faciūt libenter tempus terunt) abundē scripserunt. Quam
primum imperium suscepit, nihil æquē studio habuit, qđ ut in omnibus per Rom.
ecclesiā & imperiū, nationibus omnes dissidiōrū causas tolleret, & tumultus bel-
lorum sedaret. Nam nihil laboris nō subire statuit ut componeret ecclesiam, quæ
tum factionibus miserrimē erat turbata, confusissimoq; chao similior, qđ congre-
gationi fidelium sanctorum uē dei. Eius rei gratia peragravit multas terras expo-
suitq; se magno periculo, & multorum odio & inuidiā. Misit legatos ad Pontifi-
ces, ad episcopos de ecclesiæ rebus cōponendis, & de pontificibus cōcordandis,
nam pro singulari prudentiā uidebat felicem Rempub. imperij sui nō esse posse,
nisi religio esset in summo loco, quæ tum propter Pontificum dissidiā & aliarum
ecclesiasticarū personarum improbitatem, corruptamq; uitam cōtempta iacebat,
multarū piarū conscientiarū maximo scandalo. Cum autem multis nuncijs & li-
teris ad Pontifices & monarchas per Romanā ecclesiam egisset Sigismundus de
cōcordiā & reformādā ecclesiæ, tandem Pontifex Rom. duos cardinales ad eum
mittit legatos, qui cū Sigismūdo electo Imperatore agerēt cōmuni cōsilio de ec-
clesiæ labefactæ in omnibus suis partibus, statu reformando. Cum autem multa
in uarias partes disputatum esset quomodo & quo remediorum genere subueni-
ri in extremo periculo constitutæ possit, tandem una concordī omnium sententiā
iudicarunt fieri non posse quā generali concilio. Pontifex uterque qui Romæ
erat, nec minus ille qui agebat in Gallia, studebat uideri pius, & cupere conciliū,
ecclesiæq; quā incorruptissimū statum, utriq; item magnopere curæ fuit, ne ui-
deretur hypocrita nam ea ætate erant, qui audebant palām dicere utrumq; Ponti-
ficem hypocritam esse. Missis igitur legatis petebant cōcilium. De tempore satis
cōueniebat, de loco erat cōtrouersia maxima. Omnia enim uidebant Pontifices
in loco posita, neq; enim dubium erat in ea ciuitate repulsam passurū Romanū,
in qua haberetur Gallus pro uero Pontifice, & contra in qua ciuitate agnosce-
ret Romanū uerum Papam, illic deposituri essent Gallum. Quare diu de loco li-
tigatum est. Pontifex autem Ioannes magna prudentiā dissimulauit consiliūq;
suum uix unī atq; alteri indicauit, omnino enim noluit esse in ijs locis ubi maior
esset Imperatoris potentia, sed legatis celandum hoc præcepit, & in mandatis de-
dit quæ habebant integritatis & honestatis pulcherrimam speciem. Cum autem
multis Pontifex de eligendo loco legatis suis ad Sigismūdum Imperatorem mit-
tendis tractaret, nullumq; inueniret locum qui non aut suspectum cum nomine
hypocritas redderet, & in quem non uenturi essent aduersarij, aut quem satis
tutum sibi putaret, tandem cōfusus in se ipso omnem rem legatis cōmittit (sic do-
minus agit in uicis etiam instrumentis omnia pro sua uoluntate, legati ubi uene-
runt ad Sigismundū locus concilij electus est Constantia imperialis ciuitas, quæ
Q tum,

tum, ut nostra ætate quoque, habuit sapientia viros præstantes. Legati ubi rediere ad Pontificem suum significaruntque illi de loco concilii futuri, insanitum penè præ animi dolore clamauitque actum esse de se. Incepitque consilere de mutando loco, sed nullum satis honestum prætextum excogitare potuerunt omnes eius sapientes. Prædixerunt legati illi, ne recusaret locum, non enim mutaturum Cæsarem, adeo illi placere locum, esse enim Constantiam Vngariæ, Boëmiae, septentrionalibus populis, inferiori Germaniæ, Gallijs & Hispaniæ, & Italiæ in medio ferè itinere positam. Addeuerunt legati quod nihil recusando mutare posset, nisi quod se suspectum redderet. Propterea Pontifex à legatis suis persuasus, dissimulare & conuenire Imperatorem, eumque sibi conciliare constituit. Idcirco Laudam ad Imper. properat, ubi seipsum multis commendauit Imperatori, opinionemque sanctitatis apud Imper. sibi parere nititur, asserit se deseri paratum ad infimam priuatam plebeiam, modo ecclesiæ consulari, uocationem autem suam certam esse, inquit, & inexpiabile delictum si relicta uocatione cedat ijs quos sciat ambitioni & uentri seruire. Maiores item Sigismundo suos prædicat effusissimo ore se eos propter uirtutes amore, propter singulare minimeque fucatum studium religionis & ecclesiastici status mortuos in domino excolari & uenerari, propterea in causa iusta se Sigismundo ut prudentissimo & exercitatissimo, sapientissimoque iudicio plurimum fidere. Propterea hunc concilii locum sibi per placere, & si esset alius in quo Imperator potestiam maiorem habuisset, se malle que hunc scilicet Constantiam. Et hoc genus alijs sibi deuincire studuit animum Imperatoris. Vbi autem sperat se satis illaplum in animum Imperatoris, incipit agere de defendendo patrimonio B. Petri, quod Ladislaus rex Apuliæ uastauerat. Occurparatque Latini magnam partem Umbriam totam, & Hetruriam, ipsam etiam Romam. Florentiam & reliquas opibus pollentes ciuitates non quidem expugnauerat obsidendo arietibus oppugnando, sed nomini sui magnitudine & terrore ita sub se habebat, ut plus quotidie numerarent pro pace quam alia deuictæ & subiugatæ loco tributum. Huic autem Ladislao eo tempore quo Cæsar post cum Pontifice colloquum, domum redit ad maturandum concilium, accidit quod omnibus superbis mortalibus solet euenire. Cum enim eas Italiæ ciuitates subiugasset, quas uolebat, reuersusque in regnum suum Neapolim decreuit in ocio laborum suorum & uictoriarum fructu frui, ecce adest angelus domini qui illum arguit stultitiæ, quæ est summa mundi sapientia. Dixerat enim, anime mihi parta sunt tibi omnia ad otium fouendum gloria & facultates, quiesce, et fruire partis. At quid angelus domini? Stulte ubi queris regem & pacem? nulla est illi. Difficiles uias uitæ ambulasti, & quæsiuisti nesciens cui. Arrogasti tibi quæ domini solius sunt. Quod superest, pauculos post dies, quibus grauibus morbi doloribus adficieris, migrabis hinc. Iamque incipies cogitari que puluis sis, accipiesque uitæ tuæ actæ opsonium, &c. Moritur igitur Ladislaus, qui Italiam uicibus bellis diu turbat, & post eius mortem, magni motus per Italiam extiterunt. Mittuntur super ea re legati ad Sigismundum. Sigismundo propter maiora, concilium scilicet & alia negotia non aliud licebat quam legatos mittere, perque eos minis partim, partim rationibus, partim promissis non nihil in Italia composuit. Maluisset uero cum copijs ingredi Italiam, ad debellandos rebelles. Quæ tum Hispaniarum regi cum regibus Apuliæ fuerint bella, quid inter per Hispanias, Italiam & Gallias gestum sit, quamque memoratu dignissima sint, nec satis ordine ab ullo conscripta, tamen ut, à nostra prouincia suscepta, alieniora, consulto præterimus, festinantes ad concilium generale Constantiense. Decimo igitur quarto supra mille simum quadragentesimum annum, conuenerunt seculares & ecclesiastici Principes Constantiæ ad concilium. Venerunt cardinales, uenit & Pontifex ipse Ioannes 23, sed urbem Constantiam non est ingressus primo adueniens, sed in monasterio extra mœnia mansit donec certiores facti in in urbe clerus, & senatus populusque

lusq; prepararent se ad excipiendum Pontificem maximum. Obuiam igitur uenerunt Pontifici ordine ecclesiastici & seculares deduxeruntq; eum ad sedes episcopi Constantiensis, postero die dono Pontifici mittunt poculum argenteum, deauratum, item tria uasa boni uini, in quorum uno Alsaticum, in alio Italicum, in tertio uernaculum erat, item octoginta saccos auenarum. Vbi Principes audiuerunt Pontificem esse Constantie, turmatim eod confluxerunt. In uigilia Simonis et Iudae Constantiam Pont. uenit, post in die S. Martini templum in pontificia maiestate circumiuit, populumq; cruce manu facta benedixit. Quotidie aut plures e Roma & reliquis Italiae ciuitatibus sequebantur cardinales, episcopi, & alij Principes. Postea cum Pontifex in die natiuitatis Christi, tres missas celebraturus esset, quibus Sigismundus interesse cupiebat, nec posset in uigilia natiuitatis Constantiam peruenire, nauigauit ex Vberlingen per lacum noctu comitantibus eum, prater alios Principes, comite de Vuirtemberg, Ludouico duce Saxoniarum, Barbara item regina uxore. Ex nauis nocte cum ardentibus facibus rectam in cathedralem ecclesiam iuerunt, magnificentia magna celebrauit Papa primam missam matutinam, & Imperator clara uoce legit Euangelij locum illum: Exijt edictum a Cesare Augusto, &c. eo die cantauit Papa reliquas duas missas in quibus benedixit populum, & liberalissima plenissimaq; manu effudit indulgentias super omnes missam eius audientes. Post missas mutuis officijs certarunt inter se Pontifex & Imperator. Nondum autem omnes aderant, post nouum annum uenerunt dux Bauariae cum ducentis equis, & comes Palatinus Rheni cum totidem equis, totidemq; equis dux Silesiae. Alij quoque enumerare longum est, Principes. Venerunt post purificationem diuae uirginis matris Christi legati cardinales sex ex nomine Gregorij Gallorum Papae, qui concilium auctoritate Pontificis sui confirmarunt. Magnaque diligentia Gregorij Pontificis legati cum primum aduenerunt apud singulos Principes causam domini sui egerunt. Post uero unam atq; alteram sessionem, miserunt nuncium in Boemiam ad regem Wenceslaum cum literis quae auctoritate pontificia mandabant ut ad Constantiam mitteretur Ioannes Hus, uir bonis disciplinis, eruditus, nec infacundus, de uitae probitate nihil assero, Deus enim solus nouit cor hominis, quis hypocryta, quis uere uerè contritus & humiliatus reuereatur dominum. Hic Ioannes Pragae multa docuit contra sacerdotum uitam corruptam, contra pontificis sedis ius & potestatem, quae omnia extant ubiq; per infinita exemplaria diffusa, quare nos in his longiores non erimus, erant aut hoc genus plurima, Romanum episcopum nihilo minorem esse caeteris praesulibus. Indulgentias & absolutiones Pontificum uanas esse, nisi uita purificetur, & renouetur homo. Hominem scortatione alij uel sceleribus perditum, non posse mysteria dei dispensare, nihil unctionem conferre olei, nisi unctio spiritus adsit, signum enim tantum esse uerae spiritus sancti unctionis. Bona opera non esse nisi quae ex fide proficiantur, fiantq; iuxta uoluntatem domini propter nomen domini. Quae docetur de purgatorio esse conficta, & inuenta a sacerdotibus avaris uentri seruientibus, animas enim aut in aeternum damnari, aut in conspectu domini, hoc est in aeterna gaudia, recipi. Imagines sanctorum in ecclesia tollendas, ex auctoritate scripturae. Abundè satis imaginum uirilium & muliebrium quotidie dominum facere, quibus admo- neamus quales sancti sanctaq; dei fuerint. Benedictiones ignis, palmarum, aquarum, salis esse uanas, neq; enim ullam creaturam elementum uel benedictione hominis immutari, sed si utentes agant gratias domino, & benedicant domino omnia benedictionibus implentem. Contra ignauum, ut ipse uocauit, ocium sacerdotum multa dixit. Verbum dei cum fructu praedicari a nemine nisi uocatus sit a deo. Liberamq; debere esse praedicationem uerbi dei, cuiuscunq; enim dominus aperiat, illum audiendum, Spiritum domini enim ita uenire ut nescias unde ueniat aut quo uadat.

uadat. Vnctionem extremam non recensendam inter ecclesie sacramenta fuisse enim ab apostolis loco remediorum adhibita. De auriculari confessione etiam quaedam ab usu Romane ecclesie aliena docuit. Consilium & solatium grauatius usum. Scientias olim hoc modo quassuuisse, & inoleuisse auricularis confessionis, & misericordia dei passionem Christi Iesu fidere esse absolutionem. Templum domini esse sanctos dei, in quorum cordibus habitat deus per spiritum suum. Tempora omnia æque sancta esse. Christianum omni tempore domino sabbatum agere, arborem bonam fructum ferre bonum omni loco & tempore. Talia multa docuit Pragensis episcopus autem eius loci interdixit illi contiones. Sed in uilla Hus postea acrius inuectus est in clerum, episcopos & Pontifices, & dominus eius uillæ defendit eum contra episcopum. Venerunt autem alij Pragam qui eadem quæ Ioannes docebant. Docuerunt etiam calicis domini participationem male plebi ereptam. Et contra Romane ecclesie institutionem & consuetudinem sub duplici specie panis & uini sacramentum populo exhibuerunt. Vuenceslaus rex non uoluit, nescio qua causa, illos hæreticos persequi episcoposque suos iuuare, quare episcopus Pragensis multa conatus contra hanc hæresim, nihil autem proficiens, profectus est ad Sigismundum Imperatorem accusauitque fratrem eius regem Boemie, quod impunitam sinat crescere sectam Hussitarum. Sigismundus respondit episcopo audiendos & aduersarios, deinde se deliberaturum cum sapientibus uiris quid opus sit facto. Porro episcopus Pragensis dum accusat Ioannem Hus & ei adherentes apud Sigismundum moritur. In Boemia tota ferebatur, manum domini retigisse ueritatis persecutorem, dominum pugnare pro suo uerbo, &c. Vuenceslaus ergo Ioannem Hus misit Constantiam, sed non prius quam data esset illi fides quod tuto posset Constantiam ire, & in concilio libere loqui, & domum redire ad Boemos, neque enim Boemi & rex uoluerunt eum sine saluo conductu Sigismundi regis mittere. Vbi autem uenit ad concilium, ab amicis statim admonitus est ut reuertetur domum, nam facile uidere poterant eius doctrinam locum non habituram in eo concilio. Exiitque rumor nullo tam certo autore, Ioannem Hus fugam parare, nec Cesaris fidei fidem habere, quare ductus est ceu latro captus ad Ioannem Papam, ubi per aliquos dies miseris modis tractatus mittitur in carcerem in monasterio prædicatorum, in quo diu sine lumine iacuit. Venit & Hieronymus Constantiam ex Boemia, ut assisteret Ioanni, erat enim Hieronymus uir eloquentissimus & insignis cum in omni philosophie genere, tum præcipue in sacris literis. Conabantur autem quidam Hieronymum abducere à Ioanne Hus, Magnas dignitates, pinguiasque sacerdotia promittendo. Inquebant, ut insaniam illam deponeret cui tota catholica ecclesia, tot præstantissimi doctores, omnes Principes, contradicerent. Sed immobilis petra erat, non dubitabat effundere uerba per iugulum itura. Quoties auditi sint, quotiesque cum illis disputatum, petere licet ex aliorum monumentis. Adde enim in mala nos incidimus tempora, ut nullo unquam seculo minus tutum fuerit uel ea loqui quæ ante annos centum & scripta & lecta sint ubique. Vno igitur uerbo perstringam totam historiam Hussitarum. Condemnatus est primum Ioannes Hus qui non uerebatur in faciem prelatorum dicere, eos seruire uentri deo suo, mundanam uanam pompam, opes, delicias & luxum sectari, canes, equos, asinos & scorta alere ecclesiasticis bonis, quæ pauperibus & ueris ministris debeantur. Et plerisque deponendos, aliosque probatos in locum constituendos, qui doctrina & exemplo edificet ecclesiam Christi, &c. Vbi Papa, cardinales & episcopi nullam spem esse uident resipiscentie in Ioanne Hus (nam uiuum dimississent si reuocasset suam doctrinam) condemnatus ad ignem ducitur mense Iulio anni 1415. Inuictio constantis animo, quæ læta frons, uultusque serenus indicabat, mortem pertulit, itaque iuit ad flammam ignis, atque cibi uictus ad conuiuium, seu sities ad potum

ad potū. Nullum uerbum, nullamq; uocem emisit, qua posset ulla animi turbatio intelligi. Quin & in flamma ardēte cecinit hymnum. Eius mors multum odij & inuidiæ apud plurimos peperit ecclesiasticis prælatiſ. Cinis exuſti corporiſ, iuſſu eccleſiaſticorū Principum & Papæ, eſt proiectuſ in lacū, ſiue ut omniſ memoria eiſ deleteretur, ſiue ne Boëmi collectū pro reliquiſ colerent. Poſt Ioanniſ ſuppli-
cium, Hieronymum multiſ uiſiſ & rationibuſ, miniſ & pollicitationibuſ conati ſunt à ſua abſtrahere ſententiã, ſed nihil minꝰ, nihil promiſſa potuere apud eum, ubi ergo nihil præualere poſſe uident aduerſuſ eum, pari igniſ ſupplicio affectuſ eſt eodē anno ſabbato ante exultationē cruciſ. Nec hic ullum triftitiæ ſignū præ ſe in uultu & facie tulit, ſed gratiaſ egit deo quod ſoluendi tabernaculi hora adue-
niſſet, & cecinit quoq; ſpiritualeſ cationeſ uſq; dum fragor flãmæ interceptit uo-
cem canentiſ. Et huiuſ exuſti cinereſ miſerūt in altum lacum. Ferunt ſigifmundum primū omnino fidē ſeruare illiſ uoluſſe, ſed eccleſiaſticiſ Principeſ illi ex-
pontificiſ legibuſ probaſſe hæreticiſ fidē nō ſeruãdam. Fuerunt etiã qui dixerūt ſigifmundū nunq; cōſenſiſſe in eorū necem, & nullam aliam cauſam potiõrē fuiſ-
ſe qua alienatuſ ſit ruruſ à Pontifice cū quo pulchrè recõciliatuſ fuerat. Ad Boë-
moſ ubi hæc acta Cõſtantiæ peruenerūt, omneſ qui adherebant Ioanni & Hiero-
nymo, adherebat autē maior pars totiuſ regni, cõuenerunt, & clamāt omneſ uno
ore martyrio coronatoſ ſanctoſ uiroſ, teſteſ ueritatiſ. Nec parum timuit ſibi rex
Vuenceslauſ à factiõne uulgi ira ſuccēſi, miſit ergo ad concionē populi qui excu-
ſarūt eum, docueruntq; plebē Vuenceslauū regē grauiter ferre fidē non ſeruata, &
argumēta magna probabiliãq; erāt, quibuſ ita occiſoſ Ioannem & Hieron. facile
colligi potuit malè habere regē. Dedit illiſ enim poſtea rex eccleſiaſ in quibuſ do-
gma Huſſitiã libere docere poſſent, & participare menſe domini ſub utraq; ſpe-
cie. Nec uſq; aut clam aut palã reſtitit doctriõne eorū. Sed Huſſite nō cõtenti eccle-
ſiaſ ſibi à rege cõceſſiſ, monaſteria & eccleſiaſ per totum regnū diripiūt & perua-
ſtāt, fundituſq; tollūt pulcherrima templorū ædificia. Nam quidã reges Boëmiæ,
religioniſ amateſ ædificarāt, & exornarāt, plurima monaſteria & eccleſiaſ, ita ut
uix in alia natione talia reperiri potuerint, ſed plebſ ſupplicio Ioãniſ & Hieron.
ita cõmota eſt ut omnia ferè ſolo æquarit. Hiſtoriã illiuſ rei deſcriptã, ut ante dixi,
leget qui cupit pleniuſ apud alioſ. Cõbuſtiſ Ioãne & Hieron. inceperūt diſſidia
feruere & exagitari inter Põtiſiceſ. Quanq; enim uterq; ſimularit ſe ex animo ce-
dere & cupere eccleſiaſ trãquillitatē & ſublata ſcãdala, tamē clam aliud agere eoſ
intellegerūt uiri cordati. Ne quiſ aut ſuſpiceſ noſ aliquid adſingere extant Leon-
harduſ Aretinuſ & Pogiũ qui interfuerunt Pontificū conſiliſ, & quorū monu-
mentiſ ſatiſ abudē patet qua integritate & fide hæc ſint in illo cõcilio acta. Opera
preciũ eſt, opinor, ut adſcribam decretũ q; Ioan. Pontifex in cõcilio publicariſ eſt
autem tale. Ioãneſ epiſcopuſ ſeruſ ſeruorū dei uniuerſiſ Chriſti fidelibuſ præ-
ſenteſ literaſ inſpecturiſ ſalutem & apoſtolicam benediõtionem. Vniuerſitati
& ueſtrū ſinguliſ innotefcat, quod propter quietē totiuſ populi Chriſtiani pro-
ſiteor, promitto, ſpondeo, moneo, & iuro deo & eccleſiaſ & huic ſacro concilio
ſponte & libere dare poteſtatem ipſi eccleſiaſ per uiam mex ſimpliciſ ceſſioniſ pa-
pauſ & etiã facere & implere cum effectũ iuxta deliberationem præſentiſ con-
ciliij. Si & quando Petruſ de Luna Benediõtuſ 13. & Angeluſ Corariuſ Grego-
riuſ 12. in ſuiſ obediētiſ nuncupatiſ papauſ, quem prætendūt per ſe uel procura-
toſ ſuoſ legitimoſ ſimiliter cedant, & etiã in quocunq; caſu ceſſioniſ uel de-
ceſſuſ, aut alio in quo per meam ceſſionem poterit dari unio eccleſiaſ ad extirpa-
tionem præſentiſ ſchiſmatiſ. Acta ſunt hæc in Cõſtantiã adno domini 1415, pri-
ma die Martij pontificatuſ noſtri anno quinto. Hæc publicauit Ioanneſ Pon-
tifiex, quæ habent ſpeciẽ bonam, ac ſi eſſent ex pio & ſancto animo profecto.
Sed putauit bonuſ uir ſibi omnia tuta, habebat enim ipſum Imperatoreſ ſibi

adhuc fauentem, habebat aliorum Principum præcipuorum fauorem. Couiſſa excipiebat Imperatorem & alios utriuſq; ordinis Principes, munera dabat clam multa. Rosam in ſacris benedictione apoſtolica conſecratam donauit Imperatori. In qua roſa conſecratio materiam ſuperare debet. Nec alij Pontificũ legati negligenter ambiebant apud Principes uarijs uijs, nomine dominorum ſuorum. Vbi igitur uentum eſt ad ſeſſiones, agi cepit ut unum caput eccleſiæ præſeſſeretur, ad quod omnia poſſint referri, uifi ſunt Principes diſcordes ualde, alijs alijs Pontifici fauentibus. Surrexiſſe autem fertur in frequentiſſimo Principum conſeſſu archiepiſcopus Moguntinus, & dixiſſe ſe nulli obtemperatorem niſi eligeretur Ioannes, ſed uitio datum eſt Moguntino epiſcopo præiudicium illud temerarium, nondum enim audierat omnium cauſas. Sunt autem ab aduerſarijs, qui non pauci erant, Ioanni Papæ obiecta crimina plurima & grauiora q̄ ut in ulio homine nedum in Pontifice ſummo ferēda ſint, quibus frigidius reſpōdit Ioannes quàm amici eius expectabant. Inceperuntq; pleriq; alieniores ab illo fieri. Et Sigismundus ob crimina illa incipit odire hominem. Quod animaduertēs Ioannes, aliumq; euentum futurum concilij uidens q̄ ſperarat, magnopere doluit & poenituit eum quod eo decreto, quod iam ſcripſimus, proteſtatus ſit ſe reſignare papatũ ſi aduerſarij eius quoq; reſignēt. Quam ob rem incepit cogitare de abitu, prætexens ſe ſuoſq; parum tutos, nec liberum eſſe cōcilium, nihil ædificationis & fructus ex hoc prouenturũ ad eccleſiam. Hęc Pōtificis querela ubi ad Sigismundum peruenit, timuit ne diſcederet, turbarēturq; magis omnia quàm ante in eccleſia, propterea promittit illi pleniffimam ſecuritatē. Peruenit etiam ad aures Imperatoris, Fridericum ducem Auſtriæ omnia conſilia cum Papa cōferre, & eum abducere uelle. Hęc ob cauſam uocat ad ſe Sigismundus Fridericũ, monet eum ne tantum facinus audeat, docet eum quid mali hinc ſecuturum ſit in uniuerſam eccleſiam. Omnes impenſas & operam perditam quæ in concilium collata ſit, imò omnia multa poſt peiora futura. Et ſi abducat Papā, omnes omnia mala ipſi adſcripturos, omniaq; exedenda fore illi. Dux Fridericus omnia cōſtantiffimè negauit, & planè Sigismundo perſuaſit ſe nihil tale præſumpſiſſe, effectiq; ut minus obſeruaret, timeret uē diſceſſum Pontificis. Verum Pontifex habitu famuli equitis uulgaris Conſtantia exiuit, & equo delatus ad nauiculam quæ ad ripam Rheni expectabat, illinc naui uectus eſt uſq; ad oppidũ Schaffhuſen, adiuuātibus Archiepiſcopo Moguntino & duce Auſtriæ inimicis Caſaris. Caſar ubi certior factus eſt auſuſſe Papam, ſupra modũ iratus eſt, familiam & cardinales eius retinere iuſſit. Verum cardinales Sigismundo perſuadent, ſe non conſcios fuiſſe propoſiti & abitus ipſius Papæ, & pollicentur ſe reduciuros, recōciliaturoſq; eum, quæ ob cauſam dimiſit eos Sigismundus, ut reducerent Papam, qui ſecuti dominum ſuum, cum in eadem naui quæ perforabatur, eſſent, non qua ratione reducerent, ſed quomodo cum ipſo periculum commune effugerent, curabant, timebant enim ne priuarentur ſuis dignitatibus ſi manerent Conſtantia. Sigismundus uero fugam Pontificis iuſſit proclamari, & ſimul ne quis ſollicitus ſit propter eius abitum, ſe enim ſcire quibus rationibus reducendus ſit. Mox uero poſt, in frequenti Principum conſeſſu accuſauit Fridericum ducem Auſtriæ, quod eius auxilio auſuſſet Pōtifex, alioquẽ enim nullã euadēdi ſpem illi eſſe potuiſſe. Commemorat in accuſatione quæ pericula quæ ſcandala, quæ calamitates ſecutura ſint fugam Papæ. Præter labores omnes omnium Principum fruſtratos, & maximas Principum & ciuitatum impenſas, qui omnes ſperauerant eccleſiæ pacē. Citatur ergo ad cauſam dicēdam ſuam Fridericus dux publicè ædito edicto ab Imperatore, ſed non comparente duce, publico Principum iudicio condemnatus, priuatur omnibus feudis, & poſſeſſionibus ſuis, & omnia eius occupanti conceduntur,

duntur, subditicq; à debita ei obedientia absoluuntur. Nam nullus erat ex amicis eius qui ausus fuerit eum defendere, in causa tam odiosa, nemo enim uoluit uideri uel tam malus ut ecclesiam & Rempub. imperij tot incommoditatibus & malis afficeret, uel tam rerum imperitus ut non uideret quæ lerna malorū ex tam in tempestiuo discessu Pōtificis euētura esset. Exposita igitur domo Austriæ omnibus occupantibus eam. Confœderati Heluetij sine mora occuparunt Ergoiam (quam uocāt, libenter enim usitatis nominibus utimur) Melligen, Baden, Bremsgarten, Vuallēstat, Dieffenhofen & alias munitiones. Quod Principes malè habuit, sed in sententia damnationis erat, omni seu cuiuslibet occupanti concessio domus Austriæ. Cæsar ipse occupauit Stain, Frauenfeld. Occupabatur etiam Feldkirch. Papa ubi audiuit sic agi cum suo patrono Friderico ex Schaffhusen descendit Loffenbergā, inde sine mora se recepit Friburgum, profecturus, si tutum contingeret iter, ad ducem Burgundię, quo cum erat illi uetus necessitudo, quoq; intimo summoq; utebatur amico. Pontifex excusaturus suū discessum ita ad concilium scripsit. Ioannes episcopus seruus seruorū dei, uniuersis innotescat, quod cū propter metū, qui cadere potuit in constantē uirum, de ciuitate Constantiensi recesserimus, ne hac occasione Petrus de Luna & Angelus Corarius in suis obediētijs nominati allegātes impressionē nobis factā, se quouis modo ab accessione retraherent, & sic protraheretur effectus pacis & unionis ecclesię ad quorū effectum desyderia nostra tendūt. Ex Friburgo, &c. Fridericus autē dux Austrię ubi uidet seueritatem iramq; Sigismundi et Principum, per amicos mediatores rogat gratiam, & uia facta illi ad Imperatorem, & in sua ipsius persona accessit & agnouit peccatum, & se suaq; omnia in manus eius tradidit. Et iureiurando promittit dux Fridericus se Papam reducturū Cōstantiam. Sine omni igitur mora festinat dux & ex Friburgo ducit Papam usq; ad Cellam Rudophi illic incepit Pontifex repugnare, nec uoluit longius Constantiam uersus ire. Quam ob rem dux Fridericus missis ad Imperatorem nuncijs, cōsultit eum, quid fieri uelit cum Pontifice nolente sequi ultro, nam uim adhibere summo Pontifici religio erat. Sigismundus adhibitis in consilium Principibus multis, quibus fidebat plurimū, quorum decerto capitur Ioannes Papa & ducit in custodiā monasterij Richnau nō procul à Constantia. Custodię mancipato Ioanne, incipit cōcilium causas fugę peruestigare & expēdere criminacq; illi obiecta discutere curiosius & diligentius. Sūe autē notabilia crimina ferē quinquaginta in eo inuēta, & probata quorū unum quodq; per se solum abundē satis magnū erat ut reijceretur à pontificatu. Quam ob rem pōtificatu abdicatus Ioannes traditur Ludouico comiti Palatino custodiendus, ductus igitur in Manhem castrum militibus Germanis seruandus commissus est, neq; Papa aliter loqui cū militibus, neq; milites cū ipso potuere q̄ nutu & signis, nemoq; ad eū admissus est qui cum loqui sciret. In eaq; captiuitate tribus perpetuis annis fuit. Gregorius Papa maiorem in spem uocatus est ubi audiuit captū Ioannē, & crimina tot in eo inuenta. Legati autē eius quoq; coacti sunt conciliū approbare & cōfirmare, & unus eorū præcipuus nomine Carolus Malatesta collocatus in sede non aliter atq; si affuisset Gregorius, abdicauit Papam suum pontificatu. Quod Malatestę cōcilijq; factū tanto dolore affectit Gregoriū ut præ angustia animi mortuus sit. Erat enim natura melācholici humoris abundantior. Porrō concilium statuit, Synodum generalem legitimè congregatā habere potestatem plenam super omnia in ecclesia militante, etiam super Pontificem legitimè electū. Hoc autem decretum est, ne qui dicerent consilio Papā non subiectum. Supererat adhuc tertius Pontifex Benedictus 13. qui prioribus duobus pertinacior & arrogantior erat, nec magis pontificatus gradu dignus quā cæteri. Sigismundus autem nulla non pericula nullos que non labores, ut pax redderetur

redderetur ecclesie, subiuit. Assumptis secum ecclesiasticis & secularibus Principibus anno secundo post congregatum concilium Sigismundus profectus est in Gallias, & Angliam ad reges, eosque diligenter adhortatus est ut propter communem ecclesie tranquillitatem & concordiam sequantur auctoritatem & sententiam concilij in abrogando Benedicto, duobus alijs depositis. Rex Gallie & rex Britannie uidentes animum Imperatoris ad ecclesiam pacandam, responderunt se facturos quicquid deceret Christiani nominis reges, nec usque ecclesie defuturos, & nihil negaturos pollici sunt quicquid faciat ad schisma tollendum. Re curata apud hos duos reges, ex animi sententia Narbonam ad Ferdinandum Aragonum regem pergit. Qui cum suis subditis obediebat Benedicto. Vbi rex audiuit Sigismundum suo & totius concilij nomine de schismate & concordia ecclesie disserentem, promisit, se monituum & adhortatum eum ad abrogationem pontificatus, si uero non uelit pontificatu se abdicare, & concilio generali liberam facere electionem, tum se effecturum apud plebem suam ut omnes sequantur auctoritatem & sententiam generalis concilij. Papa uero Benedictus se recepit in munitissima loca, neque minis, neque ullis ad suadendum compositis uerbis moueri potuit, ut Pontificis nomen deponeret. Affirmauit autem se esse uerum Christi uicarium, sibi esse commissas regni caelorum clauis, se habere potestatem in concilio, non autem Christi uicarium concilio subiectum. Rex uero Aragonum, & Hispanie Principes omnes offensi pertinacia Benedicti, preceperunt aeditis mandatis, subiectis suis populis, ut, relicto Benedicto, concilio generalis auctoritatem sequerentur. In hunc modum ex animi sententia effectum dedit Sigismundus quicquid proposuerat sibi in ea peregrinatione suscepta pro ecclesie alma pace. Cum igitur totum penes annum consumpsisset Sigismundus in illa profectioe redijt Constantiam, Principes concilij eum reuerenter exceperunt & similiter excepti sunt omnes qui comitati eum fuerant. Paucis post Sigismundi reditum, communi concordieque totius concilij sententia depositus est Benedictus, & auctoritate generalis concilij anathematizatus, accensis cereis candelis & campanis pulsatis ut est consuetudo, declaraturusque a concilio uitandus ut haereticus, inimicusque ecclesie catholice, & omnes eius adherentes patrocinantescque eisdem sententijs subiacere decernuntur. Hoc anno auctoritate Casarex maiestatis & concilij quidam Barones in comites, comites quidam in duces euecti sunt. Visum est etiam tempus esse eligendi Pontificem, ut commodius agere possent de corrigendis ecclesiasticorum moribus qui corruptissimi erant. Cum igitur per aliquot dies esset disputatum de ratione eligendi Pontifice, eandem inter omnes Principes conuenit ut cum cardinalibus qui tribus Pontificibus obtemperabant, quinque prelati ex singulis nationibus eligerent Papam, non ergo ingressi conclaue elegerunt concordibus suffragijs cardinale de Columna nomine Othonem, appellaruntque Martinum s. quae electio in festo diui Martini facta erat. Erat autem uir rara in rebus administrandis dexteritate, propterea Sigismundus, cui maiori cura erat ecclesie felix status quam quibusdam ecclesiasticis prelati, supra motum laetatus est talem uirum electum. Cum autem sibi timerent multi qui dignitates & beneficia sub tribus abdicatis Papis consecuti erant, propter communem pacem conseruandam, decretum est, ratum debere esse quicquid Ioannes, & quicquid Gregorius, & quicquid Benedictus statuissent & ordinauissent inter eos qui illis obtemperauerunt ceu ueris Pontificibus. Et ita in collatis beneficijs, gratijs concessis, & constitutionibus factis nihil est immutatum. Cardinales & episcopi facti a Pontificibus abdicatis, manebant in dignitate sua, quo aequiore animo ferebant depositionem dominorum suorum. Post electum Pontificem constitutiones quaedam non male sunt aeditae, quae si obseruatae essent per hos centum annos forrasse in meliore loco essent res ecclesiasticae. Est autem una constitutio talis contra

contra Simoniacos, quod electiones, postulationes, confirmationes, & prouisiones simoniacæ nullæ sint ipso iure. Item qui ad ecclesiastica beneficia simoniacè perueniant, & postea deprehensi ad fructuum quos ceperunt restitutionem cogantur. Itē quod simoniacè dantes & recipiētes sententiā execrationis incurrāt. Voluit, ni fallor, hæc cōstitutio iudicio in ecclesiarū ministros eligi probatos uiros, nō muneribus & fauore corrumpi electores & collatores. Quædā præterea alia quæ in eis actis habētur, statuta sunt in Cōstantiensi synodo. Constitutū etiā concordibus uocibus est, ut propter schismata tam perniciofa ecclesiæ, cōcilia generalia celebrarētur frequentia, nimirum hoc interuallo temporis. Ut à fine Cōstantinensis concilij post quinq; annos iterum conuenirent in generalem synodum Papiæ celebrandam, ab huius fine post septem annos iterum cōuenirent in generali concilio, deinde semper post decennium conuocandam generalem synodum. Locumq; in fine concilij cuiusq; deputandam communi patrum sententia, statuerunt. Terminū celebrandæ synodi breuiorem posse ex causis statui à Cæsare, & Pontifice Principibusq; alijs, sed nullas ob causas tempus conueniendū ultra decennium producere licere cuiquam. Quis non uidet quā salutaris hæc constitutio fuisset ecclesiæ, si ita seruata fuissent generalia cōcilia? Quāta & quot mala uitari potuissent? In synodo Cōstantiensi Imperator pro nescio quanta summx pecuniæ cōsistorium prouinciale in Durgea ciuitati Cōstantiensi pignori dedit. Quod postea iure belli ad Heluetios peruenit. Sigismundus post pacatam ecclesiam utcumq; in concilio Cōstantiensi, bellum aduersus Turcos parat, nam ut resisti Turco cōiunctis Christianorum uiribus melius posset, tātoperē Sigismundus festinabat in unitate faciendā. Post sublatum tamen trium Pōtificum schisma non responderunt spei & expectationi Imperatoris in armis contra Turcam suscipiendis pleriq; Principes. Sigismundus uero uir maximi animi posthabitis suis rebus, omnibus neruis intentus fuit in expeditiones contra Turcū quocum non satis feliciter pugnat. Dum autem communibus ecclesiæ commodis consulere studet penē amisit Vngariam & Boëmiā. Boëmi enim post mortem regis Vuenceslai legitimo hæredi Sigismundo rebellabant, erant enim illi infensī propter occisos in concilio Ioannem & Hieronymum. Quamquam Sigismundus fidem seruare illis uolebat & incolumes in Boëmiā remittere, concilium autem esse super Imperatorem Pontifices & sacerdotum Principes dixerūt, nec hæreticis debere quēquam fidem seruare, tollendosq; è medio quocumq; modo fieri possit. Etsi ergo Sigismundus diceret se fidem illis uelle seruare, sed postea operam se daturum ut redirent ad ecclesiam, & inobedientes pœnas darent, nihil tamen aduersus ecclesiasticorum zelum efficere potuit. Postquam multa conatus esset cōtra Turcos, & in Vngaria disposuisset omnia, opposuissetq; Turco præsidia in locis quibus opus uidebatur, ad Boëmicas res sese cōuertit, sapissimè uocatus ab amicis & ijs quibus pax & tranquillitas cordi erat, in regnum factionibus multis turbatissimum. Non enim solum corrigere conabantur quæ docuerat Ioannes Hus emendanda, sed agrestia ingenia neque Hussiticæ hæresis doctrina, neq; ulla alia, imbuta omnia turbabant, arboresq; quas Ioannes Hus putatione egere docuerat, indoctum insanumq; uulgus totas radicitus extirpabat. In itinere autem Pragam uersus cum esset Sigismundus, ob causas magnas deflexit Vratislauriā, urbem Slesie eximiā, in qua plebs per seditionem senatum trucidauerat, quem Vuenceslaus rex cōstituerat. Quod ubi peruenit Imperator cognita causa, autores seditionis & cædis capitis supplicio affecit, fuerūt autem multi. Quo seueritatis exemplo Boëmi cōmoti magis Sigismundum odire quā antè, arma capere, maledictis illum proscindere, multa mendacia in illum confingere, occupare omnes omnes regni munitiones, affirmare Sigismundum Boëmico no-

mini infensum, Brandenburgenses à Boëmico regno alienasse. Ioannem & Hieronymum contra fidem datam iussisse concremari, & eodem modo perdere constituisse omnes qui sequantur Hussiticū dogma ita magnum odium & inuidiam Sigismundo per totum Boëmiæ regnum conciliauerunt. Quare Sigismundus copijs coactis per totum imperium ducit aduersus Boëmos, ut regnum, quod ad se hæreditario iure pertinebat, reciperet. Boëmi opposuerunt se Sigismundo, duce Zischæ, qui sæpe uictor, multa oppida & castra cepit, & sacerdotes qui Romanū Pontificem agnoscebāt, aut cremauit, aut exectis testibus uiuos dimisit. Nec uno solum prælio superauit copias Sigismundi. Vbi autem Sigismundus Imperator animaduertit Zischæ fortunā constanter prosperam, & totam Boëmiā in ipsū respicere conat̄ hominē promissis & muneribus à proposito & hæreticorū fide abductū suū facere ut eius opera Boëmiā rebellantem domet. Homo ingētibus promissis & pecunia corruptus, perfidusq̄ accepit non modo deserendi sed prodēdi suos cōditionē, sed dum iter ad Imperatorē facit, subito quodā agritudinis genere perijt. Hussitæ primū dolebant grauius ob mortē Zischæ, neq̄ enim sciebant in paritēda enitēdaue proditione mortuū, ubi uero postea cognouerūt eius conatus, ultionem domini in eum fuisse & protectionem sui, interpretabatur, & si autem magna dissidia inter Hussitarū exercitum à morte Zischæ fuerint ut magnam spem fecerint Sigismundo aliquid contra eos posse effici, uerum non aliter atq̄ concertantes suos ubi aliud animans, canis seu lupo accesserit in unum conuenientes defendunt se acriter unanimiterq̄, sic Hussitæ inter se uehementer discordantes, tamen communi hosti, coniunctissimè resistebāt in unum collecti animis. Quæ discors cōcordia fecit ut non minus usi sint propitio Marte perpetuo quàm ante Zischæ mortem. Nec tantum sua defendebant, sed etiam aliena diripuerunt & occupauerunt. Bella hæc omnia quomodo gesta sint cum non apud unū tantum autorem extant conscripta, repetenda mihi non duxi, præsertim cum non ad res Germanorum, sed ad Boëmicas pertineant. Paucis igitur perstringam, Romanus Pontifex non cessauit à primo pontificatus sui anno instigare Principes omnes ad suscipienda arma aduersus Boëmicam sectam, indulgentias liberalissimè cōcedendo omnibus qui in eam expeditionem aliquid pro catholica Romana ecclesia cōferrent. In hanc militiam misit cardinales, sed cum ignominia sæpe repulsi sunt, ut non sine scandalo mirati sint multi (qui iudicia domini existimant animali sensu rationēue carnali) qui fiat quod dominus hæreticis contra catholicos uictoriā concedat. Maioribus igitur conatibus, animis & copijs aggrediēdos duxerunt Hussitas nostri, aderat in Germania uir qui ad bellum natus uidebatur, cardinalis Vinctoniensis ex Anglorum regibus originem generis ducens, cuius industria coacti sunt maximi exercitus tres, quorū quilibet satis ad opprimēdam Boëmiā uidebatur. Vnum ducebat exercitū Otho archiepiscopus Treuerēsis quem secutus est totus Rhenus ab oceano usque ad summū eius fontem, præterea & tota Sueuia & Bauaria secutæ sunt hūc ducem. Secundum exercitum duxerūt Saxoniam duces quos secutæ sunt Hassia, Turinagia, Saxonia, stagnales, quas uocant, ciuitates, &c. Tertium exercitū duxit Margio Brandenburgensis quem secuti sunt Frācones & alij. Hæ copix omnes ingressæ sunt Boëmiā cōfisa multitudīne, & fortitudine sua magis quàm brachio domini. Vbi autem primum in hostis cōspectum uenerunt, terror eos tantus inuasit, ut facile euentū rei uidere potuerint paulò rerum bellicarū peritiores. Hussitæ ergo, omnibus in unum collectissimis, acieq̄ instructa, infesta in hostē signa ferunt quod nostri ubi uiderunt, imò ubi audierunt, non pauci cōspexerant hostem, fugam turpissimam arripiunt, fugiuntq̄ nemine persequente, unoq̄ impetu fugæ per syluā currūt. Impedimenta omnia, machinæq̄ bellicæ sunt hostibus relictæ prædæ.

cta prædæ. Cardinalis & Archiepiscopus Treuerēsis adhortantur copias nē ad-
 mitant in se turpitudinem tantam tantumq; dedecus, sed nihil proficientes simul
 fugere coguntur. Post hanc turpē fugā animi aucti sunt hæreticis, nostrisq; magis
 sunt deiecti. Sigismundus autem Imperator animo nondum fractus Norinber-
 gam Principes & ciuitates imperij conuocat, docetq; eos quā necessariō sit ite-
 randa expeditio in Boēmos hæreticos, qui incipiebant uicinos indies magis mā-
 gisq; carpere. Venit etiam Norinbergam Pontificis legatus Iulianus cardinalis
 S. Angeli, qui Principes adhortatus est ad bellum suscipiendum. Est igitur alia sta-
 tim expeditio decreta in Boēmos, & contractæ sunt copix maximæ, dux autem
 exercitus totius electus est Fridericus Marchio Brandenburgēsis. Erat in ea ex-
 peditione totum ferē imperium, præcipuē ecclesiastici, quibus maior cura erat ut
 perderetur Hussitica hæresis, pugnabat enim imprimis cōtra ecclesiasticos. Erat
 quoq; in exercitu cardinalis S. Angeli. Hæ ergo copix Boēmiam ingressæ incen-
 dio & cædibus omnia obuia perdunt, nulla ratio neq; sexus neq; ætatis habetur.
 Quæ nostrorum crudelitas nō modo non terruit hostem, quod nostri futurū pu-
 tabant, sed magis incēdit & irritauit. Collectis enim omnibus suis uiribus obuia
 occurrunt nostris, quorum aduentū ubi audiuerunt nostri, nondū uisā hostili acie,
 abiecta præda, & armis, fugiunt pauidissime. Ut eodem die adeoq; eadē hora no-
 stri crudelissimi, & timidissimi uisi sint. Cardinalis per interpretes allocutus fu-
 gientes, & adhortatus est ut maneat, bellum esse cōtra hæreticos, canes, Satanæ
 traditos, pro ecclesia catholica, pro Christiana fide, magna uictoribus p̄mia pro-
 posita, &c. Frustra loquitur indulgentias, benedictiones apostolicas, sanctā obe-
 dientiam, & alia hoc genus. Surdæ sunt aures omnium, omnis uis omniū in cor-
 poribus partiū delapsa est in fugaces pedes. Cardinalis miraculo rei stupidus &
 attonitus non potest satis mirari Germanos bello fortissimos & ob militares uir-
 tutes semper omnibus populis prælatos ita territos fugere. Sequi autē cogitur fu-
 gientes. Multos in fuga occiderunt Boēmi, & consecuti sunt magnam prædam,
 ceperunt etiam nostrorum multos. Et uicina quædam castra occuparunt, & uil-
 las diripuerunt & incenderūt. Sigismundus cōuentus Principum celebrat, repa-
 rare arma cupit, sed quidam Principum fatigati differendam rem cēsent, donec
 mutatio aliqua animorū fiat. Aduenerat iam tempus conueniendi ad conciliū
 Capix celebrandū, sed cum pestilenti constitutione inficeretur Papiense cœlum,
 placuitq; Pontifici cōcilium transferre Senas, quo ubi ex multis nationibus con-
 uenirent multi, quidā largitionibus & promissis contra Martinum moliebantur
 ut de pontificatu deiceretur. Quod ubi animaduertit Pōtifex, statim cōcilij con-
 uentum dissoluit, & ne quis calumniari posset Pōtificem sibi timere statuit post
 septem annos synodum generalem celebrandam, eiq; concilio locum deputauit
 Basileam. Anno igitur post natiuitatem domini 1430. in Germaniā misit Marti-
 nus Papa cardinalem S. Angeli, cum mandatis de concilio Basileæ celebrādo, &
 de bello repetendo contra Hussitas. Venit autem hic cardinalis Basileam, ubi se-
 natus augustissimus & clerus, urbisq; cœlum salubre & amœnus situs mirum in
 modum placuerunt. Hoc tempore Sigismundus cogit in Germaniā copias, Ita-
 liam ingreditur, in plerisq; locis honorificè excipitur. Quidā quidē primō adue-
 nienti resistere conati sunt, inter quos præcipuē fuerunt Iulianus & Eugenius
 Pontifex qui successerat Martino in concilio Cōstantiensi electo. Sed tandē ubi
 cognouerunt animum & potentiam Sigismundi ultro ad eum uenerunt & ami-
 citiam pacemq; petierunt. Factaq; pace cum Eugenio 4. Romam ingressus est,
 magnocq; cum honore à populo Romano & à clero est exceptus. Elitq; Romæ à
 Pōifice, ut uolebat, coronatus. Studuit autē unice quā plurimis benefacere, &
 hanc laudem uoluit post se in Italia relinquere. Multos Germanorū & Italorum

postquam accepit imperialem coronam, ad equestris ordinis decus euexit. Et reuertedo domū in itinere ciuitatibus priuilegia confirmauit uetera & noua donauit. Vbi uenit Mantuā insignia imperialia dono dedit Ioanni Francisco Mantuæ domino, & eum Marchionem appellauit. Præterea in itinere eo multa beneficia contulit in multos. Interea dum in Italia est Imperator, congregatur Basilea cōcilium, adsunt Principes utriusq; ordinis secularis & ecclesiastici, Principes ex Hispania, Gallia, Vngaria & Germania. Itali soli & Pōtifex cessabant odiosius. Eugenius Papa contra constitutionem Martini prædecessoris sui conabatur à Basilea transferre Bononiam concilij locū. Sed omnes Principes concilij iudicarunt, nullum concilio commodiorem Basilea locum inueniri posse, cum propter ingenuos senatus ciuiumq; animos, tum propter cœli temperiē, urbiscq; amoenissimam situm, deniq; propter cōmeatus affluentiā. Quare semel atq; iterum monēt Eugenium auctoritate concilij sancta cui subiectus sit, ut Basileam se cum suis cardinalibus cōferat, & addunt minando nisi ueniat, se enim in eum animaduersuros tanquam in sacrarū patrum constitutionem præuaricatorem. Quare Eugenius timēs repulsam Basiliensem synodū cōfirmauitq; per apostolicas Bullas. Sigismundus Imperator in Italia audiens Eugenium periclitari in concilio Basiliensi, celeritate mirabili uolauit Basileā. Neq; enim deponi uolebat à quo imperialem acceperat coronam. Illo tempore misit literas Imperator ad Boëmos (qui ante perpetuō prædicauerant se rationem reddere paratos suæ fidei, & aliena refellere) uocacq; eos ad liberum conciliū, ad rationem reddendam doctrinæ & religionis eorum. Promittit patres concilij benignis a quisq; auribus audituros rationes eorū dogmatū. Addit etiam in eisdem literis quo iure quibusq; nominibus ad se pertineat regnum Boemicum. Dedit quoq; literas totum concilium ad Boëmos, in quibus inuitarunt eos ad sua dogmata propugnanda, & impugnationes eorum audiendas. Promiserunt quoq; sub generalis synodi fide plenam securitatem & libertatem quæ uellent loquendi, & iter aduentus & reditus securum. Boëmi lectis literis concilij & Imperatoris uariatis sententijs, alij enim omnino non cessabant ad concilium mittendos ullos, quoniam nullam spem esse dicebant pontificios dogma Hussiticum audituros. Item Cōstantiæ fidem à Casare datam non seruata Hieronymo & Ioanni, causa nondum tam odiosa & exasperata tot bellis & prælijs. Et maior pars in hac sententia erat. Alij autem iudicabant Basileam eundem, iam enim concilium & Imperatorē, inquebant uel arma Boëmica reuerituros, si aliās fidem nō uelint seruare. Esse enim omnino doctrinæ rationem reddendam sibi existimabant, qui toties testati sint, se paratos cum quibuslibet disputare de dogmatis sui ueritate, & cuilibet petenti rationē reddere doctrinæ suæ. In hac sententia fuerunt optimatum plurimi, & post utrorūq; sententiās bene discussas, placuit eorum qui mittendos censebant quos haberent facundissimos & Hussiticæ doctrinæ scientissimos. Decreuerunt ergo ad synodū Basiliensem, mittendam honestissimam legationem. Missi sunt igitur legati cum trecentis equis. Vbi uenerūt Basileam, magnus ciuium & peregrinorū numerus ante portas expectabat, ut uiderent Boëmos armis inuictos homines, tantam comparant opinionem fortitudinis toties uictores. Fuerūt autem ex legatis illis insigniores, Petrus quidam ex Anglia qui dialectices præsidia, & summā Hussiticæ doctrinæ cognitionem cum naturali facundia coniunxerat, Ioannes Rochezana presbyter, Nicolaus Galecus præbyter, Guilielmus quidam primæ ex equestri ordine nobilitatis, Procopius Rarus multis pugnis clarus. Ii cū paucis quibusdā alijs post aduentū tertio die uocati sunt ad publicū patrū cōfessum, quos primus Iulianus cardinalis allocutus est mansuetissimè, & adhortatus est ad cōmunem pacem & unitatē, ecclesiæ, matris fidelium, & sponsæ Christi, habentis clauēs cœlorū, & potestatem

statem iudicandi omnes doctrinas, ecclesiasticas, hoc est, conciliorum statuti non minus credendum quam sacris biblicis libris quibus autoritas omnis ab ecclesia, quae eas approbavit, sit. Horrendum esse à matre ecclesia separari. In fine orationis factis lachrymis obtestatur ut redeat. Boemi ex aduerso placidè respondēt, se neque concilia neque sanctorum patrum constitutiones contemnere, sed eorum qui non agatur spiritu dei decreta cum scriptura sacra repugnātia non uelle sequi. Verum esse spirituales patres approbasse scripturam, illisque credendum esse, sed carnales; qui iactent se successores eorum, nihil diuini cogitare & sapere. Sanctorum uero patrum autoritatē apud se permanere in eo quo debet loco, id est, summo. Neque se quicquam ausos hactenus loqui quod non confirmatum sit autoritate sanctorum patrum & Christi apostolorumque. Petebant autem à toto concilio etiam idiotis audiri se defendentes suam doctrinā, quam quatuor articulis summam comprehendebant, in quibus à Romana ecclesia dissentiebant. Primo, Eucharistiae usum esse legitimum iuxta Christi institutionem, sub specie utraque panis & uini. Secundo, In rebus secularibus dominari non licere ministris ecclesiae clericis, nec omnino immisceri negotiis, quae uocantur, secularibus. Tertio, Omnibus Christianis, hoc est, domini spiritum habentibus concessum à deo, imò necessarium esse ut praedicent uerbum dei, nec morandū carnem & sanguinem, sed obseruandū quid dominus in nobis loquat. Quarto, Publica peccata nullo modo ferenda, etiam maiorum malorum causa. Haec contra Romanam ecclesiam defendenda dicebant sibi commissa à Boemia ecclesia. Iulianus autem, inquit, multa alia de illis dici uulgo quae pias aures offendant. Quale est illud; Mendicantium ordines inuentum & institutum Satanae esse. Verum esse, asserunt legati, neque enim nouum testamentum neque uetus instituisse usquam mendicos, neque mendicasse prophetas, neque Christum, neque apostolos, propterea sequi institutos à malo spiritu mendicantium ordines. His de mendicantibus ordinibus respondit cardinalis Sancti Angeli, non solum his credendum quae sint in noui aut ueteris testamenti libris comprehensa, sed ecclesiae etiam institutiones, esse censendas de nouo testamento, & quicquid statuit aut approbavit non minus indubitatae fidei esse oportere, quam alia quae in noui testamenti libris sunt scripta. De quatuor autem iam dictis articulis Romanae ecclesiae magistri & Boemorum magistri disputarunt duos totos menses. Postremo ita discessum est ut nostri Boemos, Boemi uero nostros, dicerent uictos. Missi sunt etiam in Boemiam ex concilio legati, qui de concordia multa tractarunt, sed frustra. Boemi autem eo tempore inter se intestina gerebant bella, quidam enim tyrannidem inter eos exercebant. Omniaque per Boemiam multis caedibus implebantur. Quod ubi audiuit Imperator, occasionem non negligendam putauit, quare mittit in Boemiam legatos, qui foueant similtates & inimicitias inter partes, & regni proceribus se adiungant. Nec uanum fuit hoc Sigismundi concilium, nam effecerunt apud Boemos ut conuenerint apud Ratisponā, & Sigismundū regē suū appellāt, iurantesque illi fidelitatem. Nec diu post Boemiā ingressus est, multis tamen prius datis muneribus regni proceribus. Iglariae conuentum habuit in quo multa de pace & de religione egit cum Boemis. Aliaque composita sunt multa de demolitis monasteriis & ecclesiis earumque bonis direptis. Postea uenit Sigismundus Pragā, reuerēterque exceptus est, ed ad eum ueniunt multae ciuitates & Barones qui illum regē saluant & solitū iuramentum praestant. Mittunturque Pragam ex Basiliensi synodo legati episcopus Constantiensis & alij, qui sacerdotes Pragae consecrēt & ecclesias, ritusque in ecclesiis ordinent, atque alia quae ad sacra necessaria sint instituant. Tamen quatuor de quibus supra dictum est, articulos mordicus tenebant omnes.

Erant quoque quidam qui omnino nolebant quicquam commercij habere cum pontificijs, & quotidie lacerare non dubitabant ecclesiam Romanam, & illos qui consecrationes ab episcopis catholicis accipiebant, errare dicebant. Sigismundus igitur concessit Hussitis suas ecclesias. Hussitæ vicissim passi sunt Sigismundum suis uti ritibus in religionis negocijs, neque enim discessit à Romana ecclesia, & quod Hussitis permisit, necessitate coactus fecit. Nec tamen ulla quies fuit Sigismundo Pragæ Boëmicæ turbas componenti, indies enim nouæ doctrinæ autore surgebant, nec ullus fuit, qui non inuenerit adhaerentes. Quum autem uni industria, cōsilio & prudentia, quibus dotibus multum ualuit, rex, obstruit os, exoriebantur unius loco multi, planeque euenit illi quod solet hydræ caput amputari. Diu uero fatigatus multis huiusmodi monstris, & senio quoque debilitatus Sigismundus in ægitudinem incidit grauem, quæ cum indies ingrauesceret, medicis nullam salutis spem promitterent, uxor eius Barbara magis de regno retinendo, quàm marito, sollicita, uocat ad se quosdam, dicit illis, regem ex hoc morbo breui moriturum. Quid de regno futurum sit docet, nisi rebus in tempore consuleretur, melius autem consuli non posse, quàm ut ipsa uidua nubat regi Poloniæ. Proceres uel potius adulatores probant reginæ consilium, mulier anus sit noua nupta, (saltem in animo) marito & tali marito, nondum mortuo. Oblita filia uxoris ducis Austriæ Alberti. Imperator, hoc ubi cognouit, ad morbum accessit, neque parum ægrotantis animum commouit. Neque tamen uir magni animi, inops consilij fuit, uocat enim ad se Vngarici regni primi loci proceres, eis pericula enarrat multa post suam mortem futura, & odium Boëmorum in se & Vngaros simul ostendit, iubet igitur ut impositum se ægrotum feretro educat ex Boëmia. Sed morbo ex uectione commotioneque irritato diuertitur in Morauia ciuitatem Zuomia, ibi ad eum filia cum marito duce Alberto uenit. Barbara uxor ægrotum secuta Zuomia capta custodia mancipatur, quicque illi à consilijs fuerant, fuga sibi consulerunt. Ferunt ipsum Imperatorem iussisse uxorem captiuam teneri. Vbi autem finem adesse sensit, ad se Boëmiæ & Vngariæ primores, quibus plurimum fidebat, uocat, commendat illis Albertum Austriæ ducem, appellatque eum successorē regnorum suorum, oratque eos ut extremam suam uoluntatem exequantur, non magis, inquit, se fauere genero suo, quàm subiectis populis futuros esse felices, quibuscunque Albertus imperaturus sit. Vocat quoque Albertum eique commendat regna, ut non mutet animum hortatur. Simul docet quo pacto post mortem apud intractabiles Boëmos testamentum promulgandum sit, & nominat per quos ueros promulgari expedit. Tanta cura rerum publicarum etiam morienti fuit. His ita magna ratione dispositis, obdormiuit anno suæ ætatis 70, regni Vngarici 51. Rom. uigesimo septimo, Boëmiæ decimo septimo. Est autem corpus in Vngariam perlatum sepultum magnifice in ecclesia Varadiensi. Anno domini millesimo quadragentesimo trigesimo septimo.

DE GERMANIS

LIBER VIGESIMVS OCTAVVS.



Albertus dux Austriae post mortem soceri sui Sigismundi, mittit in Boemia legatos quos iusserat moriturus Imperator, ipse interim comparat copias quibus utatur ad auctoritatem magnificentiamque regiam ostendendam, & sicubi opus esse ad rebelles coercendos. Sequentis autem anni mense Ianuario Albertus cum sua uxore Elizabeth in Vngariae Alba Regali, totius regni consensu & uoluntate, coronatus est. In Boemia autem testamento, quo haeres regni Boemici Albertus constituitur, promulgato quidam recusant Albertum & Casimirum regis Poloniae fratrem regem salutant Boemorum, sed illi fuerunt quaedam impotens colluuius hominum. Potior autem & maior Boemorum pars Albertum praeferrunt, regemque designant, in memoria habentes, regum Caroli, Vuenceslai, & Sigismundi beneficia erga Boemos, & scientes uxorem Alberti Elizabeth ex Boemis prognatam. Nec nihil mouit eos, quod cognouerant Albertum Principem pacis & belli uirtutibus incomparabilem, Boemicique nominis amantem. Accedebat uero uetus foedus inter reges Boemiae & duces Austriae, primorum Boemici regni & ducatus Austriae consensu & imperiali auctoritate confirmatum, ut domino Austriae carente legitimo masculino haerede, rex Boemorum ducatum accipiat Austriacum, rursus regno Boemico deficiente haerede masculino, regni haeres sit dux Austriacus. Aliquid etiam faciebat, quod audiebant quanto cum plausu & consensu Vngari appellassent eum regem suum & coronassent. Uxor Sigismundi uidua relicta liberatur postquam Albertus est rex utriusque regni designatus. neque enim quicquam amplius ab illa timendum erat periculi, sed antequam dimissa sit, dedit Alberto regi arces, quas possidebat munitissimas, eas enim praefecti, etiam domina capta, nolebant dare. Uirum postea turpissimam in omni genere luxus duxit mulier in exhaustae libidinis. Quod genus mulieres maritos tantisper suos amant dum ualent, destitutos uiribus odiunt peius angue, multa ueneno necauerunt suos uiros praeter amore, ad libidinem incendere conatae. Hoc genus mulierum eadem hora eundem iam odit, iam perdidit amat, furunt perpetuo enim bilioso humore per totum corpus abundante & eas irritante. Quod genus furoris non nisi a physico philosopho deprehenditur, nam uulgus nihil minus putat quam eas furere, ita suae irae concitatoris animi alias fingunt, quas praetexunt, causas. Talis fuit illa Barbara. Erant, Alberto incipiente regnare in Vngaria, Budae magni tumultus & seditiones. Constabat enim ea ciuitas partim ex Vngaris, partim ex Germanis, erat utrisque par ius creandi magistratus & iudices, conuenerat autem inter eos ut alternis annis crearent summum iudicem. Germani contra hanc consuetudinem omnibus annis incipiebant creare iudicem Germanum, quod quidam Vngarus nomine Ioannes Euthneus qui hunc contemptum & iniuriam grauius quam ceteri, ferebant, & Vngaros contra Germanos excitare conabatur. Hunc ergo Germani clam captum & lapide alligatum in Danubium demerserunt, postea cadauer a piscatoribus in lucem extractum est, quod ubi Vngari uiderunt, magna ira commoti impetum in Germanos fecerunt, & omnia quae erant Germanorum diripuerunt. Germani, potissimum autores caedis suffocati Ioannis, fuga sibi consuluerunt. Ut autem ad Basiliense concilium redeam. Anno domini millesimo quadragesimo trigesimo sexto, Eugenius Basiliense concilium Ferrariam transtulit, praetexuit que factum, quod omnes qui credebant non poterant non probare, nempe ad Ferrariensem synodum uenturam & Graecorum ecclesiam Basileam usque non uelle uenire, esseque addebat Eugenius Papa spem magnam unionis

unionis ecclesiarum Græcorum & Romanorum. Propterea, ubi Eugenius certior factus est totum Basiliense concilium in hoc esse, non ut hæc reforment ecclesiam, sed ut deponant Papam contumacem & concilio non audientem, mittit Basileam legatos quorum unus mirabili facultate uir, episcopus Panormitanus, qui ubi Basileam peruenit, auctoritati apostolicæ accommodata oratione monet ut ab incerto desistant, deesse enim illis auctoritatem Pontificiam. Etsi concilio Basiliensi nullam auctoritatem, quoniam à Pontifice maximo translatum sit Ferrariam. Verum qui concilio Basiliensi erant Principes sacerdotum & alij principes, contemptis his quæ adferebant legati Eugenij, citant per literas Eugenium denuo ut ueniat ad concilium, Eugenio autem Basileam non ueniente, publica generalis concilij sententia à pontificatu eum deposuerunt, & substituerunt alium Pontificem, scilicet Felicem quintum, ducem Sabaudix, qui ducatus administratione relicta, uitam spiritualem cõtemplatiuam amplexus erat, uestitu & tota uictus ratione religiosam ducebat uitam. Hic igitur ex eremitica uita ad culmen pontificatus præter omnem expectationem, uocatus est. Sed multi Principes contradixerunt illi, de quibus Aeneas Sylius. Eugenius autem Basilea abrogatus Ferrariæ celebrat cum suis conciliū, causa ecclesiasticæ concordix & communis pacis Græci petituri concilium Venetias usque perueniunt, ubi audientes Eugenij & Basiliensis concilij disensionem dum dubitant ad quos se conferant potissimum, tandem uisum est ad propiorem synodum Eugenij ire. Quanquã Basiliense concilium miserit illis Venetias usque obuiam legatos ut se Basileam conferrent. Ex Ferraria autem transit Eugeniū concilium Florentiam, propter pestem Ferrariæ grassantem. Florentiam igitur uenit Imperator Constantinopolitanus cum Patriarcha Græcæ ecclesiæ, & multis eruditis uiris, qui cum magistris Romanæ ecclesiæ per aliquot menses disputarunt. Post longam disceptionem, concordatque est publicè promulgata. Asserebant Græci Romanam ecclesiam iure diuino non habere primatū. Item negabant purgatorium esse post hanc uitam. Item celebrat, contra ritum Romanæ ecclesiæ, pane fermentato. Utuntur etiam alia baptizandi forma. Habentque sacerdotes uxores, barbâque non tondent. Sacramentum eucharistiæ sub utraque specie omnibus dant, etiam paruulis, nõdum quid sit capacibus, & hoc genus plura à Romana ecclesia discrepantia habent. Hanc unionem iactauit Florentina synodus aduersus Basiliensem. Prædicauerunt item pontificij legatos ex Armenia & India apud se fuisse, Florentiæ in concilio, & à se eruditos in catholica fide. Ipsosque agnouisse Eugenij Papæ potestatem, omniaque in quibus dissentiret à Romana ecclesia subiecisse correctioni sedis apostolicæ, quod an ita sit, neque negare, neque asserere possum, certe Basiliensi concilio nõnihil in quibusdã nationibus conciliauit contemptus inuidiaque. Caterum quid in Basiliensi concilio cõstitutum sit diligenter est in actis quæ ubique extant, scriptum, quam ob rem hic immorandum nobis non ducimus. Post Sigismundi Imperatoris mortem statim sine mora Principes electores cõuenerunt Francofurtiæ consultaturi de eligendo Romanorum Imperatore, nullum autem ex omnibus Principibus inueniunt magis idoneum quàm regem Boemix, Vngariæque, ducem Austriæ Albertum. Illi enim omnia erant quæ ad Imperatorem bonum pertinent, animus erga Reipub. bonus, & multarum rerum peritia, facultasque qua poterat, & fortitudo animi qua audebat exequi negotia Reipub. necessaria. Quas ob causas hunc potissimum elegerunt Imperatorem. Sed oblatum imperium accipere nõ audebat. Nam Vngaris promiserat iuramento antequam coronarint illum, quod nollet si forte offerretur imperium sine ipsorum consensu suscipere. Moti sunt autem Vngari ad hoc iuramentum exigendum, quod dum Sigismundus occupatus in Germania, & Italia aliisque nationibus fuit, multo regno perniciosæ seditiones oriebantur;

tur, exponebaturq; Vngaria Turcorum furori. Convocatis igitur regni primoribus Viennam Albertus exposuit illis, Principum electorum erga se uoluntate, quibus, inquit, se non ausum simpliciter negare suam operam. Proceres primum consentire non uolebant. Tandem tamen Principum precibus uicti consenserunt, suscepitq; imperij fasces magnæ multorum spe & gratulatione Albertus. Interea Boëmi qui regis Poloniæ fratrem in regem Boëmiæ elegerant, comparant copias, patrocinante fratri rege Polonorum, qui misit in Boëmiam Polonorum equitum circiter duo millia. Talscone igitur duce, hostiliter aggrediuntur eos qui Alberto obtemperabant, & depopulantur eorum agros. Albertus imperat conscribi copias per ducatum Austriæ, Vngariam & Germaniam, interim opponit suæ partis Boëmos hosti. Vbi conuenerunt copię Alberti, Poloni, Boëmiq; aduersarij impares se uidentes, ad Thaboritas receperunt se. Quos secutus Albertus Thaboritas obsidet, sed uidens inexpugnabiles, nisi longissimo temporis spacio, non iudicās rem tanta temporis iactura dignam, soluit obsidionem, & reducit copias Pragam. Thaboritæ autem frequentibus excursionibus factis pugnabant cum Alberti militibus uaria fortuna. Inducijs autem ad tempus factis, domum remissæ sunt Vngarorum & Germanorum copię, neq; enim uacabat Alberto finem ei bello imponere, propter Turcam qui crudeliter grassabatur in Rascia, obsidenteq; Turca Sinderouiam insignem principatus Rasciæ urbem, uocatur Albertus, sed urbs oppressa nimia Turcorum multitudine capitur anteq; possit exercitu coacto auxiliū ferre. Occidunt in ea urbe omnes qui ad subeundas iumentorum operas non sufficunt, alij capti in durissimā seruitutē abducuntur. Filius Principis Rasciæ oculis priuatur. Albertus uero ubi cum exercitu maximo maximis impensis collecto, uenit, Turca locis non facilibus captu munitis, recedit, omnibus post se longè lateq; uastatis, ne Christianorum exercitus sequi deficiente cōmeatu possit. Turca uero suo exercitu utitur in alijs locis, nempe in Gracia, quam, celerius præter omnium expectationē ueniens, crudelibus modis depopulatus est. Thessaloniam urbem expugnauit ui, tractauitq; qua solet atrocitate, uictos, Thessalonensibus perditis, Aetoliā & Epirū, hostilibus armis adortus, occupauit, nec mitior quā alijs deuictis illis fuit. Albertus uero cum exercitu suo quātum potuit secutus Turcos, magnā copiarū partem amisit, dysenteria enim ita peribant, ut milites castra, relinquere sint coacti. Et ipse Imperator Albertus eodem dysenteria morbo, quo milites, ubi Budā uenit, correptus est. Cum autem medici suaderent ut cælum mutaret, & ipse alioqui cuperet esse in Germania, Viennā agrorans petiturus, postquam peruenit ad Longam uillam, quæ est in itinere, morbi uiolentiā uictus obiit diem suum, honorificè in Alba regali sepultus est. Reliquit autem uxorem Elizabeth grauidam. Postquā uero Turca audiuit dilapsū Christianorum exercitū in Vngaria, cum exercitu suo reuersus quæ reliquerat prius in Rascia, perdit. Principes electores post mortem Alberti conueniunt Francofurti, eliguntq; Fridericus tertius dux Austriæ Ernesti ducis Austriæ filius, iuuenis adhuc, maximi animi, fuerat autem antequam Imperator electus sit Hierosolymæ, magnacq; cum gloria in Germaniam reuersus erat. Omnes boni Principis uirtutes uidentur in hunc à deo collatæ fuisse. Erat enim statim à primis annis sobrius omnino, quod rarum consueuit esse in istius loci hominum generi. Cupidusq; erat multa cognoscendi, propterea peragravit adolescens summo iudicio præditus longissimas terras ut instituta moresq; hominū uideret. Humanitate uero & beneuolentiā erga suos & omnes mortales qua fuerit, satis testatus est in uita sua, neq; ulla unquam ætas obliuisci poterit. Qua item pietate cum in religione robustum elegantissimumq; exornauit, quemadmodum & corporis præstantiam

ornarunt uicissim animi uirtutes. Electus Aquisgranū descendit, ibiq; Principibus presentibus quā plurimis, coronatus est. Porro, ut etiā dicamus quid post mortē Alberti, uxori eius Elizabet, Sigismundi Imperatoris filix, acciderit. Cum igitur esset pregnans, ut diximus, conuocauit, Vngarici regni priuores, & se ipsam illis commendauit, partumq; si dominus deus eum uellet superstitem. Ad didissēq; scribitur, omnibus notis & signis iudicari se foemellam pariturā. Quam ob rem Vngarici regni proceres de rege cogitāt, quoniam propter Turcā differre non erat consilium. Quoniam autem fama apud eos erat, Boēmos in regnum suum uocatuos Vladislaum Lituaniæ ducem, fratrem Polonorū regis. Iudicabant autem utile fore omnibus modis, ut in eo uiro Boēmia, Polonia, & Vngaria coniungerentur, quo unā uiribus collectis Turcicis conatibus possent resistere. Quam ob rem mittūt legationem honestissimā ad Vladislaum, offeruntq; illi conditionibus certis regnū Vngariæ. Verum legatis adhuc in itinere existētib; peperit Elizabet elegantem puellum. Quare Vngari statim alios nūcios mittūt, ut reuocent primos, uerum postremō missi ueniunt Cracouiæ ad primō missos, qui iam cum Vladislao conuenerant, ut illis cōmissum erat. Nec ullus locus relictus erat mutandi ea quæ cum Vladislao egerant. Vladislaus regnandī cupidus, sine cūctatione copijs delectis, iter in Vngariā arripit, Budæ in regiam ingressus ceu rex honorificē excipitur, à multis regni proceribus. Elizabet cū infante puero Laidislao, hoc enim nomen imposuerant, cum amicis Principibus ad Albam Regalem se recepit, neq; enim existimauit puerū regem natū ab Vladislao tutū. Postea, cōsulentibus et curantibus amicis cōsanguineis imprimis Vlrico comite Cilix. Alba Ladislaus puer trium mensū ungitur & coronat in regem ab episcopo Strigonenfi. Aderant & aliquot alij episcopi, & multi proceres Vngariæ. Nominē infantis comes Cilix iuramentū, quod Vngari exigunt à suis regibus, præstitit. Elizabet uero mater sciēs Vladislau insidiaturū puero & ibi, suasu quorundam amicorū, ad Imperatorē Fridericum tertiu concessit eiq; puerū & coronam cōmittit. Fridericus custodiendū tuendumq; puerū suscipit. Elizabet reuerfa est in Vngariā, ne, quod uulgaro prouerbio dicitur, ut ab oculis ita ex corde Vngaris excideret. Post aduentū reginæ in Vngariā, conuentus magnus omnium Vngariæ Principum Budæ est habitus, in quo Vdalislaus cepit aliquot amicorū Ladislai & reginæ præcipuos, coactiq; sunt iurare in uerba Vladislai, eumq; qui nomine pueri arcē Vissegradensem tenebat coëgit sibi dare arcem, in ea arce sperarar se coronā inuenturū, quā Elizabet apud Fridericū Imperatorem deposuerat. Vladislaus postea Albam Regiā profectus coronatus est magnificentissimē. Fuerūt per totam Vngariā intestina bella, alijs Ladislao & reginæ, alijs Vladislao adhaerentibus, consecutaq; sunt dissentiones illas maximæ calamitates, cædes, uastationes, incendia. Vlricus enim Cilix comes omnibus neruis se opposuit Vladislao. Item Boēmi quidā, pro puero cōtra Vladislau multa & magna egerunt. Ita turbatā & in partes diuisam Vngariā aggreditur Turca, omnemq; regionem quæ est inter flumina Sauū & Drauū hostiliter direptam occupat. Cui Ioannes Huniades arcis Nādoralbensis præfectus occurrit, & cōmissio prælio uincit, magna Turcorū multitudine occisa. Et non diu post hanc pugnā in Transsylvanis regionis iterū cōgressus, rursus superauit Huniades Turcos, sed nō sine multo Christianorū sanguine, ita autē est Turcus uictus ut penē deletus sit exercitus eius, receptaq; sunt omnia ab Huniade, quæ Turca occuparat nō solum in ea expeditione, sed quibusdā prioribus proximis. Item post eam uictoriā Mondauiā & Transsylvaniæ regiones quædā quæ metu ad Turcā defecerāt, redierunt ad regnum Vngariæ, obtemperarūtq; regi. Verum Turcus post cladem acceptā reparatis uiribus maximo cum exercitu reuertitur in Transsylvanas regiones, & crudelissimē

delissimè omnia solo æquat & in cinerem uertit. Ioannes Huniades strenuè obuiam procedit, sic præliū ad cuius atrocitatē nihil accedere potuisset, magnus numerus sternit, tandē Turci terga dant, uix credibilis multitudo cadit, potitur Huniades ingēti præda & gloria. Multo in maiore honore quā ipse rex post has uictorias habebatur Ioan. Huniades, uocabant eum patrē patriæ & seruatorē. Post tertiam uictoriā secutus est Turcam semouitque eum longius, & multas urbes & castra cepit, quæ sibi serauit, neque reddidit his qui per ignauitiam amiserāt. Magnè interim durabant dissentiones inter Vladislauū & Elizabet, neque Turcus hostis eos cōcordes facere poterat, nisi quod dominus per Huniadem seruasset eos ambos Turca regno eiecisset. Eugenius Pontifex misit in Vngariā legatum apostolicū cardinalem ad cōponendos Vngaros & aduersus Turcam adhortādos. Verū dum esset iam penè pax inter eos facta, moritur Elizabet. Postea cardinalis se totū conuertit ad res Turcicas, nam Turcus nūciabatur uenire cum maioribus copijs quā antea unquā, nec uanum nuncium erat, ingressus est Vngariā secum ducens supra centum millia armatorum. Sed Huniades qua antea semper utebatur uirtute & fortuna aduersus Turcum, insigni enim prælio uicit eos, quæ non parua erat, suntque in ea pugna triginta millia Turcorum (si Vngaris credimus) occisa. Habebant autem in eo prælio Germanos milites plurimos auxiliares. Tot infelicibus prælijs uictus Turca, putauit bella differēda in his locis cum Christianis in aliud tempus, sperauit enim fortunā mutaturā faciem aliquando, quare caduceatores mittit ad Vladislauum de conditionibus pacis. Vladislauus totiusque regni proceres inconstantiam amplectuntur. Fiunt ad decennium induciæ, repugnante cardinali nuncio apostolico. Eugenius permolestè tulit hanc cum Turca pacē Vladislai, scribitque ad legatum suum in Vngariā & ad Vladislauum regem, induciarū fidem non seruandā hosti religionis, quæ esset Pontifice maximo nesciente & nō consentiente facta, quare præcipit autoritate apostolica sedis Romanæ, ut nulla induciarū habita ratione bellum cōtra Turcam reparent, iuramenta quibus pax erat confirmata remittit. Vladislauus rex Vngariæ acquieuit autoritati pontificiæ, petit auxilia à Christianis Principibus, mittit nemo excepto Philippo Burgundie duce, qui belli sociū se præbuit mari & terra. Vladislauus ergo collectis quāmpotuit fieri maximis copijs Turcū inuadit, Turcus uehemēter succensus ira ob induciarum fidem non seruata, celeriter per Asiam cōscriptis copijs occurrit nostris. Cumque non procul abesset Turca, censuit cardinalis omnino loca quæ illie erant cōmodissima occupāda, & rex cum cardinali sentiebat. Verum Huniades (cui in exercitu propter superiores frequētes uictorias maxima erat autoritas, in huncque unum respiciebāt omnes) non cedendū omnino hosti cēsuit, ne adderentur hostibus animi, nostris uero adimerentur, fore enim specie quandā fugæ, inquit si desectāt à recta in montes, timorisque signū nō obscurū. Se Turcos saepe uicisse, minori apparatu bellico & copijs exiguis. Nihil ergo timendū præsentel legato apostolico, & rege ipso Vladislao, & tot uiris Principibus. Huniadē omnes audiunt hostibus ueniētibus obuiam eunt. Ecce conspicitur Turcicus exercitus longè maior quā fama prænuñciarat. Intelligens Vladislauus territū Huniadem, exprobrat iactationē et arrogantiam qua noluerat opportuniore occupare loca, cumque acies instruenda erat & milites adhortandi ad uirtutem in prælio præstandā, rex exprobrabat Huniadi temeritatē incōsultam. Et Huniades regem iubet fugere, instruxere tamen aciem utcumque. Turcorū Imperator ascendit cum corporis sui custodibus in collem qui prope erat ut bene perspiceret copiarū nostrarum ordines & numerū, ubi satis perspexit, dat pugnæ committēdæ signū, primo impetu nostri superiores Turcos cedere cogunt retro, quod Imperator Turcorum animaduertit

ma duertit, territus est, fugere putans suos, fugamq; arrepturū uix retinuerunt qui
 apud Turcos proximo Imperatori sunt Principes. Pugnarunt ergo utrinq; ma-
 gna pertinacia & cōtentione cecidereq; plurimi & Turcorū & nostrorū, tandem
 tamen nostri fatigati à nimia multitudine Turcorū uincuntur, et in fuga plurimi
 trucidantur. Ferunt Huniadē cum decem millibus fugisse, cum primum conspe-
 xit mutare nostrorum aciem, & adhuc dubio Marte. Vladislaus uero pertinacius
 pugnando trucidatus est. Turci acceptum caput Vladislai hastæ affixum secum
 retulerunt domum, & passim triumphantes ostentauerunt, & linguā hanc periu-
 rī pœnas dedisse clamabāt. Multi proceres regni & aliquot episcopi occisi sunt.
 Legatus apostolicus cardinalis, in prælio seruatus, sed fugiēs incidit in manus la-
 tronum qui eum nouerunt, putaruntq; pecuniā habere, & propterea occiderūt,
 abducto equo, & exutum uestimentis nudum cadauer in uia reliquere. Hunia-
 des fugiens incidit in manus Desporæ Principis Seruiz, cuius quædam oppida
 habebat, quare captum coëgit ea reddere. Hæc scriptorem Vngaricum paulo ali-
 ter habere non sum nescius, uerum non libenter sequor hominem, ubi ab alijs di-
 uersa audio. Multo plures Turcorum in hoc infaustissimo prælio occisos scri-
 bunt. Et Turcus uictor propter multitudinem suorum amissam, post uictoriam
 tristior, causam tristitiæ rogatus respondit, se talem uictoriā hostibus optare, ne-
 que se cupere hoc modo sæpe uincere, ubi plus damni ad uictorem quàm ad ui-
 ctum redeat. Fuitq; ita extenuatus & debilitatus, ut reliquæ copiarum domū re-
 ducendæ illi fuerint. Ut autem redeam ad Ladislaum filium Posthumum Alber-
 ti electi Imperatoris, pauca sunt dicenda de Boëmis. Post mortē Alberti in Boë-
 mia fuerūt magnæ dissentiones, alijs alium regem uolentibus. Postq; audiuerūt
 natum ex Elizabeth puerum Ladislaū, mittunt Boëmi legatos qui nuncient illi
 Boëmos statuisse diem elegendi regem, ad eum ut ueniat aut saltem suos legatos
 mittat. Regina mittit suos legatos Pragam, cōuenit totum Boëmicum regnū, ua-
 riant sententijs in rege eligēdo. Sunt qui uolunt Ladislaum, sed maiors pars con-
 tradicit, in puero infante neminē posse scire ad quæ aptus sit futurus. Nec patris
 animum soleri transfundi in foetum, sæpe bonos ex malis, ex malisq; bonos geni-
 tos, quare satis esse censent si eligatur post uiginti quatuor aut sex annos, quum
 maturus ædat fructus ex quibus cognosci possit. Hæc quæ sic sentit, pars ducem
 Buarie Albertum eligit, & legatos in Buariam mittit, qui offerunt illi regnum.
 Sed aduersa pars quæ Ladislaum uolebat, etiam mittit legatos ad Fridericum ele-
 ctum Imperatorem, admonētes & docentes eum quid Boëmi de futuro rege de-
 creuerint. Fridericus statim mittit ad ducem Buarie, & monet eum ne regnum
 alienum, suscipiat, nam pertinere ad Ladislaum filium Alberti. Hi Friderici lega-
 ti præuenere legationem Boëmorum. Ut semper expedite magis & celerius fieri
 potest quod unius autoritate agitur, quàm quod multorum calculo sit, præcipue
 cum dissentiūt illi multi. Vbi ergo primores Boëmorum ad Albertum ducē per-
 ueniunt, & exponūt illi multis, Boëmorum uoluntatem & beneuolentiā erga
 eum, & regnum liberalibus conditionibus offerunt, Albertus respondet, agens
 primò gratia, Albertum piæ memoriæ uita defunctum reliquisse filium ad quem
 iure pertineat regnum, se uix gubernare posse quæ iure possideat, nullā constan-
 tem fortunam in eiusmodi regnis esse solere. Quare diligenter eos ad fidem pue-
 ro suo præstādā, adhortatur, si uelint tranquillum regni statum. Vbi ad suos re-
 tulerūt hoc ducis Buarie responsum legati, alius dies dicitur, in eo cōuentu post
 multam cōtrouersiam, placuit sententiā eorum, qui ad Fridericū mittendam cen-
 sebant legationem, petentem, ut ipse nomine pueri, tanquam tutor, regnum acci-
 piat. Legati ad Fridericum ueniunt, mandata primorum regni consentientiū ex-
 ponūt, erant etiam ex legatis, qui suaserunt Imperatori, ut suo nomine nō pueri
 regnum

regnum acciperet, nam bono titulo posse, nempe ex foedere Boëmiæ & domus Austriae, de quo supra. Sed Imperator Fridericus respondet, se non usurpaturum sibi cuiusquam pupilli, cuius tutor sit hereditatem. Nec etiam sibi uacare tutoris nomine regnum administrare. Iubet eos magistratus eligere donec ætas pueri matura regno reddatur, sibi interim studio magno fore, ut puer educetur, ita ut utilis regno esse possit aliquando, neque in hac tutela se aliud querere quam publica subditorum commoda. Boëmi consilium Imperatoris sequuntur, eligunt summos regni magistratus, sed impatiens consortis regnandi libido turbat totum regnum de quibus rebus Boëmorum iam nihil dico. Fridericus autem puerum Ladislaum, ut erat uir timens deum, diligenter sanctæque industria curauit. Post cladem autem illam, de qua iam dixi, Ungarorum & occisum Vladislaum, conuenerunt Ungariæ proceres, ut consulerent regno in tantis difficultatibus constituto, et primum opus esse alio rege iudicabant, alijs autem alium nominantibus, superat tamen eorum sententia, qui existimabant Ladislaum eligendum, & in regnum uocandum, quam ob rem maioris partis suffragijs Ladislaus puer est electus Ungariæ rex. Post electionem statim miserunt legatos ad Fridericum Imperatorem, qui eum certiorẽ de electis placito redderent, & ut in Ungariam puerum adducerent secum. Fridericus non ignarus, Ungari quid timerent si alium eligerent regem, Ladislao hærede regni uiuo, nihilque boni suspicatus, respondet, neque oportuisse eligi, neque coronari Ladislaum, ad quem regnum Ungariæ hereditatio iure pertineat, & qui iam antea coronatus sit, quare si Ungari eadem suum regem, quem deus & ius gentium eis dederit, agnoscat, recte eos facere, & optare eis huc animum perpetuo manere. Cæterum puerum regni gubernationi nondum per ætate habilem, opusque esse illi tutore, neque se scire cuius tutela illi utilior esse possit, quam eius cui genitrix eum tradiderit, se suscepisse curam pueri, curaturum ita, ut uellet suos liberos post mortem curari. In summa, iubet eos expectare donec adolescat puer, & pollicetur se nihil omisurum in curatione siue animi, siue corporis, quod ad bonum Principem instituendum faciat. Ungari, ubi hoc acceperunt responsum, irasci, iterum admonere per legatos ut Ungariæ suum regem mittat, ne cogantur ut repetere. Imperator nihil aliud quam primum respondet, Ungari, Ungari ducem belli eligere, copias cogere, Austriam hostiliter inuadere, agros uastare. Sed ubi primum audierunt, arma Imperatorem parare, redeunt unde uenerant. Postea duce Huniade Turco obuiam ducunt exercitum, sed infeliciter pugnarunt. Istis ferme temporibus, exortum est bellum Tigurinis cum Helueticis confederatis, causam hanc accipio fuisse. Tigurini alijs Helueticis confederati, foedus nouum fecerant cum duce Austriae, saluo tamen foedere quod cum confederatis Helueticis habebant. Confederati uero Helueticis iniquo ferebant animo, intum foedus Tigurinorum cum duce Austriae, quare monent eos ut renuncient nouæ confederationi. Tigurini respondebant se contra primam primi foederis fidem non fecisse. Nec enim prohibitum in conditionibus Helueticæ foederis, alia foedera cum alijs facere modo non sint contra confederatos Helueticos. Paratos, inquebant, se esse coram quouis iudice respondere. Suienses nihil aliud exigebant quam ut renunciarent foederi cum duce Austriae inito, quod cum negaret Tigurini se salua fide facere posse, arripiunt arma & agrum Tigurinum omnes exceptis Bernensibus & Solodurensibus hostiliter inuadunt, & omnia uastant diripiuntque, cum uenissent Suienses usque ad urbem, Tigurini procedunt eis obuiam habentes coniunctas auxiliares Austriacas copias. Confederati circiter quadringentos uiros cum signo rubeo, quod erat Tigurinorum & Austriacorum signum præmiserunt qui Tigurinis in ipsa turba instruendæ acie commixti fugam facerent.

Congrediuntur igitur, cōmisso praelio iuxta habitationem leproforū, pugna fortiter utriq; incipiunt, sed Austriaci & Tigurini turbantur ab his qui in habitu amicorum uenerāt, fugiunt enim, quos secuti sunt alij, & in ipsa fuga, multos cædūt. Habebant enim illi alia præter crucem rubeam signa quibus se inuicem à Tigurinis & Austriacis discernebāt, sed quæ nemo animaduertere potuit, nisi cui erāt indicata. Qui plura de hoc praelio & bella cognoscere cupit, inueniet multa apud Aeneam Syluium, qui an omnia uera nec ne scripserit, iudicent alij. Hoc tempore magna cum Vngaris bella gessit Turcus Amurates. Hoc tēpore bombardæ à Germanis sunt inuentæ, breuicq; post etiam est ars illa libros stanneis typis imprimendi inuenta, diuinum planè inuentum. Moguntia autem autoribus Germanis cepit ab admodum paruis exordijs, sed breuē, ut uidemus, creuit industria humani ingenij in eam perfectionē, duobus à Germanis inuentis illis quantū debeat hominum genus pauci uident, nec à quoq; quod sciam, satis prædicatum, cū nihil sit tam ferè paruū quod non inuenerit aliquem qui celebrarit. Relinquo alijs cogitandū, quod actum fuisset de omnibus bonis studijs his nouissimis temporibus quo omnes uentrē curāt & inexhausta habendi cupiditate ducūtur, uix enim in ujs optimos libros, quos olim magna pecunia uix cōparari poterāt, tollunt. Cumq; inceperint abijci & negligi boni autores anteq; cepta sit, hæc ars, nisi fuisset in tempore inuēta perijissent omnes autores & disciplinæ cum autoribus. Hoc alijs ut dixi cogitandum & cōmemorandum relinquo. Quemadmodū & quā necessarius bombardarū usus sit hoc postremo tempore, qui uidetur omnibus prima specie miseris mortalibus perniciosissimus. Sed non reuera ita habet, nam propter auariciā & malitiā, extinctamq; charitatē in fine mundi malorum turba legibus coherceri nō potuisset, nemo posset tuto iter facere uel militare. Inceperant enim paulò ante bombardarū inuentum facinorosū hominū cœtus magnæ factiones per seditionem multis locis bonorum labores diripere & perdere. Et quis potuisset illas prædonum & latronū arces ex montibus deijcere, quæ nostra memoria sunt ope bombardarum deiectæ. Quare nostrum plurimi damnamus inuentorem & inuentum bombardarum, qui forte non uiueremus, nec patres nostri uixissent, certè hic status rerum non esset. Tam potentes & opulentæ urbes nō essent, neq; enim mercaturā exercere potuissent negociatores qui præcipua pars sunt ciuitatū potentum & magnarū. Quare dei dona desinat continere, nisi quis diductum os canis & dentes ad mordendum factos damnandos putat, nisiq; quis cornua in boue nō bonū creatoris opus existimat. At nemo sanus damnat usum hoc genus partium animātibus à natura datū loco armorū. Malos quidē optaremus & nos carere cōsilio, bombardis, et alijs facultatibus, donis dei, ut bouem canemq; rabie correptū uellemus nō habere cornua & dentes. Et quæ est creatura qua non abutantur mali? Aut omnia quæ deus ad defensionem hominem docuit damnes oportet, aut bombardis in eorum numero locum concedes, &c. Sed præter propositum hæc. Cæterum si dominus annuerit seorsum proprio de bombardis dicato libello scribemus, nunc ad institutum. Fridericus electus Imperator istis temporibus omni studio & industria in cōponendis per Romanam ecclesiam Principibus, ut unā iunctis aliquando armis unanimiter susciperent expeditionem in Turcā. Circa hæc tēpora Delphinus magnis copijs per Gallias & Brittaniam contractis ingressus est Germaniam, præcedebant de eius proposito uarij & diuersi rumores. Ferebant quidā uenisse contra confœderatos Helueticorum imperiumq; totum quoq; arma sumpturū q; primū Delphinus aggrederetur eos. Erat etiam fama propterea primum coactos ut disturbarent cōcilium Basiliense, Eugeniū Papam magnā summā pecuniæ in eam rem expēdisse. Nec deerant qui dicebant ipsum uenire ut reciperet omnia quæ ad Galliam pertinebant.

habant, usque ad Rhenum obsessurumque Argentinam, & alias ciuitates in ea Rheni
 ripa, & hoc probabile erat & propterea, muniiebant se urbes, militesque ad se accipie-
 bant. Vbi uenit Delphinus in Alsatiam, egit cum ijs non omnino hostiliter, ne sta-
 tim in se commoueret omnes Principes & ciuitates earum regionum. Fecitque foedus
 cum ijs magistratibus & nobilibus qui Alsatiam gubernant, ut in hyberna acci-
 peret uiginti quinque millia militum, nam constituerat illic hyemare, maiora enim in
 animo habebat quam ut una aestate confici posse speraret. Vbi ad Basileam urbem uenit
 loca castris idonea circumspicere, & parare omnia quae ad obsidendam urbem uide-
 bantur factura. Illic demum conuenisse, aiunt, omnes Delphini copias. Basiliensibus
 autem re conuictum Heluetij milites miserunt. Quod ubi appropinquare urbi certior
 factus est Delphinus, opposuit se illis, ne possent urbem ingredi, parua admodum
 manus Heluetiorum ab aduersa Birsae fluminis ripa prope pagum Mutis muniuerunt
 in colle castra, quorum hodie euidentes uidentur fossae, dum autem senatus Basiliensis
 deliberat, qua uia & ratione in urbem inducere possent expectatum praesidium, & iam
 nuncium destinaret ad eos qui ab altera ripa Rheni ascenderet, tranaretque deinde
 ubi Birsae Rhenum paulo supra urbem insluit, & latens per saliceta, quae densiores sunt
 in ea Birsae ripa, perueniret ad praesidium missos milites. Heluetiorum nimium audax in-
 uentus non expectato ex urbe nuncio & consilio, statuit perirumpere densissimas Ar-
 meniaporum, sic enim nominabatur, copias. Impetu igitur facto ex castrorum aduen-
 tiore loco in hostes magnam Armeniaporum multitudinem trucidat, & hostibus ce-
 dentibus & cadentibus uno pugnae impetu ex castris & per ripam alteram Birsae
 decurrunt, per alteram ascendunt, ubi uero uenerunt in aquam illam planiciem cam-
 pi, qui est inter urbem & hospitale leproforum, quod ad S. Iacobum uocant, maio-
 rem exercitus aciem oppositam habent, adhuc integram, nec dubitant Heluetij quan-
 quam fatigati & in illam aciem irruere nec prius cadere desinunt quam omnes cecide-
 rint, & dissiparint omnes hostium acies. Itaque recte dicuntur ab Aenea Syluio, qui
 tum Basilex erat, non tam uicti quam uincendo fatigati Heluetij (qui eodem tempore
 Raperswil, Turegum, & Varsperg arcem obsederunt) praesidium mille quingento-
 rum armatorum. Vnum ex Heluetijs (qui in prima coitione manserat inter salices,
 impeditus nescio qua causa, ignauiam ne & timoris, an corporis aliqua noxa) eua-
 disse audio, tamen etiam ubi domum uenit de eo, ceu desertore, capitis supplicium
 sumptum. Nullum autem Heluetiorum in ea pugna casum tradunt, qui non secum si
 numerus occisorum ad calculum reducatur) rapuerit hostium septem aut octo. Cir-
 citer decem horas durauit praelium. Hoc factum Heluetiorum omni memoria dignum ita
 confirmauit Delphinum (neque enim ferè ullos reliquos integros utilesque ad pugnam
 habebat, praeter eos quos portis urbis opposuerat, ne eruptionem facerent ciues) ut
 nihil amplius de urbe capienda cogitaret, sed de reditu, ad infirmiora igitur inter
 Basileam & Alsatiam conuersus depopulatus est omnes agros, mox deinde in Alsa-
 tiam reuersus quae antea in usum hybernorum seruarat, omnia diripit & uastat, nul-
 la priorum conuentionum ratione habita. Mittunt autem Basilienses ad Delphinum le-
 gatos & ipse rex Romanorum suos mittit, causas aduentus tam hostilis rogant, iu-
 bentque primum abeat, alioqui Germaniam totam in armis futuram, nec fore contentam
 hostem repellere, ad securam, sed ultiram, nec enim hactenus illum impunè Ger-
 maniam lacesisse. His nuncijs & clade accepta ab Heluetijs inductus reduxit unde
 uenerat copias. Motespeligardi arcem & oppidum bona fide reddidit, nam aduenient
 certis quibusdam conditionibus tradita illi erant ad tempus certum, usui enim maximo esse
 poterat illi gerenti bellum in Germania. Hoc tempore misit legatos suos Eugenius in
 Germaniam ad Principes de concordia ecclesiae agentes, multisque locis ob eam rem
 sunt conuentus Principum habiti, Norinbergae prima comitia habita sunt, illic
 pauci sunt inuenti qui non consentirent concilio Basiliensi contra Eugenium.

Nec

Nec in secundis comitijs Francofurti celebratis multi sunt inuenti qui contra Basiliense conciliū Eugenio obedire uoluerint. Tertio uero cōuenerunt in Oschofenburgo, ubi pauci quidam inuenti sunt qui nomina sua Eugenio dederunt aduersus conciliū Basiliense. Ceterum quedam maximi momenti & difficilia postularūt Germaniæ Principes ab Eugenio, quæ si faceret, promittebat se illi obtemperaturos. Quod ubi intellexit Fridericus Imperator defendit Eugenij partes, iniquum, inquiens, tam graue à summo Pontifice exigere, quātumuis enim æquum uidebatur Principibus alijs, tamen ob pontificatus dignitatē, & religionis obseruatiā non exigendum iudicabat Fridericus ab apostolico. Et plane si Fridericus in his conuentibus accessisset Papæ in concilio Basiliensi creato Felici Sabaudiensi, actum in Germania de Eugenio fuisset. Hoc tempore Philippus Maria Mediolanensis dux moritur sine legitimo hærede, multis igitur principatū eū affectantibus, inter quos fuit & Imperator Fridericus, qui ad se pertinere ducatum, dux suæ legitimo hærede uita defuncto contendebat. Senatus uero omnes exclusit, libertatemq; asserere pristinam statuit, quam olim ea ciuitas habuit. Nulli quicquam obnoxij uolebant esse. Imperatori tamen quotannis promittebāt poculum non uulgaris ponderis ex puro puro auro. Volebāt autē poculum dare, non pecuniam quo donum, non tributum uideretur. Sed principatus Mediolanensis, interea dum hi contendebant, multorum prædæ exponebatur. Ludouicus enim dux Sabaudia præter multa alia Confluentiam & Valentiam occupauit, Veneti Placentiam, Laudam, Cremamq; ceperunt. Franciscus Sphorria ubi animaduertit, ita quoslibet quiduis de ducatu rapere, putauit sibi magis licere, q̄ cæteris, nam gener erat mortui ducis Philippi, quam ob causam, Cremonam occupauit, mox Papiam, ciuibus eam uisro uocantibus, accepit in fidem. Qui postea est etiā dux à Mediolanensi senatu electus contra occupatores ducatus principuē contra Venetos, beneq; illi succedere conatus, restituitq; ducatum in pristinum locum. Papa Basilea electus Felix impulsu & hortatu Friderici Imperatoris misit legatos procuratores suos ad Nicolau quintum (hic est ille Pontifex qui tot philosophos fouit, suisq; impensis curauit Græcos autores in latinā linguam transferri, & bonos autores restitui) per eos se abdicauit pōtificatu, sed ea lege ut legatus in Sabaudia (cuius, ut dictū, dux fuerat) & in Germania cardinalisq; maneret. Atq; etiā ratum esset quicquid hæctenus ille fecerat, manerentq; omnes prælati ei adherentes in suis dignitatibus & locis. Nicolaus conditiones lubens accepit, & si grauiores fuissent, ut erat uir facilis, religioni & musis deditus, consensisset propter ecclesiæ communem pacem. Post hanc Pontificum concordia, comitia Imperator Fridericus, presentibus omnibus secularibus & ecclesiasticis, Principibus, celebrauit Oschofenburgi, & illic omnes unanimiter agnouerunt Nicolau quintum pro uero summo Pōtifice, edictumq; publicauit Fridericus super ea re per totum imperium ut omnes haberēt Nicolau pro indubitato Papa. Nemo uero tam duræ ceruicis, tamq; temerariò rebellis est inuentus qui contradixerit, præsertim cum Pontifices ambo concordarent. Facile boni bonis iunguntur. Nisi enim uterq; Pontifex bonus fuisset uir, non ita coniungi potuissent, uidebatur enim difficillimum, nam habebat Felix totum conciliū Basiliense à sua parte, neq; dici potest, quod desperarit rebus suis, magnis enim potentibusq; amicis inuitis, renunciauit pontificatū. Fuit enim uir pius minimeq; ambitiosus, quod satis declarauit antea, relictis enim mundi curis, florentissimo ducatu, se ad uitam cōtemplatiuam totum tradiderat. Nicolaus etiam, propter maiorem unitatem ecclesiæ, acta Basiliensis concilij approbauit. Sicut in actis extant eius literæ, quæ promulgatæ sunt anno domini 1449. in mense Iulio. Illa concordia Pontificum gratissima fuit omnibus bonis per Romanam ecclesiā, eratq; spes magna

gna ecclesia unanimi, praelatos sua religionis uel autoritate pacē inter omnes Prin-
 cipes futuros, ut aliquādo cōiunctis uiribus cōtra religionis ecclesiāq; Christia-
 na hostes unā omnes expeditionē susciperēt, non solum ad recuperanda proxī-
 ma quae Turcus inuaserat & occuparat, sed etiam ad recipiendum Hierosolymi-
 tanum regnum. Conabaturq; quidam ecclesiarū praelati bono zelo ducti pacem
 inter omnes principes facere, quidamq; satis modeste pieq; obediētes & paratos
 se ostendebant, pollicentes sua priuata posthabitueros communibus commodis
 ecclesiae Christi. Sed potentiorum multi aut cupiditati imperandi, & priuatarum
 rerum studio, nimum dediti, aut delicias mollitiores, obturabant aures, quasi
 ea res nihil ad se attineret. Ob has causas passim bella exoriebantur. Carolus rex
 Galliarum cum Anglis gessit bellum graue, & totam per uim armorū Nortma-
 niam occupauit, & Aquitaniam subiugauit, anno proximo post Nortmaniā ca-
 ptam, cōsumpseruntq; illi inter sese uires suas, quibus Turcus erat debellandus,
 Alij quidam Principes nuptijs celebrandis & spectaculis erant intenti, ut nō ua-
 caret de Turco cogitare. Eodem tēpore, nempe anno domini millesimo qua-
 dringentesimo nonagesimo nono, fuit graue sanguinolentumq; bellum inter Vi-
 ricum comitem Vuirtembergensem, socio Alberto Marchione Brandenburgen-
 si, & ciuitates imperiales. Erāt plurimae ciuitates eo tempore socia belli, quaedam
 enim, quae non aperte se Principum hostes proferebantur, clam tamen iuuabant
 alias uel consilio, uel pecunia, uel milite, similiter & Principibus adhaerebant alij
 Principes multi, quidam palam, quidam occulte. In multis locis bellum erat hoc
 per Germaniam, nec habebat bellum, ut alias consueuit fieri, usquam propriam
 sedem. Vricus Vuirtembergensium comes plurimum negocij fecit uicinis comi-
 tati sui ciuitatibus nec semel neque uno loco, nec simili fortuna pugnauit cum
 eis, saepius tamen uictorem, quam uictum fuisse accipimus. Erat uidere incendijs
 exustas uillas, & pagos, arces demolitas, vastatos agros, rusticos occisos, attritas
 segetes, lugentes uiduas & orphanos. Albertus dux scribitur nouies pugnasse
 cum Norinbergensibus, & ferē semper uictor, praeter quam in nono ultimo pra-
 lio, in quo recuperarunt omnem suam laudē prudentiae & fortitudinis, quae passa
 erat in prioribus bellis non paruam iacturā. Durauit hoc bellum Germaniae exi-
 tiale duos perpetuos annos, nec potuit componi donec partium facultates ita at-
 tritae fuerunt ut amplius ducere bellum non possent. Post nouissimum pra-
 lium non procul ab Eslingen, quo ciuitates non satis prosperē pugnarunt, facta est
 pax inter ciuitates & praedictos Principes. Partesq; cum alijs Germaniae primori-
 bus & ciuitatibus pararūt se ad expeditionem cum Friderico Imperatore in Ita-
 liam. Nam Imperator pacē eam propterea studiosius fecit. Parauit enim selectissi-
 mas magnasq; copias per Germaniā Fridericus profecturus in Ita-
 lia. Habuitq; promptos & paratos omnes Germanos,
 nemo enim nō amabat ob singulares bo-
 ni Principis dotes eum.

T De

DE GERMANIS

LIBER VIGESIMVS NONVS.



Ebus in Germania, ut temporum conditio ferebat, compositis & contractis copijs Fridericus Romam petiturus, primo profectus est ad oppidum S. Viti, ibi disposuit quæ reliquæ erant, mox profectus est iter in oppidum Villacum, illuc ad eum uenerunt Boëmorum & Vngarorum procerum quàm plurimi, qui omnes se offerebant ad susceptam expeditionem, cupiebant enim gratificari potētissimo & optimo Principi, qui secum eorum regem ducebat Ladislaū. Collecti igitur Germani, Boëmi & Vngari sequebantur Cæsarem, Ianuariocq; anni millesimi quadringentesimi quinquagesimi secundi splendidissimè intrauerunt Italiam. Vbi uenit autem Cæsar in regiones Venetorum, obuios habuit honestissimam Venetorum legationem, quæ nomine augustissimi Venetorum senatus reuerenter excepit Fridericum, aduentumq; amicè gratulata, comitataq; ipsum per omnem Venetorum urbes uictū sine omni precio splendide ministravit. Obuiamq; uenerunt & alix innumere legationes, gratiam, pacem & amicitiam petentes, & munera, obsequiumq; offerentes. Per aliam uiam, nempe uallem Tridentinā multæ ad utraq; ripam Rheni ciuitates & Principes ecclesiastici & seculares, multæ item Sueuicæ ciuitates nobiles uenerunt Ferrariam, ibiq; expectato Imperatori se cōiunxerunt, ut gratū erga optimū Principem animū declararēt. Ferrariz igitur signa singulorum Principū & ciuitatum, qui ad augēdam gloriam eius cōuenerant, ordine maxima cum uoluptate inspexit Imperator. Illinc cum omni exercitu discedens uenit Bononiam. Quāquam enim dux Mediolanēsis F. Sphortia amacissimè inuitaret eum Mediolanum ad accipiendum ex consuetudine coronam illam ferream, tamen recusauit, maluit enim eam Romæ accipere. Bononiz uero obuius uenit legatus pontificius qui nomine Papæ excepit Imperatorē magna cum reuerentia & honore. Bononiam relinquēs per iuga Appenini montis Florentiā uenit, illic ex ordine tota ciuitas, se illi obuiā effudit, magistratus urbis, clerus & deinceps archiepiscopus, magnificentissimè est illic tractatus. Venit deinde Senas, illuc ad Imperatorem uenit uirgo forma omnibus numeris absoluta, quæ illi desponsata erat. Leonora nomine, filia regis Aragonū, nata circiter annos sedecim. Fridericus cum præcipuis amicis extra urbis portas occurrit in amplexus obuiam sponsæ. Senenses nihil omittunt quod ad reuerentiam honorem, & magnificentiam facere mortales possunt. Illinc Romam eunti occurrunt ex urbe alij episcopi & cardinales qui eum duxerunt in quendam excelsum collum ex quo totam urbem situmq; eius uidere potuit, ex quo ad urbem descendenti ueniunt in occursum totus clerus, episcopi & cardinales, senatus populuscq; Romanus ordine. Antequam autem in urbem ingressus est, in æquam ante urbem planiciem effusa est uniuersa ciuitas ad spectandum splendidissimas Germanorum, Vngarorum, Boëmorum, & Italicorum (nam multæ per Italiam ciuitates & Principes comitabantur eum) copias, conuenerat enim in eo æquore omnes. Illic secundū nationes, Principes & ciuitates omnia signa ordine ibant. Ordines copiarū omnium regebat uiasq; illis demonstrabat Albertus dux Austriæ, frater Germanus Imperatoris. Gladius nudus præfertur Imperatori, feruntur illi obuiam sanctorū reliquiæ in receptaculis argenteis, aureis & gemmatis, cum omni genere instrumentorū musicorum, & admiranda uocū uarietate, ita Fridericus sub aureo panno ductus ad gradus usq; Basilicæ S. Petri ad Nicolaum Pontificem sedentem in sede ex ebore & auro facta cardinalibus circumstantibus

cumstantibus, Pontifex ceu pater filium blandissimis uerbis excipit Imperatorem, aduentumque gratulatur. Caesar exosculatur primum sanctis, Pontificis pedes, deinde ponderosam puri puri auri massam non leuis ponderis offert. Exosculatur etiam deinceps Pape pedes noua nupta Leonora, Ladislaus rex, Albertus frater Caesaris. Postea ad lautissimè & magnificentissimè paratū hospitium & conuiuium ductus est. Postridie Fridericus est unctus & coronatus cum sua uxore Leonora in ecclesia B. Petri, ab ipso Pontifice in regem Longobardorum. Accepta hac corona, rursus postridie ductus est, ad summum altare B. Petri, in alto illic loco sedentem Pontifice, iussus est sedere cum sponsa sua Fridericus, in sede alta & materiz & artis præstantis. Ibi primò Fridericus iuxta Pontificum decreta, se non modo patrimonio B. Petri nihil nocitutum, sed etiam pro uirili defensurum & à Romana sede non discessurum, &c. Post hoc iuramentū, alba uestitus in album canonicorū B. Petri est acceptus, hocque modo canonicus factus, ductus est cum uxore ad missam celebrantem Pontificem, qui dedit illi primum sceptrum ad regiam potestatem significandam, deinde pomum rotundum in significationē dominum esse totius mundi, qui sphaerica constat figura, tertio ense, quo potestas malos puniendi & officium tuendi bonos significatur. His tribus datis in manus Imperatoris, Pontifex imponit illi quoque coronam auream preciosissimis gemmis distinctam. Mox aliam coronam imponit Leonoræ sponsæ. Vbi hæc omnia maiori magnificentia quam prioribus temporibus unquam (ut solet his rebus semper accedere) sunt peracta, ad prandium in palatium Pontificis itum est, à prandio mox Imperator ad pontem Adriani duces, comites, barones & nobiles plurimos militiz magnificis titulis donauit. Ad militiz decus eo die sunt euecti circiter trecenti. Illis autem iucundissimo pulcherrimoque spectaculo effectis post solis occasum iuit ad magnificum conuiuium quod ad Lateranum erat paratum. Nec diutius ociosus Romæ commoratus, Neapolim cum uxore sua profectus est, illic celebrauit pascha, inde rursus Romam rediit, sed prius uisis per Italiam multis urbibus, Pontifice multa de ecclesiæ statu, & de expeditione aliquando suscipienda in Turcum locutus, benedictionemque apostolica accepta, recessit ab urbe, in Germaniam rediturus, sed in itinere omnia prius diligenter disposuit, in multisque beneficia contulit, uicissim incredibile Itolorum omnium studium erga se expertus. Nec, quod rarum audita est, ullas insidias illi structas ab ullo comperit. Certatim ueniebant ciuitatū legati afferentes munera materia & arte præstantia & protus digna quæ tanto Principi offerrent. Inuitabantque eum omnes. Vbi Ferrariam uenit, Mutinæ & Regij, Lepidij urbium ducem fecit Borsium Estrensem, ob singularia merita, & officia quæ in ea expeditione contulerat in Cesare. Borsius gratitudinem animi declarare uolens donauit Imperatori aurum quoddam monile, quod ualebat supra aureorum millia uiginti. Illic etiam Sphortiz filium nomine Galeacium auratum equitem appellauit, a quo Imperator quoque magna accepit munera. Inde secundo Padi flumine Venetiam peruenit, ubi appropinquauit urbi multas Venetorum naues habuit obuias in quibus nobilis ciuitatis eius iuuentus mirabiliter lusit. Caesar à Senatu Veneto ita tractatus, ut ad honores & magnificentiam addi ab hominibus nihil potuisset. Et quemadmodum aduenienti, ita & reuertenti in Germaniam, Veneti per totam ditionem suam liberaliter abundè comeatum gratuito dederunt illi & omnibus familiaribus eius. Mansit autem decem dies apud Venetos officijs & spectaculo eorum detentus, abeuntem comitatus est totus senatus usque ad littus ubi se urbemque suam illi commiserunt. Eos autem qui per aliam uiam quam ipse in Italiam uenerant Principes & urbes rursus dimisit per uallem Tridentinam, nec autem dimisit ullos immuneratos,

alijs noua dedita priuilegia, alijs uetera auxit, alijs confirmauit. In capitaneos beneficium liberalissimè contulit. Nulli uero ciuitatum plus tribuit, quam Basiliensibus, quoniam armorum splendore & militum præstantia multis alijs præstabat. Ea priuilegia quotannis Basileæ præsentibus augustissimo senatu, & omnibus ciuibus leguntur. Vbi uero in Austriam redijt Fridericus omnia turbatiora inuenit quam reliquerat. Nouas enim res quidam, dum in Italia fuerat Imperator cum alijs Principibus, parturierat. Ciliæ enim comes cum quibusdam socijs dum Cæsar in Italia fuerat, concilium ceperunt de capiendo Imperatore. Erat autem tale, maiore parte exercitus dimissa à Cæsare, & cum putaret se in uado esse reuersus in suam Germaniam, coeloq; prorsus sideret sereno (quid enim in Germania apud suos timeret, qui tam raræ prosperitatis fortuna uisus erat in Italia) tum ipsi eum uellent in quopiam loco, qui uideret & ad audax facinus accommodus, opprimere ex improviso. Cum igitur esset apud Nouam ciuitatē, ecce illi adsunt cum non contemnenda manu militum, & urbem obsidione cingunt. Verum Imperator nondum tam nudus erat ab omni exercitu, quare eduxit exercitum ex urbe, irruicq; in hostem fortiter, & prima coitione submouit retro, utrinq; tres aut quatuor horas strennuè pugnant, uerum ad extremū Imperatoris copiarum ob raritatē, non ob suam ignauitiam, aut hostium fortitudinē, coacti sunt redire in urbem. Nec multum abfuit ut non hostes cum Cæsarianis cedentibus in urbē irruerint, quod si factum fuisset, uenisset in hostiles manus Imperator. Habuit certe quod uehementer timeret. Ad eodē nihil est in mundi gaudio diuturnum, adeoq; fortuna nunquam est perpetuò bona. Sed miseri mortales in quocunq; statu sint, qui nesciunt alia quam huius mundi gaudia, agitantur fluctibus maris (omnia enim, ut ille inquit, fiunt in medio mari) nunc in altum tolluntur, mox uero deprimuntur. Imperator iubet firmari urbem, ubi uideretur magis hostibus exposita. Fossas oppidani faciunt, aggeres attollunt, portas repagulis firmioribus muniunt. Nec minus hostes quicquid ad oppugnationem utile esse putabant, strennuè faciebant, muros non uno solum machinarum genere deijcere nituntur. Per aliam uiam, ut diximus, meliores copiarum, nempe Rhenenses & Sueui, patriam petierant. Tum præterea Ungari adhuc, nescio ubi, cessabant, fortasse de industria, nam sinistra suspicabantur quidam quiddam de eis. Ortum enim erat hoc bellum ab Ungaris qui suum regem petebant, cum Fridericus iturus in Italiam, secum ducere decreuisset Ladislaum regem eorum. Iniquo enim ferebant animo negatum à Friderico regem, iudicabant namq; id quod res erat, sibi non fidere Fridericum. Porro ubi in Germania rumor increbuit, Imperatorem esse obsessum, multi Principes & ciuitates inceperunt contrahere copias, & se parare ad liberandum Imperatorem. Sed quidam Principum, inter quos fuit Sigismundus archiepiscopus Saltzburgeris & Carolus Marchio Badensis, pacem fecerunt inter Fridericum & Vtricum comitem Ciliæ ad hærentesq; ei, hac conditione, ut traderet Fridericus Ladislaum regem Vtrico comiti Ciliæ, eumq; apud se haberet usque ad conuentum Viennæ breuiter celebrandum, in quo communi sententia Imperatoris, Boëmorum & Ungarorum de pueri tutela ageretur. Sed quam primum puer dimissus est ex manu Imperatoris, impulsu comitis Ciliæ & aliorum, regiam curiam instituit, nouos creauit magistratus (ex consilio nimirum eorum qui nihil aliud quærebant, quam sub pretextu pueri omnia administrare pro sua libidine) præfecturas per prouinciam ubiq; ordinauit, innouauit, mutauit, antiquauitq; quæcunq; uolebant illi consultores. Procures Ungarici ueniebant ad puerum (etiam si quibus displicebat, quod non sub tutore permaneret usq; ad pubertatem saltem) omnia probabant, ad omnia ardebant quæcunq; per puerum fiebant, multa autem praua &

ad regni statum debilitandum facientia per puerum gerebant assentatores pestes Rerumpub. Exacta deinde ab Vngaris & Australibus pecunia proficiscitur regali pompa in Boëmiã, ubi ad Boëmos uenit summis cum honoribus excipiunt. Pragã deferunt illi regni Boëmici coronam. Et quicquid gratum puero intelligunt studiosè officiosèq; faciunt, neq; difficile erat mollem puerilemq; animũ leuibus rebus capere, quare ludos pueriles instituerunt, & superstitione celebritate ad ornarũt omnia quibus magnificè & gloriosè initiarent coronarentq; nouũ regẽ. His rebus fiebat ut quo quisq; melius adulari nouit, hoc charior regi esset. Libere & sincere consulentibus nullus omnino locus esset. Quod ubi Imperator cognouit, non parũ molestũ illi fuit, doluit enim ut mortaliũ fortunã infelicẽ, quorum sub nomine pueri tam perditũ leues adultores essent domini. Neq; enim leues illi assentatores latu faciles sunt, nam iniustitia ipsa pleriq; solẽt esse. Hoc futurũ prauiderat prudẽs Imper. propterea tantopere studuit puerũ apud se retinere, donec confirmaretur ætas. Ladislao autem cum Hussiis non conuenit, nam adultores eius non erant Hussiæ. Sed hæc omittentes ad maiora procedamus. Cæsar uersus in Germaniam, quanq; nõ mediocriter turbatus erat ob regem Ladislauũ, & cõtumeliã iniuriãq; quæ illata sibi erat apud Nouã urbẽ, cõuentus Principum celebrauit, summa cura studuit per Germaniã & per alias nationes Christianum nomen profitentes, pacem facere, & arma in Turcum parare, qui indies nõ solum incursionibus paulatim Christianorũ fines carpebat, sed magna regna aggrediebatur. Venerunt Constantinopolitani legati ad Pontificem Nicolaum quintũ cum lachrymis auxilium implorantes, conatusq; Turcicos crudeles indicabant. Sed dum Pontifex ad Cæsarem, Fridericum in Germaniã & alios Principes in alias nationes mittit, dum deliberat maiore Principum parte putante (ut ante sæpe cõtigerat) esse imposturã quorundam auarorum hominũ, Turcus expugnat Constantinopolim totius Græciæ decus, non ciuitatem sed regnum, imperiumq; iure appellandũ. Eam urbem quibus rationibus Turcus ceperit, quãtũ cum crudelitate diripuerit, quanq; nulli neq; sexui neq; ætati pepercerit, quãtũ cum multitudine, rursus à quã paucis defensa & à quibus scripsere plures, neq; nostri est instituti. Opera precii est in uastatione huius urbis uidere quid auaritia possit, nam, ut ferunt, si ciues decimã partẽ pecuniæ quã in terra sine usu defossam habebãt, in auxiliares copias cogẽdas cõtulissent, facile restitissent Turco in cuius manus ipsi ciues cũ liberis & omnibus facultatibus suis peruenerũt. Ad eò iniusto & duro tyrãno seruit, qui seruit auaritiz. Ex Europa enim Principes & ciuitates quãdã scripserãt Imperatori Constantin. non deesse militũ quantũcunq; uellet numerũ, sed deesse qui stipẽdia numeraret, quare Imperator cõcione Constantinopolis cõuocata, adhortatus est ciues ut cõferrent pecuniã in auxilia militũ aduocãda, nec admodũ multũ petijt à ciuibus, nam erãt Latini parati etiã aliquid addere. Sed deerat auaris quã habebãt, pecuniã, moriq; cum suis, perdita urbe, maluerũt, quam partẽ aliquã de pecuniã deo suo exponere. Audientes Pont. Calixtus 3. qui Nicolao 5. successerat, & Fridericus Imperator aliq; reges & Principes captam & uastatam tam miseris modis Cõstantinopolim facile conijciebant quid porrò esset conaturus, quam ob rem Principes comitia celebrant, Pontifex concionatores emittit in regiones passim Romanæ ecclesiæ, qui adhortentur populum ad expeditionem contra Turcum, & ad collationes quibus miles conducipossit, dedit illis concinatoribus magnam & inusitatam clauium potestatem in multis casibus & delictis. Qui plenarias omnium peccatorum quantũuis magnorũ indulgentias poterãt concedere omni cõtribuenti ad tam sanctam & necessariam expeditionem quinq; ducatos. Nec minori curã fuit ea res Friderico

Imperatori. Erant autem passim per Romanā ecclesiam simultates & contentiones, atque etiam bella inter Principes. Anglia, ut de alijs taceam, tota erat afflicta intestinis seditionibus & bellis. Eboracēsis enim dux cum rege Angliæ bellum gessit, & fretus proditoribus cepit eū. In alijs locis alias belli causas excitabat Sarraceni, permittente ob populi peccata dominū. Statim post captā, direptamq; Constantinopolin, & fama in Europam peruenit Turcū cum ingenti exercitu Vngariam petere. Quod ubi audiuit Ladislaus, cum nullā ab Imperatore Vngaris iram speraret opem, & Vngarorum nec uiribus nec fide satis confideret, contulit se in Austriam ne sibi accideret, quod Imperatori Constantinopolitano. Nec rumor de Turcæ aduentu uanus fuit. Nam anno millesimo quinquagesimo sexto uenit in Vngariam Turcus Mahumetes nomine, ducens exercitum centū quinquaginta millium maxima in animo habens, primumq; castra mouet ad Albam, quæ urbs illi commoda fore uisa est, si caperet, ad traducendum per flumen exercitum. Quare circūsepiuit illam militum multitudine. Quos Turcæ conatus uidet Imperator & alijs in Germania Principes, mox nam res nullam ferebat moram, mittunt Vngaris auxiliares manus contra communem Christiani nominis hostem. Nec non & Itali copias mittunt, nam Vngaria capta proximī erant Germani aut Itali, nec Itali parū timebant sibi, nam putabant Turcum tam stupidum non esse, ut primum bellicosissimam nationem aggredereur Germaniam. Miserat quoq; Pontifex Callistus cardinalem S. Angeli uirum facundia præstantem, nec ad arma ineptum, per Germaniam, ut ubiq; omnes excitaret ad arma capessenda, in Vngariā misit, qui ubi Budam uenit multas secum ducēs copias, coniunxit se Ioanni Huniadi, unaq; uenerūt Albam in urbem. Deiecerat Turca iam murorū urbis magnā partē, qua irruit magna uiolentia in urbem, Christiani uero fortes se opposuerūt nullis amplius freti muris aut alijs propugnaculis. Committitur ergo incredibilis atrocitatis pugna, diuq; anceps perstitit Mars immobilis, tandem nostrorum uirtute, Turcæ in fugam acti sunt, caesis utrinq; plurimis. Sed adest Turcarū Imperator Mahumetes, denuo cogit suos in nostros, instauratur iterum pugna, iterum terga dederunt Turcæ, sed consilio nostros longius ab urbe ducere uoluit, alio loco insidijs collocatis, qui eis reuertentibus ex hostium persecutione, iter in urbem interciperent. Sed callidum Turci consilium in tempore animaduertent quidam ex nostris, quare dum hostem sequerentur laxatis frenis & animis nihil timentibus, reuocati sunt in medio cursu, uix autem potuerunt reuocari. Illi uero qui reuocarunt statim duxerunt eos in eam Turcorum aciem quæ erat in insidijs collocata, Turci cum nostri præter expectationem in se signa uerterent, statim fugiunt, nostri eos persequuntur, nec cessant insequi donec atra nox longius prohibuit sequi. Venerūt in manus Christianorū omnes machinæ bellicæ, variæ tormentorum species. Imperator Turcorū fuga elapsus tanto animi dolore est affectus, ut ueneno sumpto sibi ipsi mortem conscierit. Ex captiuo quodam, qui Imperatori à consilijs fuerat, cognitum est, quod Imperator Turca illis quos in insidijs collocarat, prædixerat ex composito fugituros, quos denuo ad oppugnandam urbē cōpulerat, ut eos oppidani secuti ab urbe ducerentur longius, hi uero interea urbem caperent, seu saltem iter in urbem interciperent. Neque hoc uerum fuisse, nam nihil de fugiundo illis commiserat, sed cōtrā hortatus erat ut strenuè pugnaret, præmissis cum alijs, tum direptione urbis, propositis. Insidias autē illas disposuerat ut sic uerteret fugam suorū, si forte accideret, in bonum, utq; si illa non succederet, in insidijs tamen reliqua esset spes. Sed cogitationes hominum quantumuis sapientes uideantur, nisi dominus annuat irritæ sunt. Hoc autem Albæ factum est, anno post natiuitatem Christi millesimo quadringentesimo

quadringentesimo quinquagesimo sexto, in die diuæ Mariæ Magdalenz dedica-
to. Porro ne sua gloria quæquam sciens hoc loco defraudè, Franciscanosq; fratres
in me cõcitem, Diui Francisci ordinis Ioannes Capistranus haberi uoluit autor
uictoriæ huius, & Albæ urbis seruator, nec immerito, nam ueste ordinis Minorũ
indutus, stetit in bene munita turri, & ostendit amplum uexillũ, in quo erat crux
picta magna ut à longè conspici posset, Christianorũ copijs pugnãtibus, ergo se-
quitur, secundũ quosdam fratres Minorum, quod illi Capistrano debetur omnis
uictoriæ gloria, nec solum, inquit, ex turri ostendit, pugnãtibus alijs, uexillũ,
sed etiam nostris, benedixit, hostibus mala imprecatus. Itaq; ergo hic monachus
solus heroico sono à quopiam Homero decantandus est, ob hæc facta. Et propte-
rea etiam post mortem claruit mirabilibus miraculis. Fuerunt in hac expeditio-
ne qua Turcus cladem illam accepit apud Albam multi Germani, quibus Vnga-
ri palmam, etiam inuiti (nam quo animo fuerint in Germanos nõ est obscurum,
cum tamen sæpe eos à Turca defenderint) dabant. Fugato, ut dixi, Turcico exerci-
tu, Ladislaus in Vngariam redit, quid postea illic actum sit ab eo prudens præte-
reo, ut non admodum coniunctũ cum Germania, alieniusq; à proposito nostro.
Anno post Turcis paratis ulcisci ignominiam & cladem acceptam apud Albã,
Pontifex copias ab Imperatore non magnas ex Germania acceptas cũ Italis sua
duce cardinale, misit Rhodum, illicq; rursus est uictus à nostris Turcus. Idcircoq;
eo tempore impeditus ne ad Albam rediret, ut decreuisse ferebatur. Adolescente
Ladislaõ rege Vngarorũ & Boëmorum tempore quo expectabant sponsam ex
Gallia filiam regis Caroli, & certabant Vngari Boëmi & Australes de nuptiarũ
loco, hoc est quo in summo ætatis expectationis flore esset, mortuo, magnæ con-
tentiones exortæ sunt ob regna illius. Ducatum Austriæ Fridericus Imperator
sibi petebat, curq; ad se deuolutus esset, reddebat causas. Albertus frater Impera-
toris etiam eundem ducatum petebat. Conuentus igitur propter eam causam ha-
biti sunt, in quibus iudicatum est ad maiorem natu pertinere ducatum, nempe ad
Imperatorem. Quod Albertum malè habuit. Dicebat enim fratrem alioqui satis
habere, quibus administrandis occuparetur. Subditisq; magis utile futurum, ut
habeant Principem qui apud eos sit, & existimet sua bene habere cum bene ha-
bent ciues, & se diuitem cum prouinciales sunt diuites, quàm gubernari per præfe-
ctos, qui mercenarij plerunq; pauperes nihil studio habent quàm ut diuites red-
dantur quàm breuissimo tempore, quod hominum genus diues factum solet se
ocio tradere, uentri enim seruiunt, quare diuites sunt plures faciendi, neq; enim
diutius seruiunt quàm donec consecuti sint quod querebant. Dum ita contentio
est de ducatu inter fratres latronum magnus numerus in Austriam irruit, & qui-
busdam locis ferro & igne omnia uastare aggressi sunt. Sed celerrimè totus prin-
cipatus, duce Alberto, in armis fuit, & occurrit latronibus, quos obsessos ad ri-
pam fluminis Morauiz, multis occisis, circiter sexcentos captos supplicijs exquisi-
tiss affectis. Operæ precium enim est huiusmodi pacis turbatoribus exempla sta-
tuere. Ex deuictis autem illis latronibus Albertus animos maiores sumpsit, ma-
ioremq; fauorem ab Australibus consecutus Viennæ cum Sigismundum Au-
striaco duce conspirat aduersus Imperatorem Fridericum, cona que sunt to-
tam Austriacam inter se diuidere excluso Friderico. Quod eorum propositum
ubi olfecit Fridericus Viennam properauit, antequam quicquam inciperent,
tota ciuitas se illi obuiam effudit, & excipit cum omni, quo potuit, honore, du-
ces quoque obuij dissimulant animi occultas cogitationes, amanterq; extra ur-
bis portas salutant. Ingresso autem Imperatore, conuenerunt Albertus & Si-
gismundus, deliberaruntq; de capienda arce quã prouinciales custodiebãt, præ-
iudicia in ea locato donec scirent qui nam ducũ esset dominus prouinciæ Austriæ.

Vbi autem intellexerunt hoc agi ab his duobus, firmiter praeiudicia in eam mittit, neque enim uolebat excludi Fridericum, & ita dare causas magnorum bellorum. Tandem in tres partes partita est arx, (ab illa enim tota Austriaca in illis regionibus p̄debat prouincia) prima cecit Friderico, secunda Alberto, tertio Sigismundo. Post haec gesta Viennae, excommunicauit Pius Pontifex Romanus Sigismundum ducem Austriae, quod in quibusdam negocijs resisteret cardinali Nicolao Cusa. Sigismundus uero consultans quo modo quam facillime posset absolui, opus magno labore & impensis nec exigua pecunia pro absoluteione, fore ratus si mitteret nuncios Romam qui Papam sibi placaret, quare cum cardinalis, propter quem Pontifex Romanus eum execratur, esset in oppido Bruneca, collectis repente copijs, ad obsidendum cardinalem festinat, summis utribus oppidum & arcem impugnat, admotis ad muros machinis oppidum capit. Arcem uero in qua erat cardinalis diligenter custodit, & eam capiendi uias & rationes multas tentat, uenit tandem nescio qua arte & arx in potestatem ducis. Captum ergo cardinalem, cuius indignitas & ignominiositas, mancipat, quam dignitas eius ferebat, nec prius potuit, quanquam multi essent intercessores, adduci ut dimitteret eum, quam cardinalis iuberet sacerdotes qui a sacris propter ducis excommunicationem cessabant, missas celebrare, cumque uoluisset clerum ad sacra prophananda compellere, minatus est Sigismundus illi mortem, quare cardinalis uitam suam sacris praeferebat, iussit sacerdotes per ditionem Sigismundi missas celebrare, nec satis fuit hoc duci, uerum arcem quandam, & non paruam pecuniam dare coegit cardinalem. Fecit enim captus homo uitaeque nimium timens quicquid uoluit aduersarius. His temporibus erat Pontifex totus in hoc ut colligeret pecuniam in usum belli aduersus Turcam. Nam timebat sibi Roma. De regno Boemicae contendebant quoque multi, Imperator Fridericus ius regni eius suum esse factum, cum nullus haeres legitimus existeret. Albertus & Sigismundus ex foedere, quod domus Austriae cum Boemico regno habebat (de quo dictum) regnum Boemicum ad se pertinere affirmabant. Item soror regis mortui, uxor Casimiri regis Poloniae assererat sibi regnum Boemicae. Item Carolus rex Galliarum sponsae Ladislai filiae suae debere contendit regnum. Boemi in magno omnium procerum & magistratum conuentu audierunt horum omnium causas ex oratoribus eorum, omnibusque responderunt potuerunt aptissime, uerum iudicauerunt se quoque uiros esse, & inueniri ex Boemis qui administrare Rempublicam regni possent, nihilque necesse esse externo rege. Quam ob rem elegerunt Georgium Pogegratum uirum in rebus militaribus peritum & singularis felicitatis. Diciturque superiores omnes frustra frequentes, non sine maximis impensis & sudoribus, miserat legationes in Boemiam. Feceruntque Boemi non aliter atque, si licet magna componere paruis, puella quae multos procos habet omnibusque spem facit, irridens in sinu, tandem exclusis omnibus illis nubit praeter omnium opinionem cuiusdam alij. Nec uero minor erat illis de rege Vngariae. Primum omnium in frequentissimo Budae conuentu erant qui exponebat periculum a Turca, cuius insultus sine Germanis reprimi non possent, quare omnibus modis censebant Fridericum Imperatorem eligendum. Erant autem alij, qui fatebantur quidem uerum esse, opus esse aduersus Turcam externo, maxima Germano milite, uerum Imperatorem alij occupari, ut non uacaret illi esse in Vngaria. Exempla Sigismundi & aliorum recensentes. Praesentia enim regis esse regno, quod coloni praesentia agro est, dicebant. Praeualuit tamen sententia eorum qui Fridericum uoluerunt regem, est itaque rex appellatus Fridericus, uicique suffragijs reliquos quos alij uolebant habere reges, sed cum hoc illi nunciatum fuit, non statim in Vngariam uolauit, quapropter Vngari putantes raro in regno futurum, elegerunt Matthiam adulescentem, qui captus erat tum, expectabatque potius capitis supplicium quam

quàm regnū. Sub idem tēpus bellū fuit Vuirtembergensi comiti Vlrico cum Friderico comite Palatino duceꝝ Bauariæ. Erat autē belli causa. Quod Fridericus Vlrico per uim detineret dotē uxoris suæ, quo prætextu prætereo breuis esse studeo. Et alter alterum incursionibus frequenter uexabat, uillas pagosq; incēdentes. Quidam etiam nobilis in illo bello cæsi sunt. Tandem multa utrinq; incōmoda accepta & data compositi sunt per quosdam Principes, & præcipuē Imperatoris opera. Hoc etiam anno, uel, ut quidam uolūt, uno post anno fuit bellum inter duos episcopos Moguntinos nominibus Dieterichū de Isenburgo, & Adolphum de Nassau. Deposuerat enim Pōtifex Romanus & execratat Dieterichū, in locum eius Adolpho ordinato, causæ autem quod Pontifex Dieterichum abrogauit, illæ fuerunt. Annatū non soluerat. Item legatis pontificijs missis ad ubique pecuniam contra Turcos petendam, dixerat Dieterich Papam argentū nationis, nō fidei defensionem querere. Item quod à Bulla super decimis dandis ad conciliū futurū appellarat, & reliqua quædam quæ negabat Dieterichus. Pontifici respondebat Dieterich se inauditum, contra, nō solum ecclesiasticū ius, sed ius gentiū, condemnatum. Defendebatq; articulos sibi obiectos quos fatebatur, nam quosdā in Bulla cōprehensos negabat, constanterq; falso per calumniā in se cōficios. Res igitur uenit ad arma, Dieterichus enim Pontificis sentētia deturbatus ab archiepiscopatu noluit instituto successorī Adolpho cedere, sed præsidis arces & oppida Moguntinæ ecclesie firmavit. Habuitq; quosdam nobiles & Principes sibi fauētes & auxiliarios, inter quos fuit Fridericus comes Palatinus Rheni, cui loco stipendiū dedit arces quasdā ad Moguntinam ecclesiam pertinentes. Eam ob causam Papa hunc Fridericum quoq; excōmunicauit. Nec enim leue erat ecclesiarū bona ab eo accipere, qui ius dandi non habebat, & excōmunicatum iuare. Et alioqui etiam aliquando pontificijs literis in comitatu suo restiterat, ne promulgarentur. Coniunxerat se quoq; Dietericho Ludouicus, Diues cognomine, dux Bauarorū; Habebat uero Adolphus à sua parte Papam, Imperatorem, Carolum Marchionem Badensem, Marchionem Brandenburgensem, Albertum episcopum Metensem, Ludouicum ducem Bauariæ cognomēto Nigrum, Comitem de Vuirtemberg Vlricum. Si ergo non paruis odijs gerebant bellum inter se intestinū. Incendijs, ferro, & equorū multitudine passim segetes, uillæ, pagiq; atterebantur & uastantur, magnaq; pars Germania nō modicē afflictā batur illorum infania & furore, nec maius ullum, quod sciam prælium fuit inter illos quàm illud in agro Haidelbergēsi, aliquid magni enim facere gestiētes terram Palatini intrauerunt, Ioannes episcopus Metensis, Ludouicus Niger Bauarix dux, Carolus Marchio Badensis & Vlricus comes Vuirtembergensis, quibus incipientibus incendere pagana ædificia, celeriter Dieterichum cum copijs ad se uocat Fridericus, & suas quas habebat auget, hostiq; socio Archiepiscopo occurrit. Vbi uero Dieterichus & Fridericus animaduertunt copias hostium suis impares multitudine, ueniunt in spem aliquid magni gerendi, quare eo perducunt hostem, ut à tergo lateribus, & à fronte obsessum haberēt. Obsessi autē Principes unam reliquam habebāt spem, suos scilicet ex desperatione fortius pugnatuos, quare cohortatis, & acie instructa conātur ui & ferro uiam sibi aperire, & in medios hostes, ruunt, sit pugna cruentissima, utriq; enim habebant optimū militem in peditatu simul & equitatu, sed longē multitudine Fridericus superior, superat, multis occisis utrinq;. Comes de Helfenstein, & comes de Salm, cum multis nobilibus, desyderati sunt in parte Adolphi, & Carolus Marchio Badensis, episcopus Metensis audacis uir animi, Vlricus comes Vuirtembergensis, & illorum nobiles ferē omnes capti ducti sunt à Palatino in Haidelbergā, gloriose Friderico triumphante. Nec dimisit eos donec numerarint quātum ipsi uictori uisum est,

V & multa

& multa alia promiserint se facturos, quæ longum esset scribere. Habebat adhuc
 pluracq; Dieterichus in sua potestate quæ erat ecclesiæ Moguntinæ, excludebatq;
 inuito Papa et Imperatore Adolphus ab oppido Moguntia. Sed Adolphum aliosq;
 adhuc integros ei adherentes Principes, scilicet Aluicum comitem de Sultz, Lu-
 douicum Nigrum ducem & reliquos, non modo non fregit iste sociorum gra-
 uissimus casus, sed etiam magis excitauit. Quare constituerunt aliquid contra ali-
 cuius momenti facere, quolibet etiam periculo. Quare de urbe Moguntia capien-
 da deliberant. Habebant enim in exercitu suo qui uigilum in urbe horas & loca
 sciebant, qui Principibus dicebant omnia negligentissimè fieri uigiles dormire
 solere, maximè postquam satis confabulati essent & satis potassent, nam uinū fa-
 cerdotes abundè dabat tempore belli, igitur post unam aut alteram horam à me-
 dia nocte omnes altissimo somno consopiti. Quare scalis reliquocq; apparatu ad
 conscendenda mœnia acceptis silentio noctis accedunt ad fossas ea parte urbis
 qua munitissima erat, nam indiligentius illic custodiebatur, descendunt in fossas,
 ascendunt muros, inueniunt somno altissimo oppressos uigiles, quos uix excitatos
 rogant quædã ad propositum facientia, quæ cū dicerent omnia, uitã illis donarunt,
 sed silentio indicto. Occupato giture illa mœniarum regione & silente præsidio il-
 lic relicto, ad proximos uigiles properant, quos quoq; oppresserunt, antequam
 senserint, eo loco quoq; præsidio munito, descendunt de muris in urbem, dumq;
 portam, quæ proxima erat, confringunt, ecce uigiles qui noctu solent ambire ur-
 bem appropinquant, audiunt crepitum & strepitum, conclamant campanis pul-
 sature ad arma, ciues excitati uix somno excusso, arma tandem arripiunt, cum iam
 porta esset aperta & totus hostilis equitatus & peditatus admissus in urbem, oc-
 currunt ciues satis fortiter hosti, pugnatur per totum eum diem, sæpe hostes refer-
 re pedem coacti, tamen multitudine freti tandem ciues ad deditionem compule-
 runt, traditis igitur armis expectarunt inermes quid imperaret uictor hostis, ni-
 hil enim promissum illis erat quàm uita, mandarunt igitur hostes ciuibus ut sine
 omni mora, recta urbe exirent extra ditionem episcopi, nec concedebatur cui-
 quam in domum ire suam, ut secum castam cõiugem, uirginem uel suam, uel cha-
 ros alios liberos duceret, cogebantur nudi ex urbe adhuc sanguine conspersi, uul-
 nerati, fatigati & famelici, hora sera uespertina migrare ex urbe relictis focis, ple-
 nis cellis & penarijs, lectis stratis, uxoribus, liberisq; suis immittissimo militi. Ori-
 stia fata. Matronæ & uirgines & scorta eodem loco habentur, extrusis maritis &
 patribus in exilium. Hic auditus est clamor puerorū & mulierū miserabilis. Ne-
 que poterant uxores & liberi scire utrum esset suus parens in numero interfecto-
 rum ciuium (fuerunt autem interfecti quadringenti) an in exulum numero. Qui
 migrabant detestabantur fortunam suam quod non pugnassent donec etiam ce-
 cidissent, morteq; finissemis miseras illas. Direpta est autem urbs tota, nulliq; neq;
 ecclesiasticorum neq; alij, neq; etiam monasterijs pepercit militum impietas. For-
 tẽ erat eodem tempore Moguntia in castro Dieterichus, dormiens in utraq; au-
 rem post tam insigni clade affectos hostes in agro Haidelbergensi. Vbi captã ur-
 bem intellexit non fidens munitione arcis, dum ciues & hostes pugnant, deserit
 arcem & fuga sibi consulit, dolore animi admirationeq; rei inexpectatæ cõfusus.
 Fugit quoq; non sine trepidatione cum eo comes de Katzenelbogen, qui ea no-
 cte apud Archiepiscopum in arce erat. Hoc tempore Pontifex per omnes Ro-
 manæ ecclesiæ regiones crucem per suos legatos prædicauit aduersus Turcã, con-
 ferentibus pecuniam, liberaliter indulgẽtias plurimos indulgẽtias in plurimos
 annos plenissima manu promens, suis autem ipsorum personis militantibus cru-
 cemq; suscipientibus promisit uitam æternam, ceu essent ab omni delicto immu-
 nes. Sed nihil efficere potuit, nam in Germania res habebant, ut iam diximus, in
 Gallijs

Gallijs uero & Anglia multa grauiora erant bella, Carolo enim rege Gallorum mortuo, successit Ludouicus filius natu maior, quo cum gessit non paruum bellum, frater eius minor natu Carolus, adhaerentibus ei plerisque Gallia primatibus, Anglorum rege, & Carolo duce Burgundia. Quod fuit bellum multorum praliorum. Italia quoque tumultuabatur bellis, seditionibus laborabat. Turca interim utebatur multo cum successu insania Principum profitentium Christiana nam religionem. Nec, ut uidetur, Fridericus Imperator defuisset expeditioni in Turca, sed alijs negocijs intricabatur ab ijs a quibus minime oportuisset.

Anno enim post natiuitatem domini sexagesimo tertio supra millesimum quadringentesimum Albertus frater Imperatoris eum in arce apud Viennam, sentiebant quoque ciues cum Alberto contra Imperatorem, unaque oppugnabant castrum omni studio & conatus bombardis muros concutiebant (nam usus bombardarum erat iam tum magnus, quanquam nondum in eum locum peruenisset in quo nunc est) lignorum fasciculis aliaque materia fossa implebatur, ascendere muros conabatur hostis. Illi autem in arce non segnius strenue defendebant arcem, & repellabant hostem, occidebantque plurimos, quo uero plures ciuium Viennensium cadebant hoc acrius ira succensi pugnant, nitenturque omnibus uis, artibus & rationibus capere castrum. Proposuerant enim ab impugnatione se non desisturos donec arcem in potestatem redierent suam. Neque enim incommoda & pericula, ignorabant quae futura essent si non caperent, Imperator Fridericus clam emisit nuntium ad Georgium Pogebratium, Boemorum regem petit ab eo, multis quae sciebat illum cupere, promissis, auxilium. Pogebratius non cupiens uincere Fridericum quo cum magnae illi erant simultates, tamen eum sibi beneficio deuincere uolens, liberauit illum, ita tamen ut non subiugarit illi Viennenses & Albertum fratrem. Immo studio & cura erat Pogebratio, ut minueret non auget Imperatoris in regionibus uicinis Boemia, Imperatoris potentiam. Caesar liberatus ab obsidione Viennensium, egit cum Ungaris de regno, nam Ungari eum primum post mortem Ladislai elegerant, & iure sibi deberi regnum assererat. Verum Matthias Vuaiuoda occupatum regnum tenebat Ungaris uolentibus, nam magnam consecutus apud eos erat auctoritatem, beneuolentiam et existimationem ex deuictio Turca, eum enim fugarat & receperat multa quae Turcus occuparat tenebat. Quo Ungarorum studio & uictoria fretus Matthias petit coronam regni quae deposita olim erat apud Fridericum cum puero Ladislao. Fit itaque contentio inter eos maxima, nisi Fridericus Imperator propter communia Christianorum commoda cauisset, ne iuuaret res Turcicas mouendo bellum Ungariae, bellum maximum ex ea re ortum fuisset. Conditionibus igitur negotium componere passus est, coronam uicque Matthiam in magno procerum conuentu in regem Ungariae. Quid postea rex Matthias egerit petito ab alijs. Anno post natiuitatem Christi millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto, magna turba militum ex Germania uenit in Italiam profectura contra Turca, ueniebant etiam ex Gallia, & Hispania, expectabantque stipendia a Pio Pontifice. Pontifex enim per apostolicos legatos crucem praedicauerat magnis praemijs promissis qui corpora offerrent in eam expeditionem, sed cum non afferrent nisi milites secum opsonia, concessis large indulgentijs cum benedictione apostolica remisit in patriam, aduersus hanc expeditionem Turca se praeparauerat, nostris obuiam iturus, quum ergo deessent nostris belli impensa domumque se contulissent, Turca pergit & Christianorum res inuadit, diripit, multos captiuos abducit, Italiae imminet. Pius Pontifex scribit literas, mittit legatos, sed plerique Principes sua quae priuata, & uulgus putant futurum quod antea, cum multi milites in Italiam uenerant parati aduersus Turcam sine stipendio iussi

sunt redire domum. Erat Matthiæ Vngariæ regi bellum cum Georgio Pogebra-
tio rege Boëmorum, in quo bello erat quoque Fridericus Imperator intricatus.
Imperator uero omnia semper uisus est posthabere communi ecclesiæ utilitati.
Nam cum in Boëmia rex Pogebra tius rem Hussiticam promoueret, impediretque
sanctæ Romanæ ecclesiæ adhaerentes, Fridericus Imperator contra eum Matthiæ
regem Vngariæ iuuuit. Et ob eam rem, simulque ob expeditionem in Turcam, co-
git in Germania copias, et proficiscitur recta Romam ad Pontificem ut cum eo præ-
sente præsens agat, magnis per Italiam itineribus Romam uenit. Vbiq; excipi-
tur magnis honoribus. Nec quicquam aduersi in ea profectioe accidit. Frideri-
co, Romæ exceptus est amanter & reuerenter à Pontifice Paulo secundo, qui Pio
secundo successerat. Imperator Romæ creauit equites. Venientibus ad se legatis ex
Latij ciuitatibus respondit comiter & benignè. Composuit discordes Principes
& ciuitates. Suppressos & iniuriam patientes multos iuuuit. Cum Pontifice &
Principibus Italiæ de Turca debellando multa egit. Item Fridericus inuitauit ma-
gnis precibus Pontificem ut ipse in Germaniam ad Principum comitia ueniret, &
coram de bello suscipiendo in Turcas ageret, multum enim præsentem effectum
apud eos, quibus legatorum fides iam dudum ex quibusdam causis incipe-
ret suspecta esse, neque quicquam posse magni ab eis impetrari per legatos. Ve-
rum Pontifex nullo modo potuit induci ut tam longi & difficilis itineris mole-
stias susciperet, legatos autem missurum se promisit maximæ autoritatis uiros.
Cæsar honorificentissimè Romæ & per omnes in itinere ciuitates Italiæ tractatus
feliciter redit in Germaniam. Nō possum silentio præterire facinus temerarium
Saxonis militis nomine Conradi de Kauff, homine multarum rerum usu periti,
& diu in multisq; bellis exercitati. Hic ob nescio quā causam priuatus omnibus
facultatibus in exilium mittitur à Friderico duce Saxonie. Quam ob rem uir au-
dacis pectoris querit ulciscendi occasionem. Erant duo elegantes pueri duci illi
Saxonie qui in castro Altburg pedagogo commissi erant educandi & instituendi,
in ea arce seruum quendam norat Conradus, cuius prodicione fretus quadam
nocte magno itinere celeriter cōfecto cum paucis uenit ad arcem, & quibusdam
ferreis clauis per rupes & muros ascendit in arcem, inuenitque duos pueros in cubili
dormientes, quibus acceptis, minatus est præsentem necem si clamarent aut uocem
ullam æderent, hos serui proditoris auxilio eduxit clam ex arce (quidam dicunt
à pedagogo proditos) in Boëmiam ducturus, maximum ex illis sperans precium.
Vbi uenit in syluam, quam uocant Harcyniam, separantem Saxoniam à Boë-
mia, tenera puerorum ætas fatigata petit cibum & quietem. Conradus se iam in
portu nauigare putans à carbonario, qui forte illic erat, petit pueris cibum & po-
tum dari. Dum igitur carbonarius ex proximo quodam pago affert panem & cer-
uisiā, & aliquid opsonij, ecce ex ijs insecuti fuerat prædonem quidam ad eundem
carbonarium forte fortuna ueniūt (nam per omnes uias & semitas & per omnia
deuia sequebantur raptorem) & deprehensum cum pueris Conradum capiunt,
& ad Fridericum ducunt, capitisq; supplicio est affectus. His temporibus ince-
pit superbia in cor Caroli ducis Burgundie ascendere, quæ perdidit illum postea.
Primum conatur Lotharingiam occupare, duce Lotharingie mortuo. Et ab Im-
peratore postulat sibi dari titulos regnorū Siciliæ & Hierosolymitani. Vicariūq;
generalem imperij se institui petit. Treueri conuenisse Imperatorem & Caro-
lum hunc Burgundie, ubi hæc arroganter imprudenteq; petijt, tradūt. Hæc ubi
ab Imperatore negata sunt Carolus aliam tentat uiam qua cōsequatur ut uolitet
per ora uirorū, cogit ergo exercitum, quem ducit ad obsidendam oppidum Nus-
siam, quod est ecclesiæ Colonienfis. Causam eius belliredebat, quod conaretur
restituere

restituere archiepiscopum à Canonicorum Coloniensium collegio ab episcopatu deturbatum immerito. Erat autem duce Carolo foedus cum eo archiepiscopo, præterea erant consanguinei. Colonienses canonici mittunt ad Imperatorem Fridericum, auxilium petunt, omnem rem ut haberet exponunt. Fridericus cōscribit repente copias, ducit aduersus Carolum, aduocatiam archiepiscopatus Coloniensis, quæ ad imperium pertinebat, sibi arrogatam contra ius. Appropinquante Friderico, Carolus maiori studio & conatu nititur oppidum capere, sed à propugnatoribus sæpe repulsus fortiter, multos suorum amittit, nihilque efficit. Cæsar igitur ubi castra non procul ab hoste metatus est, Quidam autem Principes composuerunt eos, quibus conditionibus hæcenus neminem inuenire potuit qui scierit. Carolum autem Imperatorem timuisse certa sunt uestigia. Statim enim soluit obsidionem, & reduxit unde uenerant, copias, toto in ea obsidione anno cōsumpto, non sine maximis impensis. Et est archiepiscopus consanguineus Caroli captus, ductusque in carcerem in quo mortuus est. Anno septuagesimo supra millesimum quadragesimum erat in Francia orientali pastor homo illiteratus, qui quædam contra ecclesiasticos dicebat quæ grata uulgo erant, uitam clericalem scandalis, & deo abominabilem prædicabat, ipseque uitæ miram puritatem & sanctimoniam præ se ferebat. Quam ob rem magna plebis multitudo secuta est eum. Creditumque est uulgo coelitus hominem doceri à deo, ut qui nullas didicerat literas, disputabat cum sacerdotibus, nec de sua sententia cedebat, esse doctrinam dei asserens, una contione ad eum audio supra triginta millia confluisse. Herbipolensis igitur episcopus maturè serpenti doctrinæ occurrendum existimans, quodam die cum nemo circa eum esset discipulorum, iussit eum captum in carcerem duci, & cōdemnatum ad ignem, comburi, ut hereticum. Multi post mortem dicebant hominem innocentis uitæ fuisse. Sed hoc dicebant qui ignorabant legem, imperita plebs: Dominus nouit. Anno eodem scilicet millesimo quadragesimo septuagesimo sexto Carolus dux Burgundiæ suam perditionem maturaturus. Sic enim ignara fatorum mentem miser homo sæpe cæco non solum affectuum impetu, sed etiam stulto rationis deum non timentis iudicio, cum putat se sequi maximè salutaria, & cōmoda sibi, in perditionem præcipitat se. Quare qui uere sapiens est suspecta habet omnia opera sua, & timer dominum in omnibus uis suis. Dux ingentibus coactis copijs Losannam hostiliter petit, cuius aduentu inopinato Losannenses, qui nulla tam repete sciebat auxilia aduersus tam instructum hostem, territi dederunt se: capta Losanna, quæ erat Heluetijs confederata, Heluetij sine mora delectu habito aduersus eum educunt copias, præmissis in oppida hosti proxima præsidijs. Dux præsidium in Gransen capto oppido, ignominiosa morte affecit, quingentos enim & duodecim uiros Germanos suspendit. Quo scelere uehementer in se cōmouit omnes superioris Germaniæ homines, non solum Heluetios, quare coniunctis uiribus aduersus intolerabiliter superbientem hominem, duxerunt copias, & non procul ab oppido Gransen exuerunt castris, fugato duce, & magna exercitus eius parte occisa. Omnis belli apparatus, & qui maximus erat in nostrorum manus peruenit. Omniaque arces & oppida occupata à Carolo recuperarunt Heluetij, & suspensos Germanos milites solutos laqueis, terra condunt, captosque Burgundos quos Carolus præsidio reliquerat, laqueis eisdem suspendunt. Ex fuga illa, maxima accepta clade recepit se in urbem loignam, misitque legatos in Flandriam & alia loca qui cogere, nouas copias: exegitque à Burgundis sextam omnium facultatum partem, in usum belli, quoniam constituit semel aut uincere, aut se suosque omnes perdere. Tanta erat animi uarijs affectibus turbati ira: nec habuit ullam impensarum rationem.

Feruntur tamen Burgundi illi non dedisse. Carolus uero copijs reparatis & auctioribus quàm antea iterum ingreditur Heluetios ulturus se oppidumq; Murtam obsidione cinxit. Heluetij uero ualida manu congressi cum hoste, uicerunt, quamquam uehementer multitudine impares hostibus. Fugitq; Carolus turpissima fuga usque in oppidum Ioignam (persequente enim iudicio domini amissisq; ex suis copijs in eo apud Murtam praelio septendecim millia, Magna illic praeda Heluetij potiti sunt. Iterum Carolus uires recolligit suas, immemor brachij domini, reparatumq; exercitum ducit ad obsidendum oppidum Nansium, quod est Lotharingæ ducis. Heluetios sperans non iam serio aliena defensuros, Heluetij autem inuocati à duce Lotharingæ, aduolant, utrinq; aciebus instructis congregiuntur fit magna pugna, Heluetijs inauditam & planè incredibilem uirtutem præstantibus, post longam pugnam terga dant Burgundiones, Heluetij & Lotharingæ ducis equites usque in noctem persequuntur eos hostes. In fuga occubuit dux Carolus multis acceptis uulneribus. Ex eius familiaribus captiuis eius cognitum est quis esset ex tanto interfectorum numero. In oppido Nansio apud S. Georgium sepultum est cadaver inuentum, Fama erat diu apud Burgundiones & alias quasdam gentes, elapsum ex hostium manibus ducem Carolum, uisitare (hoc scilicet uouisse sanctis si euaderet) loca sanctis cōsecrata, maximè Germaniæ sanctos ita placare, quos maximè hoc bello offendisset. Septemq; annorum poenitentiam uouisse. Et erant qui ausi sunt uendere apud Burgundiones iumenta ac etiam prædia, solutionis die statuto quo dux Carolus rediret. Maleq; creduli uendiderunt, nam solutionis dies nunquam ueniet. Habitusq; est in Germania quidam mendicus pro duce Carolo, qui non comedebat nisi super nudum solum accubans, & ex sicili testa, pannis abiectissimis tectus, sic poenitentiam agens scilicet. Hic à multis accepit lautissima fercula (nam quicquid offerebatur ex conditionibus uotiuæ poenitentia comedere audebat, sed cubans solo) uolebat enim multi superstitiosi & etiam ambitiosi tam potenti duci eleemosynam dari. Rogatus aliquando num esset, tacebat. Admonitus uero ut pauperum rationem haberet cum in principatum rediret, annuit modestissimè. Ex eoq; auditum aliquando est, pauculi anni reliqui sunt mex peregrinationis. Item, cum quidam ei ceu Principi (nihil enim dubitabat eum esse) exhiberent honorem genu seu uerbis, amouebat se, inquiens nondum tempus esse. Erant quoque qui multa in eum conferebant officia, sperantes aliquid magni ab eo recepturos. Hanc opinionem, audio, sesquianno post eadem ducis, mendicum assecutum, & tenuisse quinque annos & sex menses, postea nunquam in Germania uisum. Diuq; postquam subduxit se creditus est fuisse. Nec solum opinione & titulo ficto ducis gauisus est ille impostor quisquis fuerit, sed clam congestit, haud dubie sub prætextu illo, fretus stultissima populi credelitate facultates, quæ postea mutato uitæ genere, poterunt sufficere ad alendam totam familiam, nam quidam nobiles beneficia in illum contulerunt, omnia enim accipiebat, & clam rursus pauperibus dare eum quæ superessent, credebatur, & aliquando dabat, ubi è re sua esse intelligebat. Verum facile potuit colligere, ubi nemo exigebat dati & accepti rationem. Hæc fuerunt fata Caroli ducis uiri genere nobilissimi, & animo nimium fortis. Hic dux Carolus reliquit filiam præstantissima forma & morum concinnitate, nomine Mariam, quæ post patrem occisum se recepit ad Flandrenses à quibus se plurimum diligere sciebat. Cumq; rex Gallia uehementer peteret ut Maria filia ducis ad se ueniret, magnisq; promissis hoc ageret, Flandrenses profus non poterant ullis neq; promissis, neq; precibus, neque minis moueri, sed audierant de Friderico Imperatoris filio multa bona, quibus commoti mittunt legatos ad Fridericum

Fridericū & ad filium eius Maximilianū offeruntq; illi sponsam dote, & forma, animiq; modestia incomparabilem. Fridericus Imperator & Maximilianus non negligendam occasionem putarunt. Legatis respondent per quā familiariter & Flandrensibus gratias agunt quod sic de Imperatore, eiusq; filio sentiant, pollicenturq; se animi gratitudinē declaraturos aliquando, cōstituunt diem ad quem Francofurdia conueniāt de coniugio acturi. Ad illam diem mittit rex Gallia legatos Francofurdiam qui in mandatis habebant, ut Imperatorem admonerent, Mariam illam filiam Caroli ducis regi Gallorū obnoxiam lege feudorum, nec licere illi, in scio rege, contrahere matrimonium cum marito externo. Præterea Imperatorem debere esse memorem amicitia inter Galliarum reges & Imperatorē, quæ iam multis annis durauit magno imperij & regni Gallorum cōmodo, &c. Maximilianus uero nihil moratus Francofurdia, ueritus nimirum, ne mora paulo longior sibi turbaret futuras nuptias, recta per Rhenum descendit Coloniam, sequuntur Galli legati, ut mandata Maximiliano exponant, in itinere autem certiores redditū sunt legati, desponsatam Mariam Maximiliano, quare ad Ludouicum regem reuersi sunt. Rex Ludouicus indignissimē fert, tantam & talem prædam ex faucibus ereptam, cogit copias, quæ ad Mariā ex paterna hereditate pertinebant, occupat. Maximilianus uero non paruas copias secū ex superioris Germania ijs partibus in quibus optimi milites solent esse duxerat in Flandriā, quas Gallis opposuit. Duxit igitur in uxore Mariā, & accepit dotis nomine Flandriā, Brabantiam, Burgundiam, Limpurgam, Geldriam, Lucenburgum, Hannoniā, Hollādiam, Selandiam, Artesium, & alia quædam, nam hæc omnia Carolus dux Burgundia possederat, & ad illam Maximiliani uxorem hereditario iure peruenerant. Vbi aliquoties congressi sunt Maximiliani pedites, & equites cum Gallis, sæpiusq; superiores discesserūt, sunt inducia factæ septem annorū. Hoc tempore uiuit apud Heluetios in solitudine frater Nicolaus de Suitz, uacabat orationibus & ieiunijs per uiginti annos. Potēs erat in doctrina, nec ad eum ferē quisquam uenit, qui illū cōsuluerit, petieritue institui, qui non discesserit animo commotus, aut consolatus hilarisq; conscientia, aut territus & tristis animo. Nihil unquam ab eo animaduerti potuit quod diceret aut faceret ad ostentationem. Verum simplex, apertus, syncerusq; in homine erat animus. Ductu autē spiritu deuero, argumentum certissimum est, quod quæ futura prædixit, euenere, sicut uaticinatus est, prædixit autem Heluetijs multa, quæ humanæ mentis ui præuideri non potuerunt. Habuit autē uxorem & liberos. Habetur sanctus apud Heluetios, Viginti annis nihil omnino gustasse fertur, nisi semel tubēte episcopo Constantiensi, tres panis particulas comedit. Anno octuagesimo supra millesimū quadragesimum, uenerunt apostolici legati ad Fridericum in Germaniā & alios Principes petentes auxiliū aduersus Turcam qui Apuliam multis locis hostiliter uastabat, capta ciuitate non ignobili Hydrunto. Sed breui post nostri profligatis Turcis receperunt Hydruntum urbem maritimā, & omnia quæ Turca in illis regionibus occuparat. Ludouico rege Gallorū letaliter ægrotante, cum iam desperaret omnino de uita, uenerunt ad eum legati Flandrensium de pace agenda. Fit fœdus ea lege ut Margarita Maximiliani ex Maria uxore filia nubat Carolo Ludouici filio regi Gallorum, sed iusta ætate utriusque expectata. Magnis muneribus donat rex legatos Flandrensium. Filia uero Maximiliani nondum erat nata annos duos. Vbi que primum legati rediere domum condiciones pacis placent, placet & Maximiliano gener, filia Margarita magno apparatu & pompa ex Gandauo, Parrhisiā transfertur (mater enim eius Maria ducis Burgundionum filia antea mortua erat, nam ex casu de equo cum esset in uenatione perierat) & passim per Galliam nondum bima puellæ ceu regina excipitur.

Duciturq;

Duciturq; ad gratiter laborantem Ludouicū regem, qui pugnabat uarijs artibus cum morbo, cum enim uinceret morbus itaque omnem naturalium remedium potentiam, confugit ad res non naturales. Virgam Aaron à Romano Pontifice petijt sibi mitti, nam Romę habebatur ea uirga. Quanc; quidam dubitant an Aaronis uirga sit. Hęc uirga allata nihil potuit in morbo regis efficere. Iussit etiā rex sibi afferri crucem uictorię, quam ferunt Carolo magno è cœlo missam, quę quoq; inefficax fuit in morbo regis. Quædam hoc genus alia iussit ad se portari, sed fatorū necessitas ineuitabilis aliō uocabat regem Ludouicū. Mortuus enim est uno atq; altero mense post Margaritā in Galliam aduētū. Tēpore isto erant in Germania legatus apostolicus Raimūduſ Payrandus qui habuit potestatem à summo Pontifice non solū uiuos à peccatis absoluendi, sed etiā mortuos, eius enim pontificium indultum se ad uiuos & ad mortuos extēdebat. Multi mortuis quoq; emebant indulgētijs. Eo tempore Sanctus Lupoldus Austrię dux in sanctorum numerum à Rom. Pontifice est relatus. Hoc etiam tempore Atrebatum Maximilianus cepit. Anno octuagesimo sexto supra millesimum quadragesimum, mense Ianuario uenit Fridericus Francofurdia cum suo filio Maximiliano, ibiq; in frequentissimo Principū conuentu ab electoribus Principibus electus est Maximilianus in Imperatorem. Breuic; post electionē descendit Aquigranū, ubi magna cum celebritate corona imperij ornatus est. Eodem tempore in Principum comitijs Francofurdia fecerunt Fridericus & Maximilianus, comitijs Principibus, per totum imperium pacem seruādā ab omnibus per decem annos. Mandauit autem Imperator hanc pacem seruare diligenter, ut nemo alium læderet alio qui incurreret, ut loquuntur in bannum imperialem, & in pacis huius uiolatorē liceret quilibet cuiuslibet impune. Sueuię ciuitates & Principes cōuenerunt, & fœdus fecerunt, se illam pacē seruaturus, & cōtra quoscūq; pacis huius uiolatores se defensuros. Hoc Sueuorum pacis studium uehementer seni Principi placuit. Fecit autem Fridericus hęc pacem, ut uacaret Christianis bellum cum Turco gerere, quare proximo anno post comitia illa Francofurdia habita, celebrauit cōuentum aliorum Principum Norinbergę, in quo egit magna cura & studio de expeditione in Turcos suscipienda. In eo conuentu multa saluberrima sunt constituta, sed non seruata. Eodem anno quo Norinbergę fuerūt illa Principum comitia Innocētius Papa ab omnibus ecclesiasticis personis decimas postulauit per Germaniā, Sed clerus appellauit ab illis processibus ac exactionibus ad Pontificē melius informandum. Imperatori autem Friderico displicuerunt illę exactiones insolitę, quare opposuit se pontificis exactionibus pro clero, nihilq; datum est. Eodem tempore Sigismundus dux Austrię gessit non uulgare bellum cum Venetis, & Germani Roueritum oppidum expugnatū solo æquant. Veneti quoq; castra quædam ducis Austrię capiunt. Ad Tridentum Germani cum Venetis cōgressi, occidunt magnam Italarum multitudinem, magna multitudo quoq; in fuga in flumen Athesin se præcipitauit. Petijt etiā Robertus Venetorū dux magni nominis apud suos ob bellicas uirtutes. Post illum uictoriā Sigismundi, Veneti magnum manu repararunt exercitum. Sed Pontifex Rom. & Imperator composuerunt eos. Anno post natiuitatē Christi 1487. Brugeses ceperūt Maximilianū electum Imperatorem. Fridericus tēro collectis in superiore Germania copijs, descendit celeriter, & liberat filiū. Tres annos post Maximiliani captiuitatē Matthias rex Vngarię Viennę uitę defunctus est. Nam hic Matthias cum intelligeret Friderici erga se parum beneuolum animū, cum Turca inhonestē fœdus iniit, & Viennam cepit, totamq; ferē reliquam Austriam occupauit. Friderico alijs occupato, maximē in componenda pace inter Principes & ciuitates Christianorū, Matthias autem rege mortuo, Maximilianus comparatis

comparatis copijs & Viennā ductus omnia recepit, seniq; patri restituit. Anno nonagesimo primo supra millesimum quadragentesimum duxit Maximilianus in uxorem ducissam Britonū uirginem eximiā forma & moribus. Quod ubi cognouit Carolus rex Galliarum, sine mora copijs coactis & in Britonum ducatu ductis, rapuit illam Maximiliani sponsam, & cōpressit, Margaritamq; filiam Maximiliani, quæ ei matrimonio iuncta erat, repudiavit scilicet sine omni causa. Anno nonagesimo secundo Matthiæ regis Vngariæ copiæ, erant adhuc congregatæ, quas nigram legionem uocabant, quæ post mortem domini sui receperunt se in munitissimum locum ex quo Austriam & Morauiam excursionibus & depredationibus affixerunt, qui Auspicjs Friderici Imperatoris obsessi, uicti, partim occisi, partim capti sunt. Captos exquisitis supplicijs affecerunt, in illis regionibus quas turbauerant, alios ad rogum affatos necauerūt, alios uiuos excoararunt, ut exemplo essent alijs pacis turbatoribus. Anno domini 1492. Lynceæ obiit Fridericus Imperator, corpusq; eius Viennam perlatum magno cum honore sepultū est. Imperauit quinquaginta tres annos et quinq; menses, magna cum laude, & Reipub. cōmodo. Cuius laudes alio stili genere sonandæ sunt. Adolescens adhuc magnitudinem animi declarauit cum alijs multis in rebus, tum potissimū quod tam longinquas peregrinationes suscepit. Hierosolymæ enim fuerat, tempore periculosissimo, omnibus uijs latrocinijs & bellis, infestis. Quātum studium pacis illi fuerit, quantus amor erga religionem, quæ erga homines charitas, scriptum ab alijs est.

DE GERMANIS

LIBER TRIGESIMVS.



Anno quo mortuus est Fridericus Imperator Turca Croaciā oppressit, totamq; depopulatus est, magnam hominum multitudinem captiuam abduxit, in seruitutem durissimā, ad labores tantum iumentis subeundos. Maximilianus ubi hoc audiuit mirabili celeritate cum Germanorum manu in Croaciā properat, Turcæ copias abigit, multis ex illis maclatis, Croaciā recipit. Nec mediocrem gloriā reportauit ex illa expeditione. Anno proximo post fugatum ex Croaciā Turcam filia Galeacij, nomine Blanca Maria indole, qua capacitate muliebris sexus, præstanti & forma pulcherrima, uirgo Maximiliano Cæsari desponsata uenit ex Italia in Germaniam. Et nuptiæ sunt celebratæ magnificentiā planè imperiali in Inspruck. Hoc tempore Carolus rex Galliarum huius nominis octauus, frequētibus nūcijs, & multo auro obtinuit apud Heluetios ut illi mitterentur milites (nam iam tum inceperant Gallorum reges, nihil sine Heluetico milite agere) parabat enim expeditionem in regnū Apuliæ, quod sibi deberi iudicabat. Ingressus autem est Italiam autumnī tempore maximis cum Gallorum & Heluetiorū copijs. His se opposuit Alphonsus rex magno contracto exercitu. Cōgressaq; in Liguria Alphonsi & Caroli regum copiæ, superauit Heluetiorum uirtute Gallus. Nam Galli etiam fatentur eam uictoriā deberi Heluetijs. Occupauitq; Carolus totum Neapolitanum regnum. Patrimoniu quoq; B. Petri incepit uastare, captis aliquot castris & urbibus, ipsam etiam Romam obsedit, & compulit ad deditiōnem Romanos & Pontificem, certis quibusdam cōditionibus, quantum tum detrimenti acceperit Roma, tanto intromisso exercitu, facile est colligere. Pontifex cum sua familia se recepit in castrum S. Angeli. Rex uero extorsit minis à Pōtifice quicquid uoluit uel in Italia uel Gallia. Cūq; sedis

X Romanæ

Romanæ ditionem satis afflixisset, & Neapolim regnumq; totū occupasset, Germaniam oppugnauit quoq; magnis conatibus, sed expugnare non potuit. Veneti uero et Mediolanenses maximis cōparatis copijs occurrerūt illi, sed eos insigniter magno & cruento pralio uicit. Habebat enim Heluetios multos. Tandē postq; exhausta esset Italia, & ad summā famē redacta, post cædes stragesq; multas, præsidijs regnū Neapolitanū constitutis in Galliam redijt, Heluetijs domū remissis. Post abitū uero Heluetiorū sine negotio receptū est, regnum Apulię ab ijs quos expulerat Carolus. Cum hac Heluetico milite gessit Carolus rex Gallię nondū ætate egressus erat annum uigesimalū quartū. Erat anno nonagesimo quinto magna de Turcico aduentu fama nec uana erat. Anno igitur eodē Maximilianus Cæsar Vuormatię Principum comitiā celebrauit magna, & propter Turcam & propter regē Gallię Carolum qui uxorem Maximiliano desponsatam ducissam Britonū uirginem eximiam rapuerat, & Mariam filiam eius sibi desponsatā abdicarat & Italiam turbabat, patrimoniumq; B. Petri diripiendum militi obijciebat, multaq; occupabat sine iustis titulis. Sic iudicāt Germani, Galli ex aduerso aliud respondent. Vocabat autem Romanus Pontifex Maximilianum crebris literis. Vocabatur quoq; ab alijs Italis. Turca uero quotidie incursionibus Christianos uexabat miserimis & crudelissimis modis. Quare & contra hunc cupiebat Maximilianus decerni bellum. De Heluetijs quoq; in illis comitijs fuit mentio habitata, nam planē persuasum erat Principibus & Maximiliano Carolum regē Gallię nūquam ingredi ausum fuisse Italiā si non habuisset Heluetios, & quicquid fecerat magni per Heluetios factū cōstabat. In illis autem comitijs nihil solidum est decretum, alij enim bellum contra Turcam primum, alij primum contra Gallum suscipiendum uolebāt. Maior Principū pars censebat pacem primò firmandam esse inter imperij membra ciuitates & Principes, deinde deliberandū de bello in Turcam & alios imperij hostes, itaq; discessum est ut nihil effectum sit datū. In illis comitijs Vuormatiensibus Eberhardus comes Wuirtembergensis est à Maximiliano dux creatus, præsentibus Principibus, adhibitis, magnificis consuetis solennitatibus & ceremonijs. Eodē tēpore Maximilianus Mariā Sphortiā fecit ducē Mediolanensem. Dum hic Principū Vuormatię conuentus celebratus est, peperit quædā mulier nō procul à Vuormatia duas puellas uno partu, in fronte cōnexas, ut altera in alterā oculis intenta esset. Nec separari poterāt. Anno nonagesimo nono supra millesimū quadragesimū, inter Heluetiorū confederatos & domū Austrię fuerunt, quædam similtates paruīs ex causis ortæ primum, sed ex quotidianis uicinorū inuicem cōcilijs odium indies creuit, tandem res uenit ad arma. Quancq; uoluntas non erat Maximiliani aut ullorum præcipuorum Principum aut ciuitatū bellum eo tempore cum Heluetijs gerere, sed ut dixi, nulla magnæ causæ belli erant, erat tantū cæcū stultumq; odium uicinorū quorūdam hominū leuiū quibus semper charior est rerum turbatio, q̄ alma pax. Nam ego ex certis autoribus qui interfuerunt tum Principum cōsilijs, quicq; mihi dixerunt Maximilianum & Principes Germanię præcipuos tum statuisse, in foedus illud Sueuicum recipere Heluetios, si modo ipsi uellent, & sic omnino sperauerūt sempiternā pacem in his regionibus, quæ sæpe miserè afflictatæ fuerant ex bellis quæ cum Heluetijs gesta sunt à Principibus. Verum qui non pacem sed rerumurbationem cupiebant seditiosi, stulteq; superbi non cessabant irritare etiā quietos animos. Et quidam ex pacis turbatores erant etiam potentes, quare non uerbis tantum, sed etiā factis incipiebant lacessere Heluetios. Conabatur enim arces quasdam, quæ pertinebant ad Curientem ecclesiam cathedralem, occupare, id nō ferre uolebant Rheti. Cōuenerunt igitur Rheti, & cōfoederatis suis Heluetijs querebantur. Censuerunt igitur Heluetij ut primum mitterent legationem ad Maximilianum,

millanum, & ei hæc exponerent, adijcerentq; se nullo modo laturos, humiliter ta-
men precantes pacem. Miserunt Rheti episcopū ipsum, cui potissimū erat illata
iniuria. Maximilianus Imperator natura à bellis abhorrens, misit ad Inspruck ut
nihil inciperent, se nesciente, ne pacem turbarent, facile posse ignem accendi qui
difficillimè à plurimīs possit extingui aut omnino nō extingui. Iussit episcopum
Augustensem, cuius prudentiæ multū Maximilianus tribuebat, se interponere.
Statuebāt partes diem & locum ubi cōuenirent. Locus erat Feldkilch oppidum
illuc ut uenirent sui consiliarij in Inspruck, & autores tragœdiæ, mandauit Impe-
rator. Interea in agritudinē grauem incidit, episcopus Augustensis, & ex ea mor-
tuus est, eius morte quidā nihil boni ominabant, qui destinatus erat ad rem com-
ponendā inter partes, & multū spei erat in eo uiro, unus enim talis uir nonnuncq;
plurimū potest. Mortuo autem episcopo Augustano, Maximilianus præsulem
Cōstantiensem ordinauit ut partes cōponeret suo nomine. Nam ipsi ob negotia
erat in inferiorem Germaniā descendendū. Vbi abierat Cæsar, rem facilem cōpo-
siti existimans, ecce consiliarij in Inspruck, contemnentes conuentū in Feldkilch
celebrandum, & ipsum episcopū Constantiensem (gestiebant enim bellum gerē
re cum Heluetijs) mittūt ad Principes & ciuitates Sueuici fœderis, petunt ut Ma-
ximiliano & sibi ferāt auxilium aduersus Heluetios omnes homines præ se con-
temnentes (nam sic in inuidiam eos adducere conabantur) & quotidie cogitātes
quomodo possint alios in suam factionē & rebellionem cōtra imperium & suos
naturales dominos excitare. Nec eos ueritos bellum minari Imperatori, &c. Sue-
uicū fœdus cupiēs Maximiliano gratificari, & opibus copijsq; suis cōfidens, pol-
licetur auxiliū, bono animo iubēs eos esse, despiciens nimirum Heluetiorū pau-
citatē. Heluetij uero ubi hos conatus procerum Cæsarianorū in Inspruck ani-
maduerterunt, & quid cum Sueuico fœdere egerint, pararunt se quoq; ad arma,
sed ne quid omitteretur ad faciendam pacem, iterū legatos mittunt in Inspruck
admonebant eos mādati Cæsariani de cōuentu habendo in Feldkilch dies enim
statutus præterierat. Legatis Heluetiorū respondebant nobiles ita ut facile ex re-
spōso intelligi potuerint quid apud se statuissent, tamen ne uiderentur Imperato-
rem dominum suum contemnere, dicebant se ad comitiā uenturos aliumq; con-
stituēbant. Sed utrinq; interim se ad bellum parabant, nec longè post Cæsariani
aliquot uillas combusserunt, abrepta præda. Nec adhuc tempus esse iudicabant
Heluetij sumēdi arma, sed sæpius uerbis & cōditionibus æquis tentare rem com-
ponere. Quare miserunt nuncios ad Sueuicū confœderatos, qui significarent eis,
Heluetios nihil nisi pacem petere, & simul exponebant quæ mala & pericula ex
bello hoc accidere possent. Verum Sueuicū fœdus nihil periculi ab Heluetijs si-
bi esse posse existimans, contemptim respondit. Et belli autores quidam nobiles
sub nominis Maximilianī autoritate multum poterant apud Sueuicū fœdus. In-
uadunt igitur priores Cæsariani Heluetios, capiunt oppidulū Maienfeld, & mo-
nasteriū, quod uocatur, Munstertal, diripiunt, etiam non abstinent manus ab ec-
clesiastica cōsecrata suppellectile aurea & argentea, captiuas abducūt moniales,
occidunt multos uiros & captos cum reliqua præda abducūt. Tum tandem Hel-
uetij ubi senserūt nullum paci locum relictū collecti occurrerūt hostibus suis de-
fendentes suos focos, suos parentes & liberos. Quam longè alios animos gerant
quibus chari sui proprij penates sunt defendendi, q̄ qui zre cōducti aliena impu-
gnant, neminē latet. Hoc etiam fecit ut Heluetij primos maioribus copijs & dili-
gentius fortiusq; exciperent, quod sciebant, primis illis belli autoribus uictis, pa-
rum negotij in reliquis fore. Cōgressi igitur, diu Heluetiorū impetū sustinuerūt
Austriaci & Sueui, tandem tamen terga uertērūt Cæsariani, quos infecuti Helue-
tij, sua omnia receperunt, & igne ferroq; hostilē agrū uastarunt. Post illud preliū,

ob occisos utrinque animi exasperati sunt supra modum mox alijs locis inuasert
 Heluetios, sed non sefellerat Heluetios sua opinio, quod putabant primis uictis, alijs
 parum animi futurum, nam fugiebant postea non raro cum primo conspexerunt ho-
 stem Heluetium, uel aliquando antequam in conspectum ueniret. Tanta terror inuase-
 rat animos, alioqui bellicosissimorum hominum. Maximilianus qui tum in Geldria
 erat alio bello occupatus, ubi audiuit de bello illo Heluetiorum, quomodo cum po-
 tuit pacem fecit apud Geldrenses & festinauit in superiorem Germaniam. Vbi ue-
 nit in Sueuiam, uehementer displicuit illi, quod bellum erat susceptum, se inscio, imo no-
 lente, nam discedens commiserat ne inciperet bellum. Erant quoque in Maximilianum
 sententia principes quidam cordatiores ex ecclesiasticis simul & secularibus, quare
 Maximilianus cogitabat an posset res componi, & consultabat de pace. Verum auto-
 res inceptoresque belli grauer accusabant Heluetios apud optimum uirum Maximi-
 lianum Imperatorem, & facile erat in absentes quiduis dicere. Inter reliqua, audio,
 eos dixisse Maximiliano, quo pacto, quosdam ad defectionem & ad seditionem solici-
 tarint, & palam dici apud Heluetios, omnes usque ad Danubium fore breui in Helue-
 tiorum foedere, Maximilianoque nullum locum fore, usque Viennam, nisi uelit etiam mulgere
 uaccas, & alijs hoc genus commentis ita incenderunt principem, ut decreuerit omnes
 uires & neruos in hoc bellum aduersus Heluetios intendere. Quare totum imperium
 uocat in auxilium ad debellandos Heluetios. Conuentu frequenti principum celebra-
 to, constitutum est, quot locis, & quoto copiarum numero inuadendi sint. Et plane
 erat prudenter decretum, quod si iuxta decretum imperialium comitorum, uno tempore omni-
 bus locis aggressi fuissent Heluetios fecissent illis negotium plurimum, sed bona consi-
 lia facta tardius sequebantur nam primi, qui inceperant bellum, ueniebant non procul a
 fontibus Rheni ubi antea fugati erant, qui iterum sunt repulsi plurimi a paucis Hel-
 uetijs. Nam primis prelijs animis superatis, corpora destituta spiritu inutilia erant.
 Cum ita aliquoties conflixissent infeliciter Cesariani, petebat Maximilianus a duce Me-
 diolanensi ut se interponeret, & cum Heluetijs de pace ageret, nam magnam inobe-
 dientiam in suis experiebat, & uidebat omnium animos territos. Dux Mediolanensis
 quantum Maximiliano miserat quoque auxilia, & imperij nomine, et nomine amici-
 tiae beneficiorumque quae Maximilianus in eum contulerat, tamen suis ipsius impensis,
 misit ad Heluetios legatos, qui de pace agerent, misit ad Maximilianum, nihilque omi-
 sit quod ad faciendam pacem facere uisum est illi. Cum primum uenerunt ducis Me-
 diolanensis legatos ad Heluetios, multaque prudenter & uere dixissent, de bellis ca-
 lamitatibus & comoditatibus felicitateque pacis. Responderunt Heluetij sibi nihil
 antiquius chariusque esse honesta pace, docentque legatos ab exordio causas belli re-
 petentes, quae necessario uim repellere coacti sint, quam humiliter precati sint ea quae
 pacis sunt, quae patienter contumelias & contemptus superbos perpessi sint, quanto
 pere petierint pacem etiam post illatas ab hoste iniurias. Quam ob rem hortati ultro
 sunt ducem ad faciendam pacem utrique parti tolerabilem & honestam. Neque enim effere-
 bantur uictorij, sed domino exercituum deo tribuebant gloriam, in omnibus deum ti-
 mentes & scientes rerum uicissitudinem, fortunaeque mutabilitatem. Pacis igitur componende
 gratia locus statutus est, urbs Tigurum, quo liberè & tuto liceret uenire & redire
 domum Cesarianis, suntque interea induciae factae. Sed dum haec agebantur Tiguri,
 & media quibus partes coire possent quaerebantur, Cesariani contra induciarum fi-
 dem Helueticum Pagum incederunt, & occidebant apud Reineck circiter sexaginta
 Heluetios, sed quantum Heluetij propter inducias non expectarint hostem, & op-
 presserint eos Cesariani ex improviso, tamen plures Cesarianos occiderunt, & fu-
 gauerunt eos. Hoc factum tempore induciarum a suis, Maximilianum principem te-
 nacissimae fidei non minus male habuit quam ipsos Heluetios. Nihil igitur agi po-
 tuit eo tempore adhuc de pace. Gallorum rex etiam cum Cesare & principibus
 imperij egit de pace, sed in omnibus actionibus suis & uerbis suis satis aperte in-
 dicabat

dicabat fauorē suū erga Heluetios, & propterea minus potuit apud Maximilianum & Principes. Tandē professus est se omnibus uiribus adiuturū Heluetios qui inuiti susceperint arma, & coacti sint effundere sanguinē uicinorū suorum. Bōbardas, pecuniā, equitatū, recusantibus, donec opus haberēt, Heluetijs conatus est obtrudere Gallus. Neq; em̄ ē re Galli fuisset, si Imperator, ut in animo habebat, Heluetios subiugasset. Nullū enim Galliarū reges multis annis bellū gesserāt sine Heluetijs militibus, Galli enim dicunt in acie fortes esse, cū apud se habent Germanos milites, aliās soli non adeo felices. Hoc Germani ferunt, Galli fortē aliter. Post finitas illas inducias iterū multis locis pugnatū est, singulas autē pugnas describere est cuiuspiā ex professo bellū hoc describētis. Multis locis pugnatum est, sed ferē ubiq; fortuna fauit Heluetijs. Cōstantiz sæpius pugnatū est. Sub sylua Suaderloch nomine, erat cāpus frumētarius maturac; erat seges, cū igitur messores ex urbe uenissent plurimi & meterēt, militibus in acie cōstitutis, qui hostes repellerēt si uenirent. Heluetij qui in ea sylua excubias semper habebāt diligenter, cōgregati expectabant donec demessum esset frumentū, & partim curribus impositū. Cum iam militū animi essent in urbe cōnā appetētes, prorumpunt ex sylua taciti Heluetij uno tantū signo, & audiebāt fragor & clangor tubarum, in sylua non aliter si esset plena armatis (erant autem senio defecti & adolescentuli nondū ad pugnā habiles qui strepitū & sonitus illos excitabant) territa Cæsariana acies cū primo Heluetiorū in eos impetu fugiūt. Nam alia uia quam expectabatur hostis, ueniebāt, declinātes bōbardas, quæ prorsus inutiles erāt Cæsarianis. Heluetijs fugiētes persecuti usq; ferē ad urbis moenia occiderūt multos, ceperunt quosdā, potiti sunt bombardis, curribus & equis cū demesso & colligato frumento. Hoc quoq; mēse pugnatū est apud Dorneck, quæ est arx Heluetiorū distās unū miliare à Basilea. Post multa infelicia prælia mathematici, astrorumq; periti, persuadebant Maximiliano, ut iam nouo loco, nouisq; copijs aggredere Heluetios, nam sidus quod Heluetijs tātoperē fauisset, iam nō amplius in cœlo apparere, sed cōtrā exortas stellas quæ Principibus & regibus amicæ dissent. Maximilianus igitur Italogallos quosdam milites oberrātes cōscripsit, eos iūxit copijs quas Argētia & Alsatia, alijsq; in illis regionibus miserāt. Si ergo unā proficiscunt ad oblidendā arcē Dorneck, Erāt copiarū nō paruz benec; omni genere armorū instructæ, præcipuē bombardis. Castra igit ante arcē parantes. Heluetij uero anteq; aduenissent sciebāt hostē in istis regionibus fortunā tentaturū, nam pedetērim ascendebant, & in Mulhusen manebāt aliquot dies. Inprimis em̄ studio solet esse Heluetijs, quemadmodū omnibus rei militaris peritis, ut quid cōsiliū capiāt & in animo habeā hostes, prædiscāt. Cōuenit enim plerūq; ex hostiū cōsilijs nostra dirigere. Quare dum castris locū deligunt, & tormenta ad arcē oppugnandā disponunt, Heluetij ex Lucerna, Zug & Tiguro (nam remotiores scilicet Suiēs & Vri & cæteri, post perliū uenerūt) & omnes propiores adsunt, deliberāt expectādine sint alij placuit sentētia una omnibus, nō esse cunctandū, ne castrorū munitio nibus firmatis plus negotij pluriūq; nece sint repellēdi. Nec dubitabāt si ita ex improviso opprimerēt aduenientes, nihilq; adhuc timentes (formidabāt enim post duos tresue dies uētuos Heluetios) statim fugituros. Quā ob causam præcipitabāt se in hostē ex monte Heluetij ceu torrēs omnia secū rapiēs. Cæsariani uiolentiā primi impetus non ferētes, fugiunt sequuntur Heluetij, cedunt ex illis quatuor millia, uix centum ex Heluetijs cecidere. Potiti sunt Heluetij magna præda, & belli apparatu impedimentisq; omnibus, & aliquot militaribus uexillis, Argētinensium uexillum Tiguri pendet adhuc in ecclesia, occubuerunt multi ex prima nobilitate, inter alios comes de Busch, comes de Fürstberg, & comes de Castelluart. Post illud præliū optimus Imperator Maximilianus iterū constituit de pace agere, sed nullo modo uoluit arbitrum habere regem Galliz, quem dice-

bat Heluetiorum in bello hoc socium. Heluetij autem contra petebant regē Galliarum mediatorē, & non recusabant ducem Mediolanensem, quamquam nō ignorabant qua necessitudine esset Maximiliano deuinctus. Putabant ergo Heluetij iuicissim Maximiliano ferēdum Gallum arbitrum, noluit autem Maximilianus eum audire in hac re. Alij autem Principes ecclesiastici præsertim pacem conati sunt inter illos facere. Cōuenerunt Basileam ob eam causam, Maximilianus suo nomine misit illuc honestissimam legationem doctores iuris, nobiles et comites. Industriam & studiū cōponendæ pacis Philippi Palatini Rhēni imprimis prædicat. Cum igitur utriq; Cesariani & Heluetij peterent iniqua ut æquam ferrent, tandem media sunt excogitata quibus cruentum & infelix bellum est sublatum, & pax facta. Post illam pacem factā rex Galliarum Ludouicus eodem statim anno mense Octobri duxit exercitum in Italiam cōtra ducem Mediolanensem, suum enim Mediolanensem principatum iure esse, affirmabat. Vbi rex uenit prope Mediolanum, occurrit illi tota ciuitas obuia, ordine secūdum æratem & dignitatē. Ferēbant autem palmarū ramos in manibus, & uexillum cum insignibus regis Galliarum, & cum omni genere musicorum instrumentorum, & cātionibus quibus liberatorē, patrem patriæ uocabant regem, atq; hoc modo obtulerunt clauē Gallo. Dux enim infensos sibi ciues, nescio quibus exactionibus, fecerat. Atque sic qui pauld ante pacem inter Imperatorem & Heluetios composuerat, sua omnia tuta putans, repente ex omni Mediolanensi principatu eiectus est, fugitq; ad Maximilianum. Nihil illi profuit aurum & argentum quod congefferat, nihil arcis inexpugnabilis munitiones, nihil prudentia & auitutia, qua ualuit plurimū, sine pugna, sine hostis omni labore uictus est, amisit omnia. Sic agitur cū ijs qui cōfidunt in fortitudine sua. Verum rex Galliarum discēdens reliquit præsidia Mediolani ex militibus Gallis, qui uexabant multis modis intolerabiliter Mediolanenses, quare rursus cōsentientibus & iuuantibus ciuibus facilerē recepit Sphortia Ducem auxilio Heluetiorum militum. Quod Gallus non ferens, denuo conscribit exercitum, magnumq; conducit numerum militum ex Heluetia, Dux quoque Sphortia conducit stipendio milites Heluetios, quos iunxit Italici, quemadmodum rex Gallis iūxerat Heluetios. Vbi ergo regius exercitus & ducis uenissent in campum ubi confligendū erat, & acies utraq; iam esset instructa, essentq; utriusque Heluetij exercitus maior uel certē potior pars in qua sperabant Sphortia & Gallus, noluerunt Helueti aduersus suos pugnare, sed congressi iungebant dexteras, familiariter se mutuō salutabant, felicē precabantur reditum. Interea (Heluetijs ignorantibus & ijs qui sub Gallo & ijs qui sub duce militabant) Galli capiunt ducem Sphortiam, nam multis Gallorum a facie notus erat, & abducit in Galliam: itaque iterum sine sanguine totum ducatum occupat rex. Heluetij qui apud ducem erant, quicq; illi iurarent indignissimē ferebant hoc Gallorū factum, & quamquam pauciores erāt quā ut consultum fuisset Gallos aggredi, tamen si dux non abductus fuisset, aliquaue spes liberandi eum fuisset, nullum discrimen non subiissent, ut dixerunt mihi qui tum in exercitu ducis fuerunt. Anno domini millesimo quingentesimo primo foedere iuncti sunt Heluetijs Basilienses & Mülhusenses. Eo etiā anno, ceciderunt super uestes hominum signa crucis, quæ multos terrebant, paucorum uero atq; aded nullorum uitam mutabant, ut solent prodigia omnia (quæ esse deberent nobis doctrina & admonitio ut resipisceremus & agnosceremus dominū deū) ferē semper magis iudicio esse, q̄ documento animalibus hominibus. Aded corrupta est hominis natura, ut nisi deus per spiritum suum regeneret, in stultitia, & inimicitia dei pereat. Anno quoq; quingentesimo supra millesimum quingentesimum per magnam Germaniæ partem, maximē illas regiones quæ ab Norinberga usque ad alpes quæ

quæ Italiã à Germaniã diuidit, fuit ingens fames, subuenerunt uero Argenti-
 nenses omnibus illis fame laborantibus regionibus non aliter atq; olim ille Pha-
 rao Aegyptius rex, sicut est in libris Mosi scriptum. Nec solum Argenti-
 na ciuitas eo tantũ tempore frumento iuuit uicinas regiones, sed saepe ante, & post, nuperq;
 cum in Italiã frequentibus bellis exhaustam erat plurimũ frumenti transuectũ,
 incidereq; abundans illa humiditas pluuiosissimi anni, quo admodum malè re-
 sponderunt cereales fruges, unde secuta est maior caritas nõ solum in Germaniã
 sed ferè per totam Europam, q̃ multis annis retro audita sit. Argentoracenses ue-
 ro iuuarunt plurimos frumento. Cõseruatio igitur talis frugũ laudi & gloriã est
 ciuitati, quæ non ut maioris uendat, coemendo alijs præripit, sed emit ut conser-
 uet ad necessitatem, si uel bellum uel intemperies aëris, aliaue caritatis causa inci-
 dat. Anno hoc Raimundũ cardinalem legatum misit Pontifex Alexãder sextus
 eius nominis, in Germaniã & alias quãdam septentrionales nationes, cum ma-
 gna apostolica clauũ potestate, indulta eius extendebant se in mortuorum ante
 multos annos animas. Verum ubi limina Germaniẽ attigit, eum in Germaniã le-
 gatione fungĩ prohibebãt Principes & Maximilianus, nolebãt enim caritati du-
 ræ exactionẽ etiam accedere. Sed tandem Principes admiserunt legatũ, qui per-
 agrauit totam Germaniã, ex Inspruck Norinbergam, illic per Franconiã Orien-
 talem, & Turingiã, peruenit Coloniã. Inuenitq; hic legatus Germanos ad pie-
 tatem & ad dandũ promptiores alijs nationibus. Caritatem, quæ fuit anno quin-
 gentesimo primo, secuta est proximo sequenti, anno per Germaniã in omni-
 bus locis, in quibus caritas fuit, crudelissima pestis. Eandẽ causam pestis, opinor
 fuisse, quæ caritatis fuerat præcedentis anni, nam quæ aëris intemperata constitu-
 tio nocuit plantis ut non respondere potuerint fructificando, eadem iustam con-
 coctionem impediuit in animantibus, ne alimentũ ad iustam confectionem per-
 ueniret. Quod autem secundo tandem anno in corporibus morbosis sympto-
 ma pestis apparuit, mirum non est intelligẽti humorum generationem & corru-
 ptionem, longo enim tempore non raro latent morborũ causæ, & plerũq; à par-
 uis principijs incipiunt generari. Porrò non sum ignarus, quod caritatem etiã ob
 alias causas soleant cum alijs morbi tum pestis sequi. Nempe coguntur homines
 uesci multis generibus leguminũ, herbarum, arboreorũ fructuum, & radicũ, quæ
 omnia malum corruptionisq; obnoxium succum generãt. Verum hæc relinquen-
 da physicis philosophis à nostri libri titulo aliena. Cruces in aëre uolantes præce-
 denti tempore hanc pestem pronunciaisse quidã uolunt. Anno etiã quingen-
 tesimo secundo Spirensis diocesis rustici multi cõiurauerunt aduersus domi nos-
 tros nobiles, conquerentes oneratos se tributis, uectigalibus, censibus, decimis
 alijsq; exactionibus, serpebat quotidie seditio latius, nam alius aliũ excitabat, &
 cum semper malorũ multitudo maior sit quàm bonorũ, ubiq; inueniebãtur mul-
 ti qui se iungebãt illis, alius spe prædæ, alius spe libertatis, non ulli ut xs alienum
 reddere non cogentur. Elegerant duos uiros ad quorum arbitrium omnia age-
 rentur, constituiebant ubi cõuenirent omnes, ut iuramento præstito, munitiones
 caperent, arces & urbes, diriperent monasteria, &c. sed ubi statuisent conuenire
 intellexerunt eorũ locorũ nobiles & alijs magistratus, quare primos ceperũt, atq;
 ita tractauerũt ut alijs manserint domi, multi enim supplicijs affecti sunt. Eo anno
 magna Principũ comitiã Norinbergæ, præsentẽ Maximiliano Imp, sunt celebra-
 ta. Anno 1503. pabuli & omnium etiã quæ ad hominis mensam ueniũt insignis cari-
 tas fuit ob siccitates eius totius anni. Anno post natiuitatẽ domini 1508. Iulius 2.
 Pontifex est electus, qui postea auxilio Heluetiorum tot bella, contra Venetos
 & contra Gallum, gessit, recuperatis multis quæ pertinebãt ad Romanã sedem,
 multaq; præterea adiecit ad patrimonium B. Petri. Hic Pontifex in Heluetios
 contulit

contulit multa beneficia, plurimumq; aurum, magnam enim eorum opera cōfecit bella. Hoc anno fuit multorum episcoporum Germanorum & seculatiū Principum cōuentus Francofurdia, quid autem tractarint, pauci sciebant. Anno hoc exortum est belum Bauaricū, Georgius enim dux Bauariz habuit unicam filiam quam matrimonio iunxit Ruperto Philippi comitis Palatini Rheni filio, fecitq; eam filiam cui nomen erat Elizabeth, haredem Bauarici ducatus. Quare non diu post socero Georgio dūce Bauariz mortuo contractis copijs Rupertus conatur occupare Bauariam. Albertus uero dux Bauariz legitimum se haredem ducatus esse affirmabat, Testamentū Georgij contra ius factum irritum existimandum esse. Cum autem Rupertus à testamento Georgij non descēderet, frustra q; peteret Albertus ius suum, res tandem uenit ad Maximilianum, cuius sororem matrimonio copulatam habebat Albertus, Maximilianus Imperator pacis & æquitatis amantissimus, in excogitandis medijs quibus componeret partes diu laborauit, sed media à Maximiliano, affinitate iūcto Alberto, Rupertus reñciebat, quare Maximilianus notauit Rupertū & omnes ei adhaerentes banno imperiali. Rupertus uero bannum contemnens cogit magnas copias, Philippus comes Palatinus mittit auxiliū filio, nihil etiam moratus bannum. Quam ob rem celeriter per Bauariam multa occupat Rupertus. Imprudenter uero Palatinus suas tantum copias respexit quantæ essent, nō expenderat contra quid aduersarius posset. Maximilianus ergo imperij ciuitates & Principes omnes conuocat, exponit maiestatis contemptores quid conentur, q; æqua media recusarint, igitur omnia rebellium Philippi patris & Ruperti filij concedit cuilibet occupanti, suscipitur bellum uno consensu omnium aduersus Palatinum & Rupertum. Magnis conatibus multisq; locis rem aggrediuntur, Hassia Lantgrauus, Huldricus dux Vuirtenbergensis, Alexander dux Bauariz & comes Validentia, & cum his multi barones & nobiles diuersis locis inuadunt Palatinatū Rheni, omnia obuia uastant, expugnant arces & oppida. Maximilianus uero, Fridericus Marchio Brandenburgensis, & totum foedus Sueuicū, & multi alij nobiles ducunt coniunctas copias in Bauariam aduersus Rupertum. Rupertus cum hoste longè potentiore congregitur auxiliō Boemico quod habebat, confisus, pugnatur acerrimè & planè dubio Marte aliquot horis, nec enim cessit Rupertus donec ad eam raritatem redactus fuit ut consistere impossibile esset, coactus igitur tandem fugere Rupertus cum suis, amisit copiarum magnā partem. Boemoru in ea pugna mille quingenti ceciderunt, non sine bellica laude, strenuè enim pugnarūt. Rupertus cum parte copiarū elapsus penitus infirmatus est, occupatamq; ferè totam Bauariam tradidit Maximiliano Alberto, relictis præsidijs quibusdam. Ipse uero Maximilianus cum reliquis copijs properauit aduersus Palatinū, occupauitq; sine negotio quicquid ad Palatinatū aliquo titulo pertinebat, Gengenbach, scilicet, Ortenberg, Offenburg, Geroldseck, & multa in istis regionibus, quæ Palatinus possidebat. His in fidem acceptis & præsidijs munitis, traduxit omnes copias per Rhenum, occupauitq; totam, quam uocant, prouincialem aduocatiā. Neq; enim resistebat amplius quisquam Maximiliano, post tantos successus. Marchio autē Badensis Cristopherus interposuit se, & precibus multis effecit ut Maximilianus passus sit se ab instituto reuocari, & Philippum Palatinum in gratiam receperit. In alijs locis, alij alia de Palatinatu ceperant. Emicho comes de Lyningen, Alexander dux Bauariz, Guilielmus Hassia Lantgrauus, multa igne consumpserāt, Monasteriū D. Benedicti diues admodum, Lympurg nomine, totum in cinerem redegit comes Emicho. Dux Vlricus Vuirtenbergensis igne & ferro plurima uastauit. Monasteria aliquot munita præsidijs cepit. Obsidens autem oppidū Brettam ab erūpentibus oppidanis magnā accepit eladem, occiderūt enim multos de

tos de copijs Vuirtembergensibus & bombardas aliquot ueripuerūt duci, quibus oppugnabat oppidum. Oppidum igitur illud non potuit capere. Postea uero compulit ad deditiōem arcem Boseckheim. Mox post Leostain accepit in deditiōem. Deinde subiugauit Vuinsperg, post hæc Nouam ciuitatem compulit ad deditiōem. Postremo cepit oppidum Meckmul. Recepto autem in gratiam Palatino Maximilianus iussit omnes Principes domū reducere & dimittere copias. Dicto Imperatoris igitur obediētes omnes reuersi sunt undē uenerant. Rupertus statim post infaustum bellum obiit, ut creditur dolore animi. Anno post natiuitatem Christi millesimo quingētesimo quinto Maximilianus magna Colonix celebrauit comitia, præsentibus plurimis Principibus, inter multos discordantes pacem fecit in illo conuentu Imperator, Duce uero Geldrix rebellante, & maiestatem Cæsaream non satis reuerente, Maximilianus comitantibus eum multis Principibus & comitibus alijs cum copijs descendit in Geldriā, ducentiq; statim adueniēs ad deditiōem compulit, & qua fuit bonitate Maximilianus, conditionibus prorsus amicis ducem in gratiam accepit. Eo anno quo comitia illa fuerunt Colonix, apparuit cometes insolitæ magnitudinis & formæ. Anno sexto Maximilianus cōparato per Germaniam magno exercitū duxit in Vngariam, nam meditabatur defectionē & rebellionem. Obsessuro autem Maximiliano magnis copijs urbem Bresburgum occurrerūt Vngari supplices obuiam, rogantes pacem, quaslibet non iniquissimas modo conditiones accepturos & seruaturus pollicentur. Maximilianus quāquam magnis ea expeditio impensis constiterit, tamen pacis amantissimus æquis legibus pacem fecit cum Vngaris qui longē aliud meriti erant. Eo anno inter Norinbergenses & Marchionem Brandenburgensem Fridericum similtates fuerunt, nescio quibus causis, permagna, cumq; Norinbergenses tota serē iuuentus armata manu, magnosq; apparatus in pagū nō longē ab urbe distantē exiret, in quo erat anniuersaria, quā uocāt dedicatio, Casimirus filius Friderici Marchionis cum equitū & peditū copijs obuius uenit, congregiūtur igitur, pugnant pertinaciter, diuq; neutris propter cupiditatē gloriæ laudemq; & præmia, cedentibus, cædunt multi, tandē tamen uictor euadit Casimirus, fugiunt ciues in urbem, Vtrinq; plurimi cæsi sunt. Quod autem Norinbergenses priores cessere non animorum ignauix, sed corporum lassitudinē ex æstu & labore, ascribēdum est. Reliquerunt enim Casimiro lachrimabile uictoriam, multi enim primæ nobilitatis cecidere, dum auidiores gloriæ pugnat pertinacius. Vtrinq; partis fuerūt peditū circiter tria millia, equitū ducētū. Hoc etiam anno Gallix rex Ludouicus & Maximilianus Imperator de ducatu Mediolanensi cōtenderunt. Hoc anno apparuit cometa sub ursa maiore, quo tēpore illustrissimus Princeps, Philippus Maximiliani Imperatoris filius, archidux Austriæ, dux Burgūdiæ, dux Brabantix, & rex Castellæ Legionisq; electus, gener Ferdinandi regis Hispaniæ, ex Flandria cum classe in qua habuit armorum mille quingentos in Hispaniam nauigauit. Toti classi præfecit comitem de Furstenberg nomine Vuolfgangum. Vbi autem per uaria discrimina & casus in mari factati uenerunt in Castellæ regnum, Philippus rex nouitate aëris tentatus incidit in morbum grauissimū, quo paucis diebus superatis naturæ uiribus, obiit diem suum, nondum egressus uigesimum octauum annum. Ita immatura morte abreptus est Philippus Maximiliani filius, in quem deus tot & tanta bona contulerat, ut nostræ ætatis memoria nullum reperias quem illi compares, siue animi dotes, siue corporis ornamenta, seu generis nobilitatem, seu principatum multitudinem & magnitudinem respicias. Accesserunt illis omnibus duo filij Ferdinandus & Carolus, ex elegantissima & nobilissima adolescētula charissima coniuge. Huius Principis omnibus nominibus summi laudes doctrina & faciētia

summus uir Erasmus Roterodamus prædicauit. Anno domini millesimo quinquagesimo septimo, Maximilianus Imperator magna comitia Germaniæ Principum celebrauit Constantiæ, in quibus actum est, primum, quomodo resisteret Venetis & regi Gallorum, qui uexabant ducatum Mediolanensem, & alia contra Imperatorē & imperiū conabatur. Deinde, significabat Imperator animi sui propositum proficiscendi Romam, ut studium & uoluntatem Principum & ciuitatum experiretur, reperitq; satis paratos, & promptos ad expeditionē illam & Principes & ciuitates, superabantq; pleriq; expectationem eius. Hoc Maximilianus propositū summis uiribus nitentur impedire Gallus & Veneti, magnamq; Italiæ partē in sua fœdera contra Imperatorem perduxerant, conatiq; sunt omnes uias in Italiā Cæsari obstruere, comeatuq; prohibere. Maximilianus ubi hos Galli & Venetorum conatus intellexit, Principum Germaniæ consensu decreuit bellum suscipiendum contra Venetos. Quare copias conscripsit & Venetorum ditionem inuasit, multa cepit, & diripuit. Anno septimo Iulius Pontifex misit in Germaniam Bernardinum Cardinalem S. Crucis, quem maximo honore excepit Maximilianus Augustus, exiit enim illi obuiam extra urbem. Venit hic legatus multis comitatus, & cum clauium potestate mirabile. Inueniebatur autem multi in Germania qui audebant disputare utilisne, an inutilis esset eius aduentus in Germaniam, nec solum in cōtrouersiam uocare, sed definire quidam non dubitabant, malum esse aduentum illius legati, qua causa nescio, fortasse quod magis fauebat Gallo, quam Cæsari, uel alia quapiā causa. Hoc quoq; anno, impulsore, creditur, Ludouico rege Gallorū, dux Geldriæ contra fidem fœderis, quod uictus cum Maximiliano fecerat, hostiliter cum copijs ingressus est Brabantiam, quā miserē uexauit & diripuit. Inuocatus autē à Brabantinis Maximilianus, descendit, illis auxiliū tulit, cum igitur in Flandria esset Maximilianus, denuo fœdere coit cum Gallorum rege, in qua liga, ut sic dicam, fuit & Iulius, conuenitq; inter omnes illos, ut unā cōtra Venetos mouerēt arma. In hac amicitia Pōtificis, Cæsaris & regis, quid à partibus quesitū sit, longius esset explicatu, & magis pertinet ad res Italicas, quam ob rem in præsentia non uidetur ad finem operis prosperanti mihi dicendum. Maximilianus post fœdus initum cum rege Gallie, misit copias ex Germania cōtra Venetos, coniunctis Gallorum militibus. Pugnatum est in eo bello sepe leuioribus prælijs uario martis fauore, pluresq; Germanorum aduersa ualetudine ob aëris, & cibi potusq; nouitatem periire, quam armis. Nec maius ullum præliū, quod audiuerim in eo bello fuit, quam cum occubuerunt Venetorum mille ducenti, in qua pugna Germani non paruam meriti sunt bellicā laudē, nam pauci multos in loco iniquo superarūt. Veneti autē pluribus artibus instructi & stratagematis usi Tergestū & Gurcensem comitatus, & alia quædā domui Austriæ subiecta occuparāt. Nec respondebat Iulius Pontifex, & Ludouicus rex Maximiliani Imperatoris expectationi. Inducias ergo cum Venetis Imperator tres annos fecit, ut interim de pacis conditionibus ageretur. Anno millesimo quingentesimo nono Erfurdix magna seditio inter ciues & senatum fuit, nam ciues expositi & accepti rationem exigebāt à senatu, cum uero senatus ære alieno esset oppressus, neq; tutum existimasset ad calculum reducere accepta & exposita, elabi conati sunt alijs modis quibusdam. Tandem ciues episcopum Mogūtinum, senatus ducem Saxonix inuocauerunt, qui patrociniū confugientium ad se suscipientes, pertinacius suam quisq; partem defendit, penesq; iustum bellum inter eos ortum fuisset. Verum hoc prohibuerunt episcopus Herbipolensis & quidam alij. Veneti hoc anno à Pontifice Iulio excommunicantur, quod Fauentiam & Rauennam aliasq; in illis regionibus urbes, arcesq; expugnarant, & admoniti non reddebant, sed omnia turbare pergebant. Sed fulmina

mina excommunicationis spiritualia contemnentibus Venetis, Iulius non sine sto-
 macho contrahit copias magnas per Italiam, & apud Heluetios, quas ducit con-
 tra Venetos, cōiunctis Galli & Imperatoris exercitibus superanturq; praelio insi-
 gni Veneti à Pontificijs quorum pars maxima fuerunt Heluetij, quorum opera
 & uirtute recepit Rauennam Iulius, nectamen sine sanguine plurimo. Eodem
 tempore recepit Imperator Maximilianus Tergestum & alia quę occupauerant
 Veneti. Paduam quoque redegit in potestatem Cæsar, breui autem eam iterum
 recuperarūt Veneti. Multa eo bello cepit Maximilianus præter alia Maisterium,
 Thebinum, Gortium, Forumulium, Vincentiam, Veronam, Reiffiam, &c.
 Nec nulla occupauit Ludouicus Gallorum rex, inter reliqua in deditionem ac-
 cepit urbes Pergamū, Cremam, Cremonam, Piscoram, Bressam, & Calisellam
 quæ ad principatum Mediolanensem pertinentia Veneti multis annis tenebant.
 Usus est etiā Helueticis milite in eo bello Gallus. In belli huius usum petijt Ma-
 ximilianus pecuniam à Principibus & ciuitatibus imperij, ciuitates uero & Prin-
 cipes Vuormatiæ conuenerunt deliberarunt que, quid nam faciendum sit in hac
 Cæsaris petitione. Responderunt autem tandem Imperatori, cum bella hæc non
 gerat imperij, sed suo ipsius nomine, se iam toties exhaustos nihil mittere posse.
 Quod responsum Principum & ciuitatum imperialium quo animo tulerit Ma-
 ximilianus facile est cuius conijcere, & testatur apologia, qua Cæsar respondet
 ciuitatibus & Principibus, est autem apologia ædita eo anno in Tridēna urbe.
 Hoc anno monachi ordinis Sancti Dominici Bernæ sunt combusti quorum fa-
 cinora notiora sunt quàm ut hic describenda sint. Anno decimo supra mille-
 simum quingentesimum, conuenerunt Augustæ Principes ciuitatesq; imperij
 omnes, & Imperator Maximilianus, multorumq; regum legati, regis Galliarū, Un-
 garorum, Boëmorum, & Iulij summi Pontificis. In eo cōuentu multum actum
 est de Venetis, omniumq; sententiā concordati bellum denuo decretum est aduer-
 sus eos. Quod ubi Veneti intellexerunt quibusdam artibus Maximiliano Princi-
 pibusq; quibusdam reconciliare seipos conati sunt, sed ubi primū non successit,
 pararunt se ad bellum. Iulius Papa, conducto ex Heluetia exercitu, suisq; ex Ita-
 lia copijs adhibitis, magno conatu in sua ipsius persona in castris uersans Venetorum
 urbes quasdam insignes oppugnauit, quasdam etiam expugnauit. Veniēte
 uero etiam cum magnis Helueticorum & Gallorum copijs Ludouico rege Fran-
 ciæ, & Maximiliano Imperatore, territi sunt non mediocriter ob hostium multi-
 tudinem. Quam ob rem primum omnium mittunt ad summum Pontificem le-
 gatos, cum illo de pace agunt, non ignorātes hoc placato, cum alijs minus nego-
 tij fore. Hoc anno Teutonicorū ordinis fratres, consentientibus Cæsare & Prin-
 cipibus per Germaniam magnam pecuniā collegerunt, in usum belli contra Ru-
 tenos, & Tartaros, bellumq; perdifficile gesserūt in Prussia. Eodem tēpore Con-
 stantienses foedus cum Helueticis ferire conati sunt, sed piscatoribus resistētibus,
 certior factus Maximilianus conatus impediuit. Eodem tempore Felix comes
 de Vuerdenberg occidit Andream comitem de Sonnenberg uenantem, nihil ta-
 le expectantē. Anno duodecimo magna per totos tres menses comitia celebra-
 uit Treueris Maximilianus. Erant illic quoq; aliorum regum oratores, aderant
 Principes electores, aderat legatus regis Galliarū, aderat Campeius legatus Iu-
 lij Papæ, Regum Nauarræ, Angliæ, Poloniæ oratores aderant, in summa maxi-
 mus Principū cōuentus fuit. Maximilianus & alij Principes cupiētes scire num-
 uerū esset quod ferebatur de tunica Christi incōsutili, propterea Cæsar iussit ape-
 riri altare in quo esse dictum, diu erat ante. Inuenta est tunica in eo & multæ aliæ
 sanctorum reliquiæ minimè uulgares. Magna multitudo post hunc conuentum
 confluerant ex tota Germania & alijs nationibus Treuerim homines cum mu-

neribus multis, & hoc durauit longo tēpore. Eo anno quo Tunica domini est inuenta, seditio magna Spiræ orta est, ciues enim de quibusdam grauioribus exactionibus cōquerentes senatu deposito, alium substituerunt. Quosdā qui non satis probe Rempub. tractarant, mittunt in exilium. Cæsar oratoribus suis illuc missis seditionem sedauit. Anno eodem fœdere inter Gallum & Cæsarem rupto, Gallus per Germaniam clanculum mittit nuncios qui milites cōduxerunt eius nomine. Verum Cæsar pœna capitis prohibuit ne quis ex Germania militatum in Galliam ad regem iret. Comes uero de Lyningen accepta à Gallo pecunia duxit in Galliam copias. Quare eum & omnes eius facultates, comitesq; cōmilitones banno imperiali subiecit. Maximilianus autem conscriptas per Heluetiū & reliquam Germaniā copias ducit Mediolanum & eiecit Gallis urbem, in suam potestā redegit. Hoc etiam tempore arx nomine Hohenkrähen in quo hospicio prædones & proscripti excipiebantur, est expugnata bombardarū uolentia per Sueuicum fœdus iussu Cæsarex maiestatis. Anno decimo tertio Coloniaenses ciues contra senatum seditionem excitarunt, magnocq; cum tumultu concurrerunt aduersus senatum. Senatus statim in turbam plebis furore concitate misit uiros facundia pollentes, & populo non suspectos nomine criminū quibus senatum accusabant, sed multis ex causis gratos. Qui ubi uenerūt ad concionem collecte numerosissime plebis, Prudentissimo exordio effecerunt ut audiret eos uulgus & patētibus auribus audiret. præter multorum qui in senatu erāt expectatio nem. Primum enim dicebant neminem debere mirari quod ita concurrant ciues & Reipub. amantissimi, magnas enim causas esse, exactiōnes enim graues quotidianas fieri, & tamen in æratio non esse quantum deberet (nam sic uulgus clamabat) hoc malè habere patriæ amātes ciues meritò, sed incōsultè & temerè nihil debere fieri, neq; enim sine ordine quopiam quicq; rectè fieri posse. Nullāq; aliam causam esse quod saepe qui iustam causam defendunt à malis, uincuntur, quā quod illi sua iusta causa & bona conscientia freti uno animi impetu incōsultè cōsilia sua præcipitant, & factorum dictorumq; nullam rationem reddendam hominibus putantes sine ordine omnia confundunt bono zelo, ut non possint eorum iusta in confusionibus uideri, & sic fieri ut omnes homines, quorum iudiciū sapissimè fallitur, faueant & studeant iniustam causam habentibus. Isti contra uero malam causam suam colorare æquitatis specie & omnem diligētiam adhibere ne uideantur fugisse iudiciū bonorū. Nihilq; æquè illis prodesse q̄ æqua defendentium zelus cōcitatior, qui soleat ab hominibus existimari furor. Quas ob res suadebāt plebi omnino rationem reddere promittentes audiendos, etiam si sciat non posse, ut clarè demonstrēt omnibus Principibus & ciuitatibus meritas pœnas dare ob malè iniqueq; res administratas. Nihil nāq; in tota oratione conabantur assequi (neq; enim amplius sperari potuit) quam ut differrēt rem saltē unum aut alterum diem, nam senatus promittebat se responsurū, ratione reddita, de singulis quæ obijciebat plebs. Astutè autē præter cætera missi à senatu dicebāt plebi senatū aliquot mensibus petere dilationē, sed se nō uelle illis esse autores ut tantū spaciū concedant, satis esse aliquot dies. Neq; enim se in alia sententia esse quā plebem, multa esse corrigenda, & onera tollenda. His & alijs hoc genus pro tempore, rebus & personis aptè prudenterq; dictis sedarunt furorem primum multitudinis, hac est bellæ sine ratione. Nam primo impetu sine dubio, ut fertur, et sequentia supplicia de multis sumpta docent, trucidassent totū senatū. Discessit igitur plebs tum ab armis, sed ea lege ut statim sequenti die responderēt. Eligebantq; ex turba uiros (qui senatū duplò numero superabant) qui exciperent responsum senatus. Portasq; diligenter custodierunt, & uigiles per omnes urbis plateas constituerūt. Verū senatu dimisso, cōsulerunt sibi fuga, qui se maximè à plebe peti sciebant.

sciebant. Alij uero postero die hora senatus habēdi cōuenērunt, ubi autem ij qui ex turba populi selecti erant ad audiendum responsum uidebāt illos non uenire, statim cōuocata plebe, fraudem indicant, elapsos nomināt, interim alij senatores in suam quisq; domum ibant, maluerūt enim sic euentū rei expectare, q̄ cōgregari, in latebris quidā absconderūt se. Plebs uero furibunda per plerasq; senatorum domus discurrūt, & quoscunq; senatores inueniūt, captos in uincula conijciunt, miserēq; tractant in captiuitate, sineq; mora sequenti die maximā autoritatis & ditissimum ex captis senatoribus capite truncant in foro fœni, sequentibus diebus alios aliquot senatores afficiunt eodē supplicio, quosdam proscribūt, & nouum ex plebe electū senatū substituūt. Non diu post hanc Coloniensem seditionem, duces Bauariæ uehementer inter se discordarunt, uixq; Maximilianī & aliorum principū interposita autoritate recōciliati sunt. Anno 1515, Mediolanum à Gallo recipitur, Germanorū militū opera. Hoc anno per Germaniā atq; per totam ad eō Europam inundationes aquarū, perdiderūt non solum plantas, sed etiā adificia multa, ad eō increuerunt torrentes & exiuerūt flumina alueos suos. Magna hoc anno Viennæ Principū comitia sunt celebrata, imperāte Maximiliano. Illic Maximilianus fœdus perpetuū cum regibus Vngariæ, Boemiar & Polonię fecit. Anno post natiuitatem Christi 1518, Carolus archidux Austriæ in regem Hispaniæ & Siciliæ coronatur. Eo etiam anno Maximilianus Imperator conuentum Principū celebrauit Augustæ de duce Vuirtenbergensi quid actum sit in recentī memoria hominū est. Egīt etiā in eo cōuentu de nepotibus suis Carolo & Ferdinando quos bonus Imperator cōmendauit imperij Principibus et ciuitatibus. Aderat & cardinalis Caietanus legatus Apostolicus præcipuē propter doctrinā Lutheri aduersus Romanæ sedis potestatem, nam anno præcedenti paucula quædā primū cōtra pontificias indulgentias ausus est adere in publicū, habuitq; defensorem Fridericū ducem Saxoniar. Ad eō autem nihil profecerunt apud Lutherum pontificiæ minæ ut magis etiam uisæ sint uirum excitare. Ianuario sequentis anni post illa Augustæ comitia, Maximilianus Imp. pacis amantissimus, & omnibus modis summus Princeps obiit diem suum apud Vuels, cum esset sexagenarius. Cuius uiri laudes à multis prædicatæ sunt, ut meis opus non sit.

DE GERMANIS

LIBER TRIGESIMVS PRIMVS.



Erueñimus, gratia dei, ad operis finem ferē, nam quanquā plurima supersint his paucis annis reliquis gesta, tamen cum sint in recentī memoria & adhuc ob oculos omnium posita, digito tantum indicabimus breuiter, erunt enim alij qui maiore ocio, doctrinā, & ore ingenioſue ad posteros transmittēt. Nec tutum est hodie res ut habēt scribere in illis partiū turbis. Sinceriore fide aliquādo licebit scribere, consilia, conatus, & facta ætatis nostræ. Post illa comitia Augustæ, ubi imperij Principum & ciuitatū sententiam in se intellexit, Cæsare iam mortuo, Vlricus dux Vuirtenbergēsis Aprilī mense anni 1519 ausus est aggredi urbem imperialem Reutlingen. Sed statim opibus & uiribus potēs fœdus Sueuicum Reutlingen libertati restituit, & ducem ex toto suo principatu expulit. Dux mox recuperare suā frustra conatus est, nam nondum domino uisum erat. Anno hoc defuncto uita Maximiliano, Principes electores conuenerunt Francofurdia electuri Imperatorem. Vbi Franciscus Galliarū rex multa conatus est frustra ad imperiū aspirans, Electus autem est Carolus ex filio

nepos Maximiliani, archidux Austria, dux Burgundia, rex Hispania, rex Sicilia,
 &c. Frustratusque est sua spe Franciscus rex Gallia, omnemque operam & impensas,
 quae non exiguae fuisse narrantur perdidit. Principes miserunt in Hispaniam ad ele-
 ctum Carolum legatos Fridericum comitem Palatinum Rheni & ducem Bava-
 riae, qui honorificentissime ab Imperatore excepti sunt, & eximijis muneribus do-
 nati. Carolus post anno 20. suscepturus imperij gubernacula ex Hispania in An-
 gliam primo proficiscitur, mox ex Anglia Germaniam petit, & Aquisgrani mense
 Octobri coronam accipit ab archiepiscopo Coloniensi, magna totius Imperij spe
 & expectatione, cui haecenus quantum per temporum conditionem potuit fieri,
 satis respondit. Hoc anno Lutherus a Parisiensibus, Coloniensibus, Louanien-
 sibus, & alijs multarum uniuersitatum Theologis haereticus declaratur, & a Ro-
 mano Pontifice cum omnibus ei adherentibus excommunicatur. Vigesimo pri-
 mo anno habita sunt Principum comitia Vuormatiae, ubi Leo Pontifex Maximus
 per suum apostolicam sedis legatum confirmauit Caroli s. electionem. Illic etiam
 fuit Lutherus suae doctrinae redditurus rationem petentibus. Hoc anno Ferdinan-
 dus infans Hispaniae, Imperatoris Germanus cum regina Vngariae Anna splen-
 didas magnifice nuptias celebrat Lynceae. Similiter splendide nuptias Ludouicus
 Boemiae & Vngariae rex Budae habet cum sorore Caroli s. Turca uero anno hoc
 Vngariam multis partibus uastauit, & Albam Graecam cepit, quae urbs singulare
 monumentum Vngariae fuit. Hoc anno Mediolanum nomine Caroli Caesaris
 Germani milites urbem & totum principatum occupant. Anno 1522. Caesar Ca-
 rolus relicta Germania profectus est in Hispanias, Ferdinando fratri rebus Ger-
 maniae magna ex parte commissis. Eodem anno Norinbergae magnus celebra-
 tus est Principum conuentus, praecipue propter Turcam & propter Lutherum.
 Aderat enim ob eam rem Adriani legatus Apostolicus. Aderant Vngari pericu-
 la imminenciae satis indicantes, & auxilium petentes, sed frustra. Anno 23. foedus
 Sueuicum circiter uiginti tres arces funditus tollunt, quoniam inhabitabant eas
 qui ex latrocinio & rapinis uiuebant. Eodem tempore contractas copias ducit ad-
 uersus Treuirensis episcopum Franciscus Sickingerus & urbem obsidens Tre-
 uerim, ubi audiuit exercitus contra se parari, recepit se ad sua, illic expectans hostes
 socios episcopi, a quibus obsessus in arce Nansstal icatae bombardae perit. Iuuabant
 autem episcopum, comes Prouincialis Hassiae, & comes Palatinus Rheni, qui Prin-
 cipes omnia Francisci occupabant. Rex Galliarum uigesimo quinto a Caesarianis
 uictus est, & captus, quam durissimam fortunam uix unquam minus expectauit,
 tam numerofo & bene instructo exercitu munitus, hostibus oppositis multo in-
 ferioribus numero. Ceciderunt autem utrinque multi, sed plures multo ex copijs Gal-
 liae: ex numero interfectorum fuerunt uiri Principes multi, scilicet dux Lotharingie,
 comes de Nassau, Magister equitum Francia, comes ab Otenberg, comes Ten-
 derensis & alij. Capti sunt autem cum rege rex Nauarrae, comes de Lupfen, & alij
 plurimi nobiles. Strenue autem rex Franciscus in eo praelio pugnauit: captiuus
 autem in Hispaniam ductus est ad Carolum s. Imperatorem. Anno hoc incepit,
 Thoma Muntzero autore, seditio illa rusticorum in Turingia primam, nam Muntze-
 rus falsus propheta persuaserat multis simplicibus nimium credulis adesse fatale
 tempus quo omnes impij essent interficiendi, scilicet ad hoc a domino uocatum, nec
 fore magnam negotium, impios enim nemine persequente fugituros, foreque omnia,
 sublati impijs, beata, omnesque sanctos futuros, dominum in omnibus regnaturum,
 omnes in summa felicitate uiuros, neminem plus alio habiturum, breuiter omnia
 dicebat futuris seculis fore, quae post hanc uitam sanctis eueniunt, quae nisi carne
 exutis, & immortalitate indutis contingere non possunt. Haec doctrina carni arri-
 debat, quae a mortificatione abhorret. Magnam plebis rusticae multitudinem
 collegit

collegit & diripuit monasteria & sacerdotum nobiliumque bona, obuiosque simul furere cogunt, renitentes occidunt. Nec aliter per Germaniam multas alias regiones, nescio quo seditioso & iram dei ferente spiritu autore, excitati sunt magnis turbis rustici, leuari cupientes ab oneribus quibus se nimium deprimi querebantur. Non deberi decimas, tantos redditus & census, inquietabant. Pisces in aqua, aues in aere, feras in syluis capiendi omnibus idem ius esse iure diuino, & hoc genus multa emendare uolebant, in nescio qua æqualitate æquitatem positam affirmantes. Fuerunt autem multis locis eodem tempore in armis, ut multi credant fatale fuisse, & profectio non paucis incusserunt terrorem. Primum enim antequam consilium ciuitates & Principes caperent qua uia debellandi essent, eisque resistendum, monasteria & sacerdotum facultates diripuerunt & uastarunt multa, etiam nobilium bona, quæ in potestatem eorum uenerunt. Ceperunt etiam oppida quædam. Sed intestinis odijs factionibusque statim primis diebus cœperunt turbæ ubique laborare, quare factum est ut minori negotio consilio & prudentia magistratuum uicti sint quam quisquæ sperare potuisset. Discordia enim quam infirma res facillisque uictu sit incredibile est. In Turingia igitur, Sueuia, Francia Orientali & Alsatia per eam æstatem plusquam rusticorum centum millia trucidata certò numerantur, omnesque uicti dissipatique dederunt poenas, alijs pecunia, alijs capite, alijs uero exilio multatis. Vigesimo uero sexto anno Hispalis celebrauit magnificentissimè nuptias Carolus Imperator cum sorore regis Portugallie. Eodem anno Turca magnis copijs inuadit Ungariam, Ludouico Ungarie rege per exiguas Germanorum copias apud se habente, Vuaiuoda foedere & societate belli Turcæ iuncto, Ungarorum plerisque uires apud se tenente. Tamen confusus rex Germanorum fortitudine cum hoste cõgreditur, nam non potuit diutius ferre tantam crudelitatem Turcæ, acerrima sit pugna, sed nostri multitudine uicti cum rege plerisque cædunt, nec tam inulti maximam enim Turcorum turbam secum rapuerunt. Fortes & nobiles Germani multi occubuerunt cum rege, & tota aula regis. Turca post eam uictoriam uastata tota Ungaria cum maxima præda & animi sublatione, reuertitur in Graciam, Ungarie regno Vuaiuodæ tradito, sed ea lege ut Turcæ tributarius sit, & regnum Turcæ semper pateat, quicquid contra quosuis conetur. Anno proximo post illam durissimam in Ungaria fortunam Ferdinãdus germanus Imperatoris Pragæ cum uxore sua coronatur in regem Boemie. Hoc quoque anno Roma à Germanis & Hispanis, sub auspicio Caroli quinti militantibus, capta est & direpta, que res ab alijs est commissa literis, prætereunda igitur nobis. Proximo anno post Romæ uastationem Germanorum copia equitum & peditum electissima, nec parua, iussu Imperatoris, ducibus Marco Piltaco, & duce Brunshuicensi, Venetos inuaserunt, sed ob cõmeatus inopiam & nouitatem & intemperiem aeris multi perierant equi & milites Germani; equitatus magna pars inedia exhausta, etiam ubi uenerunt domum, longo tabis morbo periit. Anno 1528. Italiã multis bellis exhaustam, & direptam, accedente etiam aeris intemperie, propter quam etiam rura, quæ per pauca fuerunt, culta parum reddiderunt, magna fames pressit, ingens numerus mortalium fame periit. Præcipue in Insubria & Venetorum regione. Annus proximus post sui pluuiosissimus, præ uligine multa fruges cereales & arborei pessimè responderunt colonis quare secuta est magna annonæ caritas, & uarij morbi, præcipue febris quædam letalis, quæ uocatur sudor Anglicus, qui ante repertam curam, multos morte abripuit. Hoc quoque tempore conuentus magnus Principum Spira fuit, in quo de religionis rebus multa sunt acta, & consultatum de bello in Turcã suscipiendo & expeditione in Ungariam. Heluetij in quibusdam dissenserunt, & indies magis exasperatis induratisque partibus, ad arma uenit, Bernenses igitur Basilienses, Tigurini alijque quidam coniuncti copias duxerunt aduersus quatuor

Heluetiorum Pagos & Lucernanos. Argentinenses uero & Heluetij alij qui nullo partium se cōiunxerant, magna industria & studio pacem fecerunt, quæ ut audivimus, non diu duravit. Hoc anno Turca cū ingenti exercitu Austriam intrauit hostiliter, & omnia obuia direpta uastauit usq; ad Enesum. Totum ferè mensem Viennā obsedit & sine intermissione omnis generis tormentis & artibus oppugnauit. Verum Germanis militibus incredibili uirtute propugnantibus urbs est defensa, coactusq; tandem est Turca cum magna ignominia plurimis suorum amissis, soluere obsidionem. Magnamq; laudem meruerūt milites qui Viennæ in presidio fuerunt, neq; enim facile dici potest quam magnis animis, sudoribus, uigilijs, & periculis defenderint nō solum Viennam sed multa alia, nam si cepisset Viennam, sine dubio muniuisset eam, ut nō sine maximo negotio recuperari potuisset à nostris. Quid deinde conatus esset quiuis facile iudicare potest. Eodē tempore arctissimo foedere Bononiæ iunguntur Pontifex Rom. Carolus Imperator, Ferdinādus germanus frater Caroli, rex Galliarum, rex Angliarum, duces Sabaudiensis, Mediolanensis, Ferrariens. Matuz Principes, & ciuitates Seneses, Genuenses, Lucani & alia quædam. Per idē tempus Carolus Cæsar Bononiæ à Pōt. Rom. Clemente 7. coronatus est maxima cū celebritate. Post acceptā coronā anno 30. in Germaniā magna multorum expectatiōe uenit. Nisiq; fuisset Cæsaris pacator animus q̄ quorundā sanguinolentorum hominū turbatus fuisset Germaniæ status. Sed domino cœlesti sit gloria & laus, qui suo erga homines indicibili amore hactenus pacem dedit nobis cōtra quorundā expectationē & sententiā, atq; utinā omnes intelligerent calamitates & infelicitates quæ euenissent omnibus partibus etiam uictoribus, si res uenisset ad arma, ut gratia à pluribus agerent domino deo, & plures maiore sedulitate orarent ut etiā in posterū pacem nobis det deus pater & dominus noster. Vbi in Germaniam, ut dixi, Carolus Imper. uenit, exceptus est honorificè magno ab omnibus gaudio, per Germaniam, pulsatis campanis & ignibus incensis, ad lætitiā significandā. Conuocatis autē Germaniæ ciuitatibus et Principibus ecclesiasticis & secularibus Augusti cū eis multa egit de religionis articulis quibusdā, quos Lutherus & cum eo sentientes docuerāt aduersus Romanæ sedis institutiones. Lutherani illuc præsentē etiā summi Pontificis legato rationem reddiderūt suæ doctrinæ in frequentissimo Principū cōfessu. Sed nihil statui potuit in illis comitijs ob sententiarū multifariā uarietate. Eodē anno copix Ferdinandi Budam recipiūt, breui tamē post tempore à Vuaiuoda iterū occupatur, & ita per totum annū uario Marte inter illos pugnatū est. Anno hoc Heluetij liberarunt Gebennam obsessam à duce Sabaudiarum. Tricesimo primo anno Ferdinandum fratrem suum accipit imperij cōsortem Carolus, & Coloniam à Principibus eligitur in Romanorum regem, Aquilgrani postea regni corona illi imponitur. Hoc anno miles arcem Mussis inhabitatam fretus & cōsiliis munitionibus arcis, quam existimabat inexpugnabilem, conatus est diripere Vallem Thelinā quæ est Rhetis subiecta, cui opposuerūt se Rheti & fugarūt in castrū, quod auxilio Tigurinorum, Basiliensium, & Bernensium, & ducis Mediolanensis obsiderūt diu, tandem Castellatum ad deditiōnem compulerunt, & arcem extirparunt radicitus, itaq; deicerunt ut non facile sit aliam illic ædificare. Hoc etiam anno, cum multas minas quorundā audirent ciuitates, & Principes qui à Romanæ sedis constitutionibus quibusdā discesserūt, inter se coierūt foedere, ut cōmunia pericula cōiuncti repellerent. De his omnibus olim nostri posteritati (si dominus nō ante finierit hūc mundum) licebit liberius consilia & studia partium describere: erit quoq; iudicium eorum non solum magis liberum, sed etiam, ut opinor, magis incorruptum. Quotus enim quisque nostrū iam est qui non sit aut addictus, aut certè inclinior partium alicui. Eodem tempore apparuit nobis sub libra in occidente cometes.

Hoc

Hoc etiam anno omnibus nominibus uir maximus, in omni doctrinarum genere, & trium linguarum cognitione doctissimus uir Ioannes Oecompadius, obiit diem suum. Eodem anno bellum inter Helueticos de quo diximus iam, antea male sopitum, nunc denuo excitatur, in quo cum altera pars non satis feliciter pugnasset, composita est pax. Post natiuitatem domini anno 1532. Imperator conuocatis imperii principibus & ciuitatum legatis Ratisponae comitia celebrauit, consultans de suscipienda expeditione in Turcam Vngariam occupantem, & Germaniae imminuentem. Sed erant non paruae discordiae inter partes, Lutheranos, quos uocant, & pontificios quibus inter se expositulantibus & dissidentibus primum nihil potuit contra Turcam solide statui. Conuenerant ergo iterum de eisdem rebus Schuina furdiae, atque postremo Norinbergae. Vbi communi sententia Principum & Imperatoris, nam omnes pacem cupiebant, decretum est ut in eo statu omnia manerent in quo erant usque ad futurum concilium generale, cuius tempus & locus constitutus erat in eisdem comitijs, nescio quod malum impeditur, & mutatur optimum & necessarium propositum. De his rebus, ut diximus, nihil opus est scribere, in omnium enim ore adhuc & oculis sunt, mandabunturque memoriae aliquando ab alijs bona fide, sine omni affectu animi aut fauentis aut odientis. In istis comitijs decreta est expeditio in Turcam, quem aduenturum in Austriam certo sciebant Imperator & alij Principes, quae ob rem omnia post posita sunt illi necessariae expeditioni. Venit igitur cum ingentibus copijs Imperator Turcorum, & circiter uiginti dies perpetuos oppidum Guntz obsedit, cumque nullam haberet spem capiendi illud propter incredibile propugnatorum fortitudinem, soluens obsidionem, Austriam, Carinthiam & Styriam diripuit & uastauit quibus consueuit modis, hoc est, crudelissimis. Quam ob rem tota Germania concordia animo illi occurrit fortissima manu, sed Turca ubi audiuit Germanorum instructissimas copias sibi occurrere, cum ignominia recessit, uel potius fuga sibi & exercitui suo consuluit, nec pauci in extremis agminibus a nostris occisi sunt, praecipue equites plurimos amisit. Huic expeditioni adfuit ipse Imperator: post uero fugatum Turcam iterum Bononiam ad summum Pontificem est profectus. In huius anni Decembri uehementer periclitatae sunt multae regiones, potissimum Frisia, Hollandia, Seelandia, ac Flandria. Circa fontem Rheni, in uicinisque regionibus insolitae magnitudinis terrae motus fuit, eodem mense quo regiones illae in quibus Rhenus mare influens finem habet. Hoc anno finem habuit foedus illud Suaeue quae saepe formidabile hostibus, solatium & auxilium amicis fuit. Multi ciuitates & Principes cupiebant conseruare & renouare ligam, sed quibusdam impedimentibus non potuit fieri. In summa, aliter uisum est domino, qui parua et magna gubernat. His annis proximè dictis annonae & aliarum rerum usui mortalium necessariarum caritas superiorum Germaniam et Italiam supra modum afflixit, cum tamen coeli terrae uel iniquitas non fuerit causa. Dubitantque adhuc, etiam qui sibi uident in rebus humanis prudentissimi, quae sit causa, alijs bella, alijs bellorum metum & expectationem, alijs auaritia & extinctionem charitatis, cumque huius seculi, quae extremis temporibus futuram praedixerunt multi prophetae, quibusdam monet multitudinem, alijs aliam putantibus causam. Sunt qui putant haec omnia simul causam esse. Anno 34. perniciose seditione Monasterienses ciues ex urbe expulerunt episcopum, & nouam quandam cuiusdam factoris doctrinam secuti, omnia communia fecerunt, & plures uxores cuilibet concesserunt, repudio pro cuiusuis libidine permisso. Verum episcopus, quorundam auxiliaribus copijs coniunctis post diuturnam obsessionem, & multas utrinque caedes, cepit urbem sequenti demum anno, multis factiosae sectae autoribus supplicio affectis pristinum statum restituit in urbe. Anno etiam tricesimo quarto recuperauit Vtricus dux Wuirtembergensis principatum, patriam & patrimonium suum, auxilio comitis prouincialis Hassiae.

Quæ res quanquam non potuit non molesta esse Ferdinando regi propter multas causas, tamē ex ingenito pacis amore passus est rem æquis cōditionibus componere, & recepit ducem Vlricum in gratiam. Maiorem solidioremq; gloriā esse ratus, quàm tumultibus bellorum omnia perturbare. Eodem tempore Cracouiz in uicinisq; regionibus illis magna uis aquarum fuit, quæ multos labores hominū & agros uastarūt. Hoc anno turbatum est etiam armis regnum Daniz, eo bello etiam Lubeccenses impliciti fuerunt. Barbarossa hoc tempore regem Tunissæ Alzachenum eiecit ex regno, & regnū eius direptum occupat, nec his contentus ex Africa cum Turcica classe, quæ illi à Turca Imperatore commissa erat, nauigat usq; ad fines Italiz, & mare circa Genuam obsidet. Imperator uero Carolus Turcicos conatus repressurus, anno 35, cum exercitu Germanorum, Italicorum & Hispanorū nauigat in Africam, & expugnatum regnum Tunissæ subigatum reddit regi cui iure debebatur, quia iustitia peperit sibi inuictissimus Cæsar non minorem gloriā, quàm ipsa uictoria. Hæc omnia cum sint ab alijs scripta & infinitis passim per orbem exēplaribus diuulgata, non uidetur opere precium ut ego repetam. Eodem tempore in Pannonia habiti sunt multi de rebus Vngariz componendis, conuentus, in quibus cum serenissimo rege Ferdinando egerunt multi legati Turcz, & Vuaiuoda. Hoc tempore Bernenses & Gallorū rex eiecerunt ducem Sabaudiz, ex toto suo principatu. Frequentes quoq; Schmalaldiz conuenerunt iam sæpe multi Germaniz Principes & ciuitates his temporibus propter religionem, pacem Germaniz & confœderationem. De his rebus satis ab alijs ubi euentus uidebunt, olim scribetur. Quid enim nos scribemus, ad huc ignari quid omnipotens rerum rector facere uelit? Hoc tempore Cæsar Carolus quintus post multas consultationes, de suscipienda expeditione in Turcā, prius decreuit bellum contra regē Galliarā, ne ipse turbaret Italicas res, intricato Imperatore bello Turcico, quoniam ferebatur rex omnem occasionem captare ducēdi exercitū in Italiā, iure enim ad se pertinere Mediolanēsem ducatū cōtendebat. Cōmouit etiā Imperatorē, quod legationes Turci apud regem, uicissim regis apud Turcum fuerāt. Nō temere igitur suscepisse Imp. uidetur bellū hoc, iudicās nihil posse rectē cōtra cōmunem hostem Turcam fieri, nisi pax prius sit inter Christianos Principes. Quare apud Heluetios, Principes & ciuitates Germaniz, causam ob quam bellum Gallorum regi mouendum sit, per legatos diligenter reddit. Rursum rex Galliarum respondit, sibi quoque conciliare conatus fauorem Principum Christianorum & ciuitatum, præcipuē Heluetiorū. Vterq; Cæsar & Galliz rex suam causam multis probabiliter defenderunt. Sed ob, quas diximus, causas, belli huius consilia, destinata, gesta, fortunam, successus & finē, alijs, potissimum posteris, commemoranda relinquamus. Anno domini 1537. Erasmus Roterod. in omni philosophia, præcipuē in sacris literis uir summus, infinitis laboribus & sudoribus, quibus per totā uitam ecclesiz Christianæ seruiuit, exhausto corpusculo, obdormiuit in gratia & pace domini. Cuius obitum D. D. Bonifacius Amerbachius & D. Beatus Rhenanus, facundia, eruditione & animi morumq; grauitate uiri incomparabiles, optima fide persecuti sunt in doctissimis præfationibus, hic in D. Erasmi operum catalogos, ille in Originem, præfati. Vitam eius prædicant satis tot præstātissima operum monumenta. Multi principum & aliorū magistratū cōuentus passim per Europam, potissimum in Germania & Italia fuerunt anno trigesimo octauo & hoc 39. Ciuitatū & Principū maxima pars censet opus esse generali concilio, sed cōtrouersia est de loco, nullus enim tam rerū imperitus est, qui nō intelligat, plurimum referre, quis locus concilij statuatur. Nam de tempore inter omnes cōuenit, nemo enim est qui non censeat rebus turbatis q̄ primū possit fieri, generali synodo subueniendum.

Anno

Anno hoc tempore uerno Francofurti frequens conuentus Principū & ciuitatum fuit, fuit & illic Imperatoris legatus. Multa de componēdis quibusdā controuerfijs, deq; concilio acta sunt: postremò alius comitiūm dies Norinbergæ celebrandorum Augusto mense eiusdem anni cōstitutus est. Dominus deus, in cuius manu sunt omnium mortalium cogitationes & cōsilia, dirigat Principum & omnium hominum corda in uias legesūe suas ut in pace seruiamus illi, auertatq; mala quæ uidentur imminere omnī carni, nisi misericors pater cœlestis nos opus manuum suarum respiciat, cui soli gloria,
Amen.

BASILEAE APVD HENRICVM
PETRVM MENSE AVGVSTO.
ANNO M. D. XXXIX.



7153 x 54

247



